


DE ARTE TESTANDI, ET *Ba.*


*R. 1549* CAUTELIS VLTIMARVM VOLVNTATVM TRACTATVS CLARISSIMI IVRISCONSULTI IOANNIS DILECTI BULLAN- TIS, GVALDEN- SIS.



*Cum Summaris ad singulas Cautelas accommodatis, ac copiosissimo Indice seorsum, tum Cautelarum, tum materialium, quae sparsim in ipsis Cau- telis leguntur, recens summa*

*fide recognitis. A. M. de la Camp. A. M. de Granada*

IN VIRTUTE,



ET FORTVNA.

LVGDVNI, APVD GVLIEL. ROVILLIVM. M. D. LXXII.

*Handwritten signatures and scribbles at the bottom right of the page.*




DE ARTE TESTANDI, ET

*B. 1549* CAUTELIS VLTIMAE

RVM VOLVNTATVM  
TRACTATVS


CLARISSIMI IVRISCONSULTI  
IOANNIS DILECTI SVRAN-  
TIS, GVALDEN-  
SIS.



Cum Summaris ad singulas Cautelas accommodatis,  
ac copiosissimo Indice seorsum, tum Cautelarum,  
tum materialium, quae sparsim in ipsis Cau-  
telis leguntur, recens summa


*Or. collig. de la comp. de J. de Granada*  
fide recognitis.

IN VIRTUTE,



ET FORTUNA.

LVGDVNI,  
APVD GVLIEL. ROVILLIVM.  
M. D. LXXII.



4  
acceptis beneficiis respondere, aut existimem amplitudini tuæ quicquam claritatis adiuicere, cum tuus honos ob mirificas animi tui dotes semper mansurus sit suis virtibus immortalis. Sed quia nostra inuenta hæc abs te p̄sitari cupiam, ut aut damnes, si leuia & inutilia: aut comprobes, si ea vsui esse censueris. Nam si tuo non improben- tur iudicio, reddar equidem ad alia ædēda propensior, & à publicis muneribus vacās, enitar, ut non minus hoc tempore profim, quàm dum in transigendis diiudicandisue cōtroversiis occupator effem. At si displicuerint, protinus pedem referens ab inani labore desistam. Expectabo itaque iudiciū tuum, tuum inquam, iudicium expectabo. Et quis ad id melior iudex seligi potuit quàm tu? qui post bene fundatā iuris scientiam populis, qui sub ditione Romani Pō- tificis sunt, amplius quatuor lustris ita san- ctè ius dixeris, & apud Reges, legationes, aliāque ampla, & difficilia negotia ita præ- clare gesseris, ut facilè omnes in omni re te mirum in modum ingenio pollere perspiciant. Admirantibusque & te suspicientibus non vana videatur opinio Pythagoræ, qui defunctorum animas è corporibus in corpora

5  
corpora transire constanter asseruit. Te nā- que iuris prudentia Solonem, iustitia Ari- stidem, contemptione pecuniæ lucrūque despicientia Phocionem, sapientia, patien- tiāque Socratem, religione non simulata neque superstitiosa, non minus quàm no- mine Hieronymū, referre compertum est. Quin & Herculis personam gerere vide- ris, quoties Pontifices maximos grauiori- bus curis subleuas. Suaderiq; possit in tuū, formaretur animareturque corpus tanquā in delubrum quoddam cælestes illorum animos commigrasse: aut si id conceden- dum non sit, illud inficiari poterit nemo, eorum omnium eximias virtutes in te vno collocatas esse. Quæ omnia, cum illustria notaque sint omnibus, mihi tamen tua vice functo, ac diutius sub tuis signis militanti quotidie maximis experimentis familiari- ter cognita sunt. Quamobrem puto me la- bi & errare non posse, si tuam sequar in de- liberatione sententiam. Et ut summam rei habeas, propositi mei est, Testandi artem tradere. Cautioresque disponendi modos qui diurna in obscuritate latuerant ape- rire, ut mortales nostris instructi admonitis testamenta solertius faciant, testamentarias

6  
questiones præcidant, malarumque licium  
perniciosum semen extinguant. In ornan-  
do expoliendoque libro, & si aliquid orti  
nactus sim, mihi ipsi nequaquam satisfacere  
potui. Etenim coactus sum festinanter  
ædere, dum verebar, ne furtim subtractum  
exemplum rudè & incultum à librariis ex-  
cuderetur. Te igitur rogo atque obsecro ut  
volumen hoc qualecunque est, perlegen-  
dum suscipias, subindèque decernas, defer-  
turus ne sim telam hanc quam iamdudum  
etiam ex contractibus & iudicialiis  
ordior, an potius renouato  
studio prosequar.

Vale.

IO. DIL



7  
IO. DILECTVS DVRA-  
TES GVALDENSIS IVRIS-  
CONSULTVS AD  
Lectorem.

**L**ibrum hunc inchoaturus post comparatam  
rerum sylvam ac remediorum copiam de  
modo compositionis, non parum initio am-  
bigebam: cum antiquos & posteriores ac  
recentes Iurisperitos inter se disidere, & sequi diuer-  
sa conspicerem. Veteres namque civilis prudentiæ profes-  
sores Latine propriisque uerbis ac breuitate tam in res-  
pondis dandis quam Commentariis conscribendis uten-  
bantur. Sed postquam tibi Romanum coepit imperium,  
significatione uocum deformata, & eloquij splendore obu-  
ruto, Iuris interpretes multiplicibus magnisque uolumi-  
nibus recti sermonis modum seruare nescientes, omnem  
orationis uenustatem deleuere. Nouissimorum alij quan-  
tū perbene Latine loqui potuissent, perpendentes non  
uerbis leges, sed rebus imponi, à barbaro scribendi usu re-  
cedere neglexerunt. Alij aduersum Latinam linguam  
normam subsequuti sunt, & hi locos, leges, libros, titulosque  
que ab eis citatos in librorum margine scriptitant, ne con-  
tinationem sententiarum quodam quasi offendiculo in-  
terrumpant. Quid igitur facerem, & ad quos imitanda  
os uerterer dubitabam. Animaduertens tandem leges  
intelligentiam magis quam uerborum flosculos expo-  
scere, uerbisque popularibus utendum esse, ubi de gene-  
rali popularique negotio agitur, non exquisitis & ele-

gantibus, sed communibus, usitatisque uerbis scribere, lo-  
 eosque connectere uolui. Nam et priscos Iuriconsultos id  
 passim fecisse comperio. Plane longam prolixamque di-  
 cendi seriem adeo respui, ut concisis superuacaneis di-  
 sputationibus plus millies alibi repetitis, res etiamque ma-  
 xima parte congestorum ab authoribus à me citatis, im-  
 mensi campi fructibus uberrimos, in paruum et angus-  
 tum receptaculum concluderim, existimans multo mo-  
 destius atque commodius esse lectorem ad auctores ipsos  
 reuocare, quam alienis ornari, et ab aliis aptè congruen-  
 terque cumulata transcribere. Quinetiam tanquam ma-  
 terlucator complura cautioribus his inserta præcedentem,  
 cum ea materia huic aliena, seu raro accidentia et inuti-  
 lia, uel æquo et bono aduersa cognoscerem. Nihil igitur  
 non quotidianum, nihil non frugifer, nihil non honestum  
 argute Lector offendes. Perlege itaque, nam si omnia  
 quæ hoc libello continentur mente complexus fueris,  
 eorumque usum habueris, te apprime cautum

fore polliceor in ea iuris parte, qua per  
 extrema hominem elogia hære  
 ditates et patrimonialia  
 deferuntur.

DE

## DE ARTE TESTAN-

DI ET CAUTELIS VLT-

MARVM VOLUNTARIVM

Clariss. Iurifcon. Io. Dilacti Du-  
 rantis Gualdenfis,

LIBER INCIPIT.

De his qui non habent factionem testamenti.

TITVLVS I.

CAUTELA I.

Quo remedio vltima voluntas filij, viuo  
 patre, vires habeat.

SVMMARIVM.

- 1 Filiusfamilias non potest facere testamentum.  
 Peculium habentes castrense, uel quasi castrense, pos-  
 sunt de eis testari.
- 2 Emancipatio potest fieri auctoritate cuiuslibet iu-  
 dicis.  
 Notarius est iudex ordinarius, et exercet iurisdic-  
 tionem uoluntariam.
- 3 Filiusfamilias de consensu patris potest donare  
 causa mortis.
- 4 Auctoritatem ad utilitatem propriam nemo ac-  
 commodare potest.  
 Consensum ad utilitatem propriam sicut auctori-  
 tatem accommodare non possumus.  
 Auctoritatem supplet iudex pro eo qui non est ha-

A 5

*bilis ad præstandam auctoritatem.*

*Donare causa mortis qua ratione possit filiusfa. qui non potest testari etiam consensu patris.*

*Donatio facta absentis nemine pro eo acceptante non ualet.*

*Iudex supplet consensum eorum qui non possunt, aut sine iusta causa consentire recusant.*

*Consensus alteri præstitus renocabilis est per eum, cuius consensus ad actum requiritur.*

*5 Clericus etiam in minoribus ordinibus constitutus, licet sit sub patria potestate potest testari.*

*Clericus dicitur habere quasi castrense peculium in aduentitiis.*

*Peculium clerico est quasi castrense, quod aliis est aduentitium.*

*6 Clericus habet fructus sui peculij, & non pater.*



**L**ilius familias † non potest facere testamentum, l. qui in potestate. ff. de testa. & patris consensus non operatur quod testamentum ualeat. l. testamenti. ff. eo. tit. c. licet. de sepul. lib. vj. ut late per Ale. & alios Doc. in l. senium. C. qui test. fac. pos. Et licet filiusfa. castrense vel quasi castrense peculium habentes, super eo testamētū condere possint, l. si. C. de inof. test. ut per Cor. consil. lxxxv. Iura dubia. col. iij. lib. iij. & Alex. consil. ij. In consultatione. li. vj. In profectitiis tamen & aduentitiis testamentū facere non poterunt, l. si. C. qui test. fa. pos. & ibi Doct. & Cal. consil. x. Filiusfamil. in ti. de testa. Proinde filiusfa. licet nupta sit & traducta ad domum viri, cum remaneat in potestate patris, l. si vxor. C. de condi. infer.

De his qui non habent fact. testa. 12

infer. non potest super bonis maternis, vel super dote facere testamentum, ut per Alex. consil. xvij. Visis. lib. ij. nisi ad pias causas, & patris consensu, d. c. licet. §. fin. & est communis opin. ut patet ex alleg. per Alex. & alios Doc. in d. l. senium. & per Barb. in rub. de testa. fol. 12. † Sed ut filius uoluntate patris indistincte disponere possit de bonis maternis & aduentitiis remedium est, quod pater emancipatione filium liberet à sua potestate, l. si. C. de eman. libe. Et quia emancipatio non potest fieri, sine presentia iudicis, ut in ead. l. dicitur. Si forte filius egrotet, & ad iudicem ire non possit, remedium est, quod adhibeantur duo notarij, quorum alter emancipationem scribat, alter iudicis fungatur officio. Nam emancipatio auctoritate cuiusuis iudicis fieri potest. §. præterea. cū glo. Insti. quib. mod. ius pat. pot. sol. & notarij sunt iudices, gl. in l. j. ff. de iud. & in l. h. C. vbi & apud quos. & exercent iurisdictionem in volentes, ut per Bal. consil. cv. Factum tale. col. ij. lib. iij. Et post emancipationem factam validum erit testamentum. filij, ut per Cor. consil. cclix. Viso puncto. lib. iij. † Secundum remedium est, quod filius fam. consentiente patre disponat donando causa mortis. Nam potest filiusfam. permittente patre donare causa mor. l. tam is. §. si. ff. de do. cau. mor. ut per Cuma. consil. cxc. Filiusfa. & Fed. de Se. consil. cccxciiij. Habuistis. & Alex. consil. liij. In causa & lire. col. ij. lib. iij. Nam partem capit donatio caus. mort. à natura contractus, glo. in l. ij. ff. de dot. præleg. Partem quoque capit à natura vlti-

mæ voluntatis, l. si. C. de do. cau. mor. & l. cum filiusfa. nec testamentum nec codicillos facere possit, etiam consentiente patre, l. ij. ff. de leg. j. contrahedo autem liberè possit obligari, l. tam ex contractibus. ff. de iud. Constitutum est vt filiusfa. nõ possit liberè disponere sine consensu patris donando causa mor. & consensu patris possit ita donare, cum & contrahere possit. Et mediam quandam viam prudentissimi iuris authores secuti sunt. arg. l. antiqui. cum ibi no. ff. si pars hæ. per. vt per Socin. in d. l. ij. Ex his patet non esse necessarium remedium quod colligitur ex dictis Bald. in consi. cccc. lvj. Quaritur. l. ij. vbi docet posse filiamfa. consentiente patre donare cau. mor. non promittendo, sed permitiendo rem accipere propria authoritate, vt donarius habeat retentione. Nam potest filiusfa. consensu patris donare causa mortis, etiam promittendo, vt ipse quoque Bal. affirmat, consil. ccccxcvj. Pone quod filius. li. v. † Non tamè potest filiusfa. donare causa mor. ipsi patri, cuius consensus requiritur, gloss. & Bar. in l. j. ff. de auct. tut. & est communis opin. vt dicit Cor. consil. cccxciiij. Elegãter. li. j. & Deci. consi. cckxxix. Placet. col. ij. quãuis Fulg. consi. lxxxviii. Visis superioribus & alij quidam contrariã opin. sequuntur, vt per Alex. consi. cvj. Quo ad præsens. lib. j. & per Deci. d. consil. dclxxxix. Sed vt filiusfa. etiam ipsi patri donare possit cau. mor. remedium est, quod filius patri donet cum authoritate iudicis, arg. l. si furiosi. C. de nupt. & ibi hoc tenet Bal. & Alexan. in l. j. §. fuit quæsitum.

col

*Communis  
opin.*

column. iij. ff. ad Trebel. Et si filius donet causa mort. extraneo consentiente patre, nõ pater consensum suum reuocare possit, remedium est, quod pater dum consensum præstat notatio stipulanti pro his quorum interest promittat consensum non reuocare. Et talis cautela necessaria est, quando filius donaret. res. in quibus pater ius haberet, vt per Bart. in l. ij. §. si verò. in fi. ff. de donat. Et si filiusfa. habeat patrem & auum, necessarius erit consensus aui. arg. l. si. C. de leg. tut. Oportet autem quod notarius in huiusmodi donatione stipuletur pro absentibus. Nam nemine stipulante, vel donationem acceptante donatio non valeret, gl. & Doc. in l. illud C. de sac. fan. eccle. & donatio etiam caus. mor. desyderat pactum saltem nudum. gl. not. in l. cum pater. §. Meuius. ff. de leg. ij. & dubium non est notarium posse pro absentibus stipulari. l. non aliter. ff. de adop. l. ij. ff. rem pup. sal. fore. cum ibi no. per Doc. Et remedium hoc comprobatur ex dictis per Cor. consil. cxxix. Videtur prima facie. lib. ij. & per Soci. consi. clxxij. Multum abunde. col. iij. lib. ij. & consi. cxxv. Non insistendo. lib. iij. & per ea quæ ibi refert patet consensum patris posse præstari etiam ex interuallo, & per epistolam. † Sed si filiusfam. peregrè profecturus de bonis maternis, vel aliis, disponere velit: & pater nolit ei præstare consensum, vt sine consensu patris filius possit disponere de rebus suis testando, vel mor. caus. donando, remedium est, quod filius fiat clericus minores saltem ordines suscipiend

piendo. Nam clerici omnes possunt facere testamentum, etiam si filii fam. sint: quia peculium etiam aduentitium clerico est quasi castrense. auth. presbyteros. C. de Episcop. & cle. Bartol. Veron. cau. cxiiij. filius fa. & confirmatur remedium hoc ex dictis per Imol. & Abb. in c. quia nos. de testa. & per Ias. in l. filia licet. C. de colla. & est hoc mirabile dictum, ut dicit Barb. in d. c. quia nos. col. j. ex hoc enim sequitur quod si filius est clericus in minoribus ordinibus constitutus, licet sub patria potestate remaneat, c. si annuum. de iudi. libr. vj. Rot. decisio. clxxviii. Emancipatio. in no. tamen pater non habet usum fructum in eius bonis vnde cuncte quæ sitis. Et per hoc limitatur l. j. C. de bon. mat. Et l. cum oportet. C. de bo. quæ libe.

## CAVTELA II.

Quo remedio possit disponere mulier de rebus suis sine consensu consanguineorum, ubi lex municipalis mulieres testari sine illorum consensu prohibet.

## S V M M A R I V M.

- 1 Statutum quod mulier testari non possit sine consensu propinquorum non ualet.
- 2 Statuto disponente quod mulier testamentum facere non possit sine consensu propinquorum potest mulier facere testamentum ad pias causas.
- 3 Iudex supplet consensum eorum, qui non possunt, aut sine iusta causa consentire recusant. C. num. 5.
- 4 Consensum ad utilitatem propriam sicut auctoritatem

tatem accommodare non possumus,

6 Protestatio ius conseruat.

7 Donatio causa mortis potest fieri ab eo, qui lege municipali non potest testari.

Testamentum prohibitus facere potest donare causa mortis.

**V**aler statutum disponens mulierem non posse facere testamentum sine consensu propinquorum, ut per Pet. de Anchar. consil. xxiiij. Videretur. & Calde. consil. xx. in titul. de constit. & ita contra Paul. de Castr. & Alex. concludit Ias. in l. ex facto. ff. de vul. & pup. quod sanè procedit, nisi statutum factum sit in fraudem alienius mulieris particularis, ut per Deci. per consil. ccclxj. Omissa longa. col. j. Et si propinqui, vel alij, quorum consensus requiritur mulieri testamentum facere volent, consentire recusent, remedium est quod mulier aliquem pium locum hæredem faciat, & ab eo personis ad quas sua bona peruenire velit legando relinquat, & valebit testamentum, etiam quo ad legata, non quo ad pias causas facta, ut per Bald. in l. generali. C. de facto sanct. eccle. & Abb. in c. relatum. j. col. ij. de testa. & Alexand. consil. cv. Viso ac diligenter. colum. iij. lib. iij. fac. dicta. per Barba. in dicto c. relatum. col. ix. & x. vbi refert esse ad piam causam etiam testamentum in quo hæres instituatur pauper consanguineus pro anima testatoris, per glo. in capitul. ij. in verbo decreuerit. de sepult. vel in quo instituantur miserabiles personæ, ut menses, pupilli, viduæ, puellæ maritandæ, mulieres



mulieris mala vitæ: vt redeant ad bonam frugem, & alia personæ, ibi per eum enumerata.

3 † Secundum remedium est quod iudex propinquis sine iusta causa consentire nolentibus auctoritatem suam interponat, quæ sufficiet loco consensus propinquorum, argum. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. mat. & ibi not. Bartol. & cæteri Doct. & Bald. in l. vidua. C. de nup. & Corn. consil. ccxlij. Circa primum colum. ij. lib. iij. & approbante iudice sufficiet etiam remotiorum propinquorum consensus, quando proximiores consensum denegât, vt per

4 Bal. in d. l. vidua. † Et si mulier vellet ipsis propinquis, quorum consensus desideratur in testamento mulieris, sua bona relinquere, propinqui ad vtilitatem propriam consensum accommodare non possent, per not. per gl. & Bar. in l. j. ff. de aut. tut. & Bart. in l. frater à fratre. col. xij. ver. tertio quæro. ff. de condit. inde. cum allegaris per Soc. consil. clxxij. Multum abundè. & per Corn. consil. ccxciiij. Eleganter. lib. j. & est communis opinio, vt dicit Deci. consil. dcxij. Conclusionem. in fin. contra Bald. qui in contraria fuit in l. j. C. vnde vir. & consil. vj. Hæc est copia. li. ij. Sed vt dispositio facta ad comòdum eius, sui consensum adhibere debet, non fit inutilis, remediũ est, quod ante testamentum mulieri accommodetur consensus in genere ad faciendum testamentum arbitrio suo, non autem in ipso testamento, vt probatur ex his quæ refert Alexand. in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. & per Corn. d. consil. ccxlij. col. ij. Est tamè necesse post

Communi  
opin.

post talem consensum testamentũ fieri ex intervallo, vt per Dec. consil. ccxlv. In causa. † Itè remedium est, quod iudex suppleat defectum consensus propinquorum sua præsentia & auctoritate, quod potest facere iudex vbicunque aliquorum cõensus ad actum requiritur, si illi sint inhabiles ad consentiendum, vt per Bald. in l. si furiosi. per illum tex. C. de nup. & in l. bonorũ. vbi etiam alij Doct. C. qui admit. & per Alex. in d. §. fuit quæsitum. & sequitur Soc. cõsi. lxxxvij. In præsentia. col. ij. lib. j. Est & alia cautela videlicet, quod mulier faciat testamentum extra territorium in loco vbi non sit tale statutum, arg. l. ij. C. quemad. test. ape. Bart. in l. j. col. vj. ver. circa secundum. C. de sum. Trin. & fid. cath. & trahetur testamentũ ad bona vbique sita, vt ibi per Bar. & alios Doct. quamuis Bar. sibi contrarius aliud cõserit in l. si arrogator. col. vj. ff. de adopt. † Et ne consentiens mulieri facienti testamentũ sibi præiudicet, si fortè ius aliud quod haberet in rebus à testatrice alteri relictis sit cautus vt protestetur se consentire citra aliquod præiudicium sui iuris quæsitum, vel qua rendi. l. si debitor. §. si in vèditiõne. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. Bar. in l. cum quis decedens. ff. de leg. iij. & Socin. cõsi. clxxxix. Vifo. & consil. 230. Vifo. † Quartum remedium est, quod mulier disponat donando causa mortis: potest enim mulier ita disponere, quia prohibitus facere testamentum nõ intelligitur prohibitus donare causa mortis, l. tā is. §. si. ff. de don. cau. mor. vt per Dec. consil. cxcvj. In casu proposito. fac. no. per Bal. consil. ccxcviiij. Quæritur. lib. ij. Hoc tamen nõ procederet si sta-

rum prohiberet mulieres etiam cōtrahere sine consensu consanguineorum, vt patet ex allegatis per Alex. & Soci. in l. ij. ff. de leg. j.

## CAUTE LA III.

Quibus remediis possit clericus disponere de rebus pertinentibus ad ecclesiam.

## S V M M A R I V M.

- 1 Clericus de fructibus beneficij & rebus ecclesie nō potest testari.
- 2 Clericus debet erogare quod superest in pauperes.
- 3 Clericus potest inter uiuos moderatē donare.
- 4 Cardinalibus sine licentia Papae de bonis patrimonialibus licet facere testamentum.  
Papa potest dare clerico facultatem testandi de rebus ecclesie.  
Clericus potest testari de rebus ecclesie permittente summo pontifice.
- 5 Clericus etiam in testamento potest relinquere in remunerationem seruitiorum.
- 6 Fructus quomodo diuidantur inter hæredes clericī defuncti, & successorem eius in beneficio.

**C**lericus de fructibus beneficij, vel de rebus alijs ex fructibus ecclesie, vel intuitu ecclesie acquisitis non potest testando disponere: quia in morte vsuario comparatur gl. in c. presenti. de offi. ordi. lib. vj. & per Bal. confi. lxxx. Ad euidenciam. lib. v. & secundum veriore opin. procedit hoc, etiam si clericus simplex beneficiū sine administratione habeat, vt tenent Abb. in repe. c. cum esset. col. vij. de testa. & Gemin. in d. c. presenti. & alij relati per Barba. in c. fi. de pec. cle. & rationalis est hæc sententia, quia clericus ex redditibus sui benefi

sui beneficij ecclesiastici ultra honestum victum sibi quicquam attribuere nō potest, c. Episcopus, xij. q. j. † & quicquid superest, erogandum est in alimoniam pauperum c. quoniam quicquid. xvj. q. j. c. aurum. xij. q. ij. Et si ex fructibus ecclesie clericus sibi vel suis emerit prædium, hoc ad ecclesiam pertinet, & ab illa vt domina poterit vëdicari, gl. in c. Apostolicos. xij. q. 2. Doct. in c. inquirēdū de pec. cler. Sed vt clericus possit de redditibus & alijs bonis mobilibus ecclesie disponere in pauperes, amicos, & egentes consanguineos, remedium est, quod ea quæ in testamento eis relinquere destinabat viuens donet, & tradat: potest enim clericus & prælatus de bonis mobilibus & redditibus ecclesie inter viuos moderatē donare, c. cæterū, vbi Abb. de dona. l. vius. ff. si quid in frau. patr. & clericus prælatūque de rebus ecclesie tenerur potius subuenire consanguineis si indigeāt, c. nō fati. lxxxvj. dist. c. quiescamus. cum gl. in c. omnino. xxxj. dist. Abb. in c. j. de coha. cler. & mulie. Doct. in c. non liceat. xij. q. ij. Barb. in c. ad hæc. col. j. & ij. de testam. & Ludo. Bol. post cons. Ioā. de Ana. lxxxvij. circa dubium. Secundum remedium est quod clericus à summo Pontifice impetret priuilegium testandi & disponendi de huiusmodi rebus, quod Papa ex causa concedere potest, cum ad Papam vniuersarum ecclesiarum plena dispositio pertineat, c. licet. de præb. lib. vj. c. j. vt lit. pen. iuncta l. si. quando. C. de inoff. test. & l. si mutus. ff. eo. tit. vt per Abb. in d. c. cum esset. & per Alex. & Ias. in l. vt militibus. C. de test. mil. & Alex. confi. xv. Reuertendissime. lib. ij. Soc. cōfi.

Communis  
opini.

xiiij. Præfens consultatio. Bella. consil. ij. Super me  
dierate col. pe. & vl. & est cõmunis opin. vt dicit  
De. cõsi. clvij. Quæritur de expensis. Ideo secun-  
dum Doct. relatõs per Ias. in auth. ingressi. C. de  
fac. eccl. Cardinales ex priuilegio. Papæ possunt  
facere testamentum de bonis quæsitis occasione  
Cardinalatus: & fac. no. per Caccial. in tra. de pẽ-  
si. q. xix. in fi. quod tamen procedit tantũ in bonis  
mobilibus non preciosis, secundum Bart. in d. c.  
cũ in officiis. col. pen. de testa. & prædicta intel-  
lige vera esse quando Papa moueretur ex iusta  
causa ad concedendum clerico facultatem testan-  
di, vt per abb. in d. c. cũ esses. quem refert &  
sequitur Fel. in c. constitutus. col. antep. in ver. do-  
minum. de rescrip. & Barb. in d. c. cũ in officiis.  
col. vj. cum alleg. per eum ibi: & iusta causa ef-  
fet si clericus suis pauperibus consanguineis sub-  
uenire veller. nam ideo bona ecclesiarum compa-  
rata sunt, vt ex eorum fructibus pauperum ino-  
piæ succurratur, c. videntes. xij. q. j. fac. no. per  
Abb. in d. c. j. & notandum est quod priuilegium  
testandi semper Cardinalibus necessariũ est etiam  
quo ad bona patrimonialia, secundum Host. in  
sum. de pœn. §. confitendum. ver. cũ Cardina-  
lis. tu autem quantum ad patrimonialia, & alia bo-  
na non pertinentia ad ecclesiã contrariũ teneas,  
4. ¶ quia verius est Cardinales de bonis propriis  
liberè posse testari, vt patet ex alleg. per Barba.  
in tra. de præst. Card. par. j. q. iij. & Card. de Iacoba  
in tract. de cõcil. lib. j. art. xij. fac. 33. ¶ Tertiuũ reme-  
diũ est quod clericus relinquens alicui benemerito  
fructus vel mobilia ecclesiæ dicat se relinquere  
pro

pro remuneratione seruitiorum: potest enim cle-  
ricus in remunerationem relinquere de bonis ec-  
clesiæ. c. relatum. ij. & ibi Canon. de testa. & per  
Barb. in d. c. cũ in officiis. col. iij. Notandum tam-  
en est quod de meritis & obsequiis non credi-  
tur assertioni testatoris, sed ea probari oportet, l.  
si fortè. ff. de Cast. pec. not. per gl. & Doct. in l. si  
donatione. C. de colla. vt autem verbis testato-  
ris concurrentibus aliquibus præsumptionibus  
fides adhibeatur, ¶ remedium est quod testator  
specialiter exprimat merita, secundum Bald. in l.  
si. ff. de exer. acti. & cautius est quod iureiurando  
testator affirmet se illa recepisse, per not. per Bal.  
in d. l. si donatione iunctis dictis Sal. in l. si mater.  
C. de contra. emp. & Alex. consil. xvij. Confide-  
ratis. lib. iij. quos sequitur Deci. in d. l. si donatio  
ne. col. v. & vj. Quomodo autem fiat diuisio fru-  
ctuum inter hæredem clerici mortui & ecclesiã,  
quãdo clericus nõ potuit de fructibus testari, po-  
nit Bal. cõsi. cccxij. Præmittendum. lib. ij. vbi in-  
ter cætera dicit in dubio præsumendum esse cle-  
ricum fructus ecclesiæ consumpsisse, & non pro-  
prios: arg. c. cũ secundum. de præb. alibi dicit hoc  
esse tẽperandum arbitrio boni viri, d. consil. lxxx.

### CAVTELA IIII.

Quo remedio Monachus possit facere testa-  
mentum.

#### S V M M A R I V M

1 Monachus non potest facere testamentum.

2 Papa potest donare monacho facultatem testandi.

**M**onachus testamentum facere non potest, 1  
auth. ingressi. C. de sac. san. eccl. ¶ Sed vt mo

nachus de bonis ex sua professione delatis ad monasterium vel sua opera acquisitis possit facere testamentum & suos consanguineos paupertate pressos subleuare, remedium est quod monachus a Papa impetret facultatem testandi & disponendi de huiusmodi bonis. <sup>1</sup> Certum est enim, quod summus Pontifex etiam monacho potest dare potestatem faciendi testamentum, l. si quando. c. ubi not. per. Bal. C. de inoffi. test. & in auth. nisi rogati. C. ad Treb. & Ias. in d. auth. ingressi. Soc. cons. xiiij. Præsens consultatio. ubi tenet valere potestatem à Papa datam cuidam religioso quod posset testari vsq; ad summam decem millium Florenorum, & Caccialup in tracta. de penfio. q. xix. in fi. cum aliis relatis per Barb. in c. cum in officii. col. pen. de testa.

## CAVTELA V.

Quibus remediis pupillus possit disponere de bonis suis in euentum mortis suæ.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Pupillus etiam doli capax testamentum facere non potest.*
- 2 *Iuramentum obligat etiam impubere doli capacem. Pupillus doli capax obligatur iuramento.*
- 3 *Pupillus doli capax potest facere testamentum ex dispositione Papæ.*

**P**upillus testamentum facere non potest l. quæ arate. ff. de testa. & malitia quo ad hoc non supplet aratem, adeo t̄ quod pupillus etiam doli capax non potest facere testamentum. l. si. C. de test. mil. vt ibi per Doct. & Barb. in c. Rainutius. col. xxviiij. de test. & procedit etiã si velit pupillus testari

testari ad pias causas. vt per Bar. in l. j. in i. q. C. de fac. san. eccle. Sed si casus emergat quo videatur honestū pupillū de suis bonis disponendi facultatem habere, vt pupilli dispositio valeat, remedium est quod pupillus doli capax de bonis suis in euentum mortis donando disponat sub conditione, si ipse decesserit in pupillari arate, & cōfirmet talem dispositionē suo iuramento, & valebit dispositio per doct. Bar. & Alex. in l. qui iurasse. ff. de iureiur. & Ias. post Bar. in auth. sacramenta pube. C. si aduer. ved. & per Can. ix. c. j. de delic. puer. <sup>2</sup> Astringitur enim etiã talis impubes religione iuramenti. l. si. ff. de lib. cau. c. paruuli. xxij. q. v. Abb. cōf. cviiij. Il lud. li. ij. & Barb. in c. quia ingrediētib. col. v. de test. Pau. de Cast. cōf. ccxiiij. Si nō interuenisset. lib. j. & est cōmun. opi. vt dicit Deci. in l. pupillū ff. de reg. iur. per allegata ibi per eum, stricto tamē iure facile posset cōtraria opi. sustineri, quia impubes nō habet plenū iudicium quod requiritur vt obliget iuramentū, vt no. in auth. quod eis. C. de nū. c. & si Christus. de iureiur. & iuramentum non obligat impuberes. arg. à contrario sensu d. auth. sacramenta pub. Et quia iuramentū non habet per omnia eundē effectū in impubere doli capace quē habet in pubere, d. c. j. vt per Zaba. cōf. xcij. Nobiles. iii. col. viij. & Bal. cōf. cccclj. In pupillo lib. ij. <sup>3</sup> Secundum remedium est quod pupillus doli capax ex indulgentia principis faciat testamentū: potest enim princeps pupillo doli capaci dare fact. onem testamenti, vt per Bar. in l. si quæramus. ff. de testa. & Ale. in d. l. si. cū alleg. per Ias. in l. rescrupta. in fi. C. de prec. Imp. offe. & Deci. in d. l. pupillū. in fin.

Commū-  
ni opi.

## CAUTE LA VI.

Quo remedio vires habeat testamentum furiosi habentis dilucida interualla.

## S V M M A R I V M.

- 1 Furiosus non potest facere testamentum.
- 2 Notarius qua cautela uti debeat quando adhibetur ad scribendum testamentum furiosi habentis dilucida interualla.
- 3 Notario non creditur in his circa quæ uersatur eius laus, uel opprobrium.
- 4 Furiosi testamentum ualet, si in eo omnia fuerint rectè disposita.

*Testandi sibi facultatè adimere quidam furor est.*

- 1 **F**uriosi testamentum non ualet nisi factum sit in dilucidis interuallis, l. furiosum. C. qui testam. face. pos. & furoris tēpore præsumitur factum testamentum ab eo qui prius furere cœperat, quia qualitas mentis durare præsumitur, l. nō omnes. §. à Barbaris. ff. de re mi. l. si cui. §. hisdem. ff. de accu. gl. in c. cum inter canonicos. in ver. recusatus. de elect. gl. in c. indicas. iij. q. ix. gl. in c. fi. de succ. ab intesta. † Sed si quando tabellio adhibetur ad scribendū testamentum furiosi habentis dilucida interualla, ut ualet testamentum cautus sit ut antequam scribat testamētum tam ipse quā testes interrogent testari uolentem super diuersis materiis, & si respondeat ad interrogata ut homo sanæ mentis, faciat fidem in scriptis quòd testator interrogatus à testibus, & ab ipso notario super variis rebus rectè respōdit, & fides habebitur attestatiōni notarij, & cōsiliū hoc approbat Ang. de Arer. in tracta. de test. ver. sanus mēte. tutius
- 2

tius tamē est quòd interrogationes huiusmodi per alium notarium ut iudicem fiant qui ex rectis respōdit testatorem iudicet sanæ mentis, quia fortè notario † qui testamentum scripsit, non crederetur, cū ex hoc ei laus uel opprobrium posset adscribi, ut de proxeneta dicitur in §. pe. in auth. de testi. & per Alexand. consi. xij. Ex his quæ. col. v. ubi dicit hanc esse communem opi. & cōf. cxlj. Ponderatis. col. iij. lib. j. nisi qualitas & conditio personæ & causæ aliud suadeat, ut per Abb. in c. dilectorum. de testi. cog. † Item sit cautus notarius ut nihil in testamento scribat quod non conueniat homini sanæ mētis. Nā si testator rectè omnia disposuerit ualebit testamētū ut factū ab homine sanæ mētis: quia qualia quisq; facit & loquitur talis esse præsumitur, arg. l. pe. ff. de cōdi. insti. & l. Titia. ff. de inof. testa. & ideo si testamētū sit rectè & prudenter factū, ipse testator prudēs fuisse creditur, & teste Valerio maximo, testamētū cuiusdam furiosi fuit olim à Senatoribus approbatum, quia in eo omnia rectè disposita legebatur: quod refert etiā Bal. in c. j. per quos fiat inuest. in vsib. feud. & Alex. in d. l. furiosum. & hodie etiam iudicaretur validum tale testamentum, ut per Ioan. And. & Abb. in c. cū dilectus. de suc. ab intest. cum aliis relatis per Ant. Corf. in sing. in vers. testamentum. & opinionem hanc sequitur Barba. in c. quia ingredientibus. col. vij. de testa. ubi tenet furiosi testamētū ualere factum ad pias causas, dummodo non probetur quòd tempore testamenti fureret. quod procedit in furioso qui habet dilucida interualla: aliàs testamentum furiosi fa-

4  
Comunis  
opin.

Etum vt ab homine sanę mentis, nō valeret etiā ad pias causas. arg. c. sicut tenor. vbi Abb. de reg. cum aliis allegatis per Ias. cōf. cxj. Vifa longa. col. vj. parte ij. Et cauendum est ne in testamento habentis dilucida interualla inferatur clausula derogatoria ad posterius testamentū: ob id enim præsumeretur testamentum in furore factum: quoniam est contra bonos mores auferre sibi liberam testandi factionem, l. stipulatio hoc modo. ff. de verbor. obligat. vt per Alexand. cōf. cxlj. Mature. col. iij. lib. j.

## CAVELA VII.

Quo remedio sustineatur vsurarij testamentum.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Vsurarius manifestus si testetur cautione non præstita de usuris restituendis, eius dispositio non valet.*
  - 2 *Donatio inter viuos valet, sed non donatio causa mortis facta ab usurario manifesto.*  
*Vsurarius manifestus sicut non potest testari, ita non potest donare causa mortis.*
  - 3 *Vsurarij manifesti testamentum quomodo subuertatur uel conualescat. & nam. 5.*
  - 4 *Vsurarij hæres potest transigere cum Episcopo.*
- 1 **V**surarius manifestus non cauto de restituendis usuris non potest facere testamentum, c. quanquam. de vsur. libr. vj. Zab. cōf. cxj. A. vsurarius & dicitur manifestus vsurarius etiā qui non publicè sceneratur, sed conuinci potest quod sit vsurarius probatione legitima concurrente fama, vt per Abb. cōf. xxxiiij. Attingam. lib. j. & cōf. ij. Illud. li. ij. † & donatio etiā causa mor

mortis facta per vsurarium manifestū de omnibus bonis suis vel maiore parte bonorum non data idonea cautione de usuris restituendis, non valet: vt per Bald. cōf. cccxiiij. Quæritur. lib. ij. qui tamen sibi contrarius est in cōf. cxcviiij. Quæritur. eod. lib. & prædictam opinio. quod donatio causa mortis viribus careat, tenet etiā Pau. de Castr. cōf. cccxxxiiij. Præfatum testamentum. & Gemi. in d. c. quanquam. Lap. alleg. cxxv. Factum super quo. & est communis opin. vt dicit Alexand. in l. discretis. col. j. c. qui testa. face. Cōmuni  
opin. poss. & ultra allegata ibi per eum vide scripta per Deci. cōf. cxcvj. In casu proposito. in fin. & notandum est quod dispositio d. c. quanquam. habet locum in testamento Christiani tantum, & non Iudei, vt per Soci cōf. vij. In præfenti. lib. j. nec etiā habet locum in donatione inter viuos, vt per Bald. d. cōf. cccxviiij. vt autem valeat etiā testamentum vsurarij manifesti, licet in actu testandi vel antea cautionem prædictam non dederit, remedium est quod testator faciat aliquem procuratorem ad præstandam dictam cautionem post mortem ipsius testatoris, nec mandatū morte reuocatur, cum mandatur quid post mortem fieri. l. si verò non remunerandi. §. si. ff. manda. vel testator mandet hæredi, quod huiusmodi cautionem ipse præstet, & vires habebit testamentum si post mortem ipsius testatoris cautio præstetur illius mandato. per no. per Bart. in l. vniuersa. C. de prec. impe. offer. & quod hoc remedio conseruetur testamentum tenet Zab. in cle. j. q. xxij. de sepult. & Feli. in c. quoniam frequenter. col. iij. vt lit.

vt lit. non. conte. & ita iudicatum fuit Ferraria, vt refert Feli. in c. ad hęc. col. j. de reſcr. Illud etiam animaduertendum eſt quod etiam data dicta cautione teſtamentum ſi notarius rogatus, ſi pulatus fuerit ſine mandato ordinarij. d. c. quanquam. Sed ſi tempus non patiatür expectari mandatum Epifcopi remedium eſt quod ipſe notarius recipiat cautionem nomine omnium quorū quomodolibet intereſt, aut intereſſe poterit. † Tunc enim ratihabitione Epifcopi ſubſequuta conualeſcet teſtamentum. l. ſi. C. ad Macedo. c. ratihabitionem. de reg. iur. lib. vj. Bald. conſil. cxxvij. Cum quidam. lib. iij. Item ſciendum eſt quod ſucceſſurus ab inteſtato ſi velit ſubuertere teſtamentum uſurarij manifeſti, cautus eſſe debet vt faciat articulum quod teſtator tempore teſtamenti confeſti erat uſurarius manifeſtus: nam non ſufficeret probare quod teſtator erat uſurarius manifeſtus: vt per Iaſ. conſil. lxxvij. Bernardinus. lib. iij. arg. l. dilecti. §. ſi extraneus. ff. de nox. cum alijs per eum allegatis: quidam tamen tenent quod uſurarium manifeſtum fuiſſe teſtatoreſ probare ſufficiat ad ſubuertendum teſtamentum, ſi non appareat reſtitutio uſurarū. arg. l. quis ſit fugitiuus. & ibi not. Bart. ff. de ædil. edic. Pro eo autem qui eſt hæres inſtitutus ab uſurario manifeſto dicta cautione non præſtita, vt hæreditatem obtinere poſſit, remedium eſt † quod ratione incertarum uſurarum à ſummo pōtifice ſeu ab Epifcopo loci aliquo dato in pios uſus vertendo bona hæreditaria impetret, vt per doct. in c. quām ſit de Iuda. Abb. cōſ. xxxij. Attingā. col. ſi. li. j. Nam non ſolum Papa

verum

verum etiā Epifcop. poſſet tranſigere ſuper uſuris etiam cum ipſo uſurario, vt patet ex allegatis per Soci. d. conſil. cxxvij. col. iij. Et norandū eſt quod ſi uſurarius manifeſtus fecerit teſtamentum dicta cautione non data, & conſequēter eius teſtamentum non valeat. Vt conualeſcat teſtamentum, remedium eſt † quod dum viuſque eſt dicta cautione præſtetur, & vires habebit teſtamentum. Bart. in l. filio præterito. col. vlt. ff. de iur. iudi. l. ceteri. Deci. in l. quod in initio. circa ſi. ff. de reg. iur. arg. l. qui ſoluendo. j. ff. de hære. inſti. & caueat teſtator ne poſt teſtamentum ſeu cautionem præſtitam amplius quomodo ſœneretur. Fœnerando enim poſt teſtamentum etiam non manifeſtè vires adimeret ſuo teſtamento. arg. c. accuſatus. §. j. de hæret. lib. vj. vt per Fede. de Sen. cōſil. vij. Quidam uſurarius. & Abb. conſil. j. libr. ij. & prædicta ſunt notanda, quia multi re ſunt uſurarij, licet nomine non vocentur, vt ſunt hi qui carius vendunt dilata ſolutione ad tempus. c. in ciuitate. de uſur. in quibus habet locum d. c. quanquam. vt per Abb. conſil. xxij. Quanquam libr. j. quod tamen limita multis modis, vt per Deci. conſil. iij. Diligenter conſyderatis.

### CAVTELA VIII.

Quo remedio ſuſtineatur vltima voluntas cæci non ſeruata forma ſeruanda in teſtamento cæci.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Cæci teſtamentum quam ſolennitatem requirat.
  - 2 In teſtamento cæci inſtitutio præcedere debet.
- Cæci teſtamentum requirit ſolennitatem iuris, etiam ſi ſtatutum inducat generaliter aliam formam

man

*nam testandi.*

- 3 *Omissa forma in testamento cæci non sustineretur per clausulam codicillarem.*
  - 4 *Clausula codicillaris non operatur in testamento cæci ad supplendum solennitatem.*
  - 5 *Cæcus potest donare causa mortis.*
- Donatio causa mortis facta à cæco ualct, communi forma seruata.*

*Notarius potest alteri stipulari etiam absenti.*

**C**æcus non potest, secundum communem formam, facere testamentum, l. hac consultissima. C. qui testa. fa. poss. & §. cæcus. insti. eo. † Sic cautus igitur notarius ut ultra solennitatem vulgarem quædam obseruet in testamēto cæci, quibus omissis testamētū viribus careret. Et in primis, quia cæcus dum facit testamentum, suam uoluntatem vno contextu debet exprimere, & mortis cogitatione turbatus fortè omnium memoriam non haberet. cæcum audiat, & uoluntatem integram testatoris eo mandate in schedulam redigat: & conuocatis testibus eam legat, & testator dicat uoluntatem suam per omnia illam esse, & mandato eius eam schedulam scriptam fuisse, ut patet e scriptis per Alex. in d. l. hac cōsultissima.

Secundò, quòd testium nomina scribat in principio testamenti, quia primum oportet testes esse conuocatos, d. l. hac consultissima. Bald. tamen ibi dicit non referre utrum nomina testium in principio, an uerò in calce testamenti scribantur. Sali. & Alex. ibi dicunt loci consuetudinem seruandam esse. † Tertio, quòd legata scribat ante institutionem hæredis, quoniam in testam

stamento cæci hæredis institutio præcedere debet, d. l. hac consultissima, quod in testamentis aliorum necessarium nõ est. §. ante hæredis. Inst. de lega. omisio tamen huiusmodi ordinis non uitiat testamentum. arg. l. j. in fi. ff. de ven. insp. ita tenent Bal. Pau. de Cast. & Alex. in d. l. hac consultissima. & alij relati per Ias. cōf. xxvj. Omisio lib. j. Quartò cauendum est ne testamentum cæci fiat in scriptis: cæcus enim non potest facere nisi nuncupatiuum testamentum, quod inductum est ne locus sit fraudibus & dolis, d. l. hac consultissima. & ibi declarat Alex. Quintò necesse est quòd ad testamentum cæci septem testes & notarius adhibeantur: & si notarius haberi non possit, octauus testis adhibendus est, d. l. hac consultissima. Sextò necesse est quòd hæres per nomen & cognomen, & alia lucida indicia demonstratur, ne sola nominis cōmemoratio ambiguitatem aliquam pariat, nec paucioribus quàm duabus qualitatibus nomen hæredi designandū est. arg. l. forma. ff. de cōf. cum ibi not. per gl. in uerfi. uicinos. Bart. in d. l. demonstratio. q. vij. ff. de condi. & demon. & Alex. in d. l. hac consultissima. col. j. nisi nomen esset adedò notum, ut alia demonstratio superflua uideatur. glo. in d. l. hac consultissima. in uer. & indicia. de quo dic. ut per Alexandrū consil. xxij. uiso themate. libr. vj. Septimò oportet testamentum cæci subscribi à testibus & notario, dict. l. hac consultissima. licet regulariter testamentum nuncupatiuum non requirat subscriptionem testium, d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem.

† Et



- 3 † Et sciendum est quòd omiſſa prædicta forma testamentum cæci non ſuſtineretur per clauſulam codicillarem vt ſentit glo. in d. l. hac conſultiſſima. in ver. codicillis & ibi hoc ſequitur Bald. Alexand. & cæteri doct. & Fulg. conſil. xcj. Super eo. † Et ſi lex municipalis generaliter induceret teſtandi aliam ſolennitatem, nihilominus ſupraſcriptam formam per ius commune traditam in teſtamento ſeruari oportet, præterquam inter liberos: vt declarant doct. in d. l. hac conſultiſſima. Et Zabar. conſil. cxlvij. Ser Franciſcus. & Iaſ. in d. conſil. xxvj. Hoc tamen fallit quando cæcus poſterius teſtamentum faceret liberis in priore teſtamento hæredibus inſtitutis: tunc enim teſtamentum prius perfectum non reuocatur per poſterius imperfectum. §. & ſi quidem. in auth. de teſt. imper. auth. hoc inter liberos. & ibi doct. C. de teſt. & per Fulg. conſil. xlj. Caſus talis eſt. Alex. conſil. cv. Viſo ac diligenter. lib. iij. Sed vt vltima voluntas cæci ob omiſſionem tam ſcrupuloſæ formæ non vitietur, remedium eſt quòd cæcus diſponat de bonis ſuis donando cauſa mortis, vel teſtamentum faciens decernat diſpoſitionem ſuam velle valere, etiam vt donationem cauſa mortis: & valebit diſpoſitio. Nam in donatione cauſa mortis nõ eſt neceſſaria ſolennitas, d. l. hac conſultiſſima, vt per Bal. cõf. ccxlvij. An cæcus. li. v. Et Soci in l. ij. col. ij. ff. de leg. j. Verum vt iſta clauſula vires habeat oportet aliquẽ donatarij nomine ſtipulari vel paci ſci. Nã donatio cauſa mortis ſtipulationẽ aut ſaltẽ nudum pactum deſyderat, vt per gl. in l. cum pater. §. Meuo. ff. de leg. ij. & per Bar. in l. j. & in l. ita is. §. j. ff.

j. ff. de dona. cauſ. mor. quare expedit dictã clauſulam inferi teſtamento cæci notario ſtipulante pro omnibus quorum intererit, poteſt enim notarius etiam abſentibus ſtipulari. l. iij. vbi Barr. ff. rem pub. ſal. for. & idẽ Bar. in l. nec ei ff. de adop. & in l. ſtipulario iſta. §. ſi ſtipulerur. ff. de ver. obli. c. quanquam. de vſu. lib. vj. Alex. conſil. lxxv. Quoniam omne. col. vij. verſi. item notarius. lib. vj. cum relatis per Deci. conſil. devij. Viſo puncto col. ij. & iij. & hoc ſeruato non obſtabunt obiecta per Iaſo. conſil. lxxxij. Viſo teſtamento. lib. iij.

## CAUTE LA IX.

Quo remedio ſurdus & mutus, & alij inſtabiles de rebus ſuis diſponere poſſint.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Surdus, & mutus natura non habet teſtamenti factionem.*
- 2 *Surdus, quo remedio poſſit diſponere.*
- 3 *Princeps omnibus qui iure ciuili teſtamenti factione carent, poteſt concedere facultatem teſtandi.*

**S**urdus, & mutus natura, non habet teſtamenti factionem: quòd ſi per accidẽs quis ſis ſurdus & mutus, & literas ſciat, teſtamentum facere poteſt, ſcribendo voluntatem ſuam, l. discretis. c. qui teſta. fa. poſ. vt autem, & is qui literas neſcit de rebus ſuis, diſponere poſſit, remediũ eſt, quòd diſponat in codicillis, vel quòd in ſuo teſtamento codicillarem clauſulam inferat: ſic enim diſpoſitio valebit iure fideicommiſſi. l. quia autem. cum gl. in ver. fuerint. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. nutu. ff. de leg. iij. & ibi glo. & Bar. docent quomodo notarius ſcribere debeat conſenſum muti. Debet

enim notarius annotare huiusmodi consensum hoc modo, videlicet, T. mutus ex accidenti loqui non valens interrogatus, &c. assensit humeris, & annuit capite; & doctri. hanc comprobat. Cal. cōf. xl. Quaedam mulier. in rit. de testa. Secundum remedium est quod t̄ murus testandi facultatem à principe impetret. l. murus. ff. de testa. Bart. in l. si quaramus. eo. ti. Nam princeps omnibus qui iure civili testamenti factione carent, potest concedere facultatem testandi, l. obsides. ff. de testa. l. si quādo. C. de inof. test. qua redammati ad triremes, vel ad perperuos carceres, vel ad vltimum supplicium, ex priuilegio principis testamentum facere poterunt, licet de iure intestabiles sint, quia serui pœna testari non possunt, vt per glo in l. eius qui. §. si. ff. de testa. & per Ful. cōf. xlv. Quidam. vel quia non habent bona, vt per Bald. consil. cccclxxxij. Dicit lex. lib. j. Sciendum tamen est, quod sustineretur testamentum cōdemnati ad mortem, si quo modo sententia de nullitate argui posset. arg. l. iij. §. condemnatum. ff. de re iud. vt cōsūlit Bal. cōf. ccccxxxij. Factum breuiter. & consil. seq. lib. ij. Confessio quoque condemnati ad mortem, facta sine fraude in fauorem creditorum vires habet, vt per Bald. consil. ccxliij. Proponitur. lib. v.

## CAVTELA X.

Cautelel adhibenda quando excommunicatus in extremis vita constitutus velit facere testamentum, & quo remedio incapacibus relinqui possit.

## S Y M M A R I V M.

1. Excommunicatus actiue & passiuè habet factionem testamenti.

Excom

2. Excommunicatus potest à quolibet absolui ab excommunicatione, quando impeditur accedere ad eum ad quem absolui pertinet.
3. Incapax potest institui in tēpus cū capere poterit. Banniti nostri temporis comparantur deportatis & sunt intestabiles.

**E**Xcommunicatus testamentum vires habet, vt <sup>1</sup> per Iac. de Bel. in §. omnibus. in authen. de sanct. Epif. Io. And. & Gemi. in c. decernimus. de sen. excom. lib. vj. Feder. de Sen. consil. lxxiiij. Verus. & consil. cxviiij. Factum tale est. Vbi tenet excommunicatos actiue & passiuè habere factionem testamenti: & est cōmunis opi. vt dicit Barb. in c. quia ingrediens. col. fin. de test. post multa alleg. per eum. Sed si testes & notarius ad excommunicatum volentem facere testamentum nolint propter timorem excommunicationis accedere, remedium est, quod i testator agrotans ad <sup>2</sup> mortem etiam in casu quo absolutio à nō impedito obrinenda esset, à sede Apostolica petat absolutionem à quolibet alio, & absolui poterit propter imminēs mortis periculum. c. eos. de sen. excom. lib. vj. & ibi Docto. & ex signis huiusmodi contritionis præsumetur non decessisse in peccato mortali, c. à nobis. ij. de senten. excom. & cōsequenter valebit testamentum excommunicati, etiam ad pias causas, quod aliter nō valeret, cū ecclesia non accipiat dona ab his qui non obeūt, vt veri Christiani, c. pro obeuntibus. xij. quæst. ij. cum alijs allega. per Bart. in d. c. quia ingrediens. col. antepen. Deportati t̄ quoque nullā habent factionem testamenti, ideoque nec alijs re-

Communi opi.

relinquere ipsi possunt, nec eis relinqui testamento potest. glo. j. §. legari. Insti. de leg. & l. j. C. de hære. insti. Idemque dicendum est de bannitis nostri temporis, qui possunt impunè offendi, & positi sunt extra protectionem communis, per d. l. j. vt ibi per Alexan. reprobata glo. in §. relegati. Insti. quib. mod. ius pa. po. sol. Bald. consil. xxv. Ad dictum lib. iij. Sed si quis velit sic incapacibus relinquere, remedium est, quòd alius hæres instituat, & rogetur hæreditatem huiusmodi exilibus restituere, cum redierint in gratiam & restitui fuerint. l. in tempus. ff. de hæred. instit. & ibi per Docto.

## CAVTELA XI.

Quo remedio relinqui possit fratribus minoribus annuus reditus, vel aliud immobile.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Fratres mendicantes sunt incapaces hereditatum.*
- 2 *Fratribus mendicantibus potest annuum relinqui ad certum tempus.*
- 3 *Fratrum mendicantium conuentus capax est relictorum.*

**R**eligiosi ordinis minorum S. Francisci, ceterique mendicantes † sunt incapaces hereditatum: & immobilia seu annuos reditus ex testamento capere non possunt, cle. exiui de paradiso. de ver. sign. Bal. consil. ccccxxxix. Viso præfato. & consil. cccclxxx. Præsupposito. lib. ij. Adeo quòd nec naturaliter debentur relicta fratribus minoribus, & hæredes defuncti in foro conscientia illa iustè retinent, vt per Bar. in tra. mino. l. j. di. j. c. iij. Nec possunt d. fratres minores hæredes insti-

tui ea

tui ea lege vt bona vendantur, & pretium in vsus dictorum fratrum conuertatur, vt tenet Bal. contra Bar. in auth. ingressi. col. iij. c. de sac. san. eccle. & Feli. in c. in presentia. col. xxij. de proba. Zaba. consil. cij. Super facto. Bald. consil. ccxxxij. Super infra scriptis. lib. ij. & vt dicit idem Bal. in d. auth. ingressi, clausula codicillaris quo ad hoc nihil operatur. Sed vt relictum fratribus minoribus valeat etiam si legetur annuus reditus, remedium est, quòd † testator annum reditum lege nõ perpetuò, sed ad certum & limitatum tempus: vt per Feder. de Sen. consil. xij. Fratres prædicatores. & si relinquat immobilia iubeat res vendi, & pretium conuerti in alimenta fratrum, & in emptionem librorum, & aliorum necessariorum victui fratrum, c. exiit qui seminat. §. ad hæc. de verb. sign. lib. vj. gl. in c. j. de relig. domi. lib. eo. Bart. in l. seruos. ff. de ali. leg. Alex. in l. j. co. viij. ver. item dum Bar. ff. de leg. ij. & Abb. consil. lxij. Quædam domina. lib. ij. Deci. consil. ccxcix. In causa, cum aliis per eos alleg. Secundum remedium est, † quòd nõ fratribus sed ipsorum conuentui relinquatur: potest enim conuentui eorundem fratrum relinqui, vt per Bart. in d. l. seruos. & per Deci. d. consil. ccxcix. Sed hæc opinio mihi non placet, quoniam sic futurum est vt mendicantes habeant in communi, viuántque aliter quàm ex mendicitate incerta: quod illorum regulæ & professioni repugnat. d. c. j. de reli. do. c. nimis iniqua, de excels. prælat. & faciunt dicta Fulg. consil. ciiij. Titius. Ab annuo quoque legato, etiam ad certum tempus fratres abstinere debent ex consilio Bart. in tra. mino. li.

C 3

ij. dist. vj. c. iij. & notandum est quòd si fratribus mendicantibus relinquatur locus in quo debeat construi noua ecclesia, vt ibi fratres commorentur, & relinquatur pecunia ad constructionem, relictum est omnino inutile: quia prohibetur dictis fratribus nouum locum acquirere, d. c. j. de excess. præl. lib. vj. & cle. vl. de pœ. Sed vt dispositio testatoris effectu non careat, remedium est, quòd testator relinquat in tempus, cum habita fuerit licentia à Papa. l. in tempus. ff. de hære. instit. not. per Doct. in l. apud Iulianum. §. si. ff. de leg. j. & per Fed. de Sen. confi. clxxv. Viso instrumento.

## CAVTELA XII.

Quo remedio consanguinei diuitis meretricis vel prodigi illis etiam inuitis possint obtinere illorum hæreditatem, & meretrix fiat intestabilis.

## S V M M A R I V M.

1 Meretrix testamentum facere potest, etiam de acquisitis ex meretricio quaestu.

2 Interdicti bonis non possunt facere testamentum.

- 1 Meretrix etiam de quaestis ex meretricio quaestu non prohibetur facere testamentum: vt per Cin. in l. meretricæ. & Bal. in l. j. C. de cond. ob tur. caus. cum aliis alleg. per Deci. in l. j. col. iij. C. de secun. nupt. Sed si consanguinei velint sibi prospicere, vt meretrix testamentum facere non possit, & ipsi ab intestato succedant, remedium est, quòd consanguinei curent meretricis bonis interdici, quod potest fieri, l. & mulieri. vbi gl. ff. de cura, furio. iuncta l. is cui. ff. de testa. vt per Bart. in c. cum decorem. de vit. & honest. cleric. Ias. in l. iij. §. sed quod meretrici. ff. de condi. ob cau. Idem quoque

quoque remedium ad obtinendam hæreditatem prodigi adhiberi potest.

## CAVTELA XIII.

Quibus remediis possit vir in fauorem vxoris disponere vltra quàm lex municipalis permittat.

## S V M M A R I V M.

1 Maritus prohibitus à statuto vltra certam summam relinquere uxori, potest illi donare causa mortis quantum uelit.

Donatio causa mortis potest fieri ab eo, qui prohibetur relinquere secundum statutum.

2 Maritus stante dicto statuto potest legare quantum uelit de consensu heredis.

Renuntiare suo quilibet potest.

3 Maritus de iure communi potest relinquere omnia sua bona uxori.

Maritus si vxori vltra certam summam relinquere non possit, prohibente lege municipalis, vt bene merenti coniugi vltra quantitatem permissam quantum velit dare valeat, in tempus quo vidua erit, remedium est, quòd vxori donet per viam donationis causa mortis. Statutum enim prohibens relinquere vel legare non habet locum in donatione causa mortis: nam huiusmodi donatio iudicatur vt contractus, vt per gl. & Bar. in l. ij. ff. de do. præl. & in l. j. in fi. ff. de do. cau. mor. & per Ro. confi. clxxj. Pro decisione, col. pe. Ideo lex municipalis prædicta non impedit virum donare vxori causa mortis. Alexand. in l. ij. ff. de leg. j. & consil. cxvj. Animaduertis statutis. col. iij. lib. ij. & consil. lxxvj. Visis dubitationibus. col. iij. lib. v. cum aliis allegat. per Decium confi.

cxvj. In casu proposito. vbi tenet hoc procedere etiam si donatio caus. mor. fiat in testamento sub illa clausula, si non valet iure testamenti, valeat vt donatio causa mor. & sufficere quod notarius stipuletur. Secundum remedium est  
 2 † quod vir leget vxori de consensu hæredis: nam potest hæres renuntiare fauori suo, l. si quis in conscribendo. C. de pact. de quo remedio vide diffusè per Barba. consi. xij. Scribitur. lib. j. Tertium remedium est quod † vir vxori donet inter viuos, ita quod donatio post mortem viri effectum habeat, l. vbi ita donatur. cum gl. ff. de dona. cau. mortis. & iuramento corroboretur donatio. c. cum contingat. de iureiu. Alex. consi. liiij. In casu. lib. vij. arg. l. cum hi. ff. de transla. Deci. in l. j. col. v. c. de secun. nupt. Nam talis donatio, vel iuramento. vel saltem morte viri confirmabitur, l. cum hic status, ff. de do. inter vir. & vxor. Et prædicta remedia necessaria non sunt, vbi seruiatur ius commune: nam de iure communi maritus omnia sua bona potest vxori relinquere, vt per Cuma. consil. xcviij. Derisorium. Et si statutum prohibeat alienare immobilia in extraneos, quibus remediis vtèdum sit, vide infra de lega. caut. xl. Si statutum. & si lex municipalis prohibeat forenses hæredes institui quo remedio vtèdum sit, vt forensis hæreditatem habeat, dicam infra caut. proxima, in vj. remedio.

## CAVTELA XIII.

Quibus remediis possit pater in filios non legitimos sua bona transferre.

## S V M M A R I V M.

- 1 Spurij excluduntur à successione parentum. Spurij non possunt succedere etiam si statutum eis hoc permittat. Statutum disponens spurios posse succedere, non valet. Delinquendi occasio danda non est.
- 2 Legitimatio naturalium filiorum fit per matrimonium subsequens. Spurij legitimantur per matrimonium subsequens cum concubina contractum. Matrimonium contrahi potest ab eo qui est constitutus in extremis uitæ.
- 3 Pater cum filio illegitimo contrahere non prohibetur. Fraus quibus coniecturis probetur.
- 4 Iurare cogimur, an in fraudem quid fecerimus.
- 5 Incapax capere potest quia ei datur gratia conditionis implendæ.
- 6 Societatis iure spurius hæreditatis semissem consequetur. Incapax capere potest ex persona socij capacis.
- 7 Incapax dicitur deferens se habere partem rei legatæ.
- 8 Tacitam fidem accommodasse non dicitur palam rogatus restituere incapaci.
- 9 Extraneus rem iam suam effectum per restitutionem non prohibetur donare filio spurio testatoris. Incapax capere non potest ab executore testamenti.
- 10 Incapax capere potest ut alij restituat.
- 11 Succedentes ab intestato post mortem patris nulla promissione & conuentione præcedente possunt

*sua sponte donare spurio filio defuncti.*

*Spurij capere possunt ab hærede patris.*

12 *Macula & incapacitas patris non transit in eius filios.*

*Spuriis filiis potest relinquere pater.*

13 *Alimenta debentur etiam filiis spuris.*

*Spurij capere possunt pro alimentis.*

*Dos danda filie spurie debet esse moderata.*

14 *Testator potest incapaci facere substitutionem si eum hæredem instituat.*

*Incapaci potest dari substitutus.*

15 *Incapax potest institui in tempus cum capere poterit.*

16 *Legitimus non ritè si instituat ut filius, institutio non ualet.*

1 **S**purij ꝛ excluduntur à successione parentum, l. j. & per totum tit. C. de na. lib. & nõ valet statutum disponens spurios ex testamento vel alia vltima voluntate posse succedere patri suo, quia statutum daret occasionem fornicandi, l. conuenire. ff. de pac. dot. c. quemadmodum. de iureiur. Fede. consil. cclxxv. Casus. & consil. cclxxvij. Factum. & est communis opin. vt per Deci. in c. in præsentia. de proba. col. xvij. Vt autem hæreditas perueniat ad filium nõ legitimum, remediũ est, quòd pater hæredem faciat matrem spurij, quia etiam concubinae donare & in testamento relinquere possumus, l. donationes. ff. de don. l. qui concubinam. & l. uxorem. §. concubinæ. ff. de lega. iij. & mortuæ matri spurio succedere poterit, omnis enim illegitimus ex coitu non accusabili natus ad successionem matris admittitur, si mater

*Comunis opin.*

mater non sit illustris, l. si qua illustris. C. ad Orfi. Corn. consil. xxv. In præsentia. in fi. lib. j. nec prohibetur spurio succedere ad hæreditatem patris, l. si is. & ibi Doc. ff. de vul. & pug. glo. in §. fin. in auth. de nat. lib. Bal. consil. cxi. Casus est talis. lib. ij. Et sic ante obitũ matris filius habebit alimenta, quia mater locuples tenebitur alere filium spurium, vt no. Bar. in auth. ex complexu. C. de ince. nup. Secundum remedium est, ꝛ quòd pater existens in mortis articulo si tempus non patiat impetrari legitimationem à principe, matrimonium contrahat cum concubina, & ita filij efficiuntur legitimi, c. tanta. qui filij sint legi. & ibi Doc. & Bal. consil. cccxix. Matrimonium. lib. iij. Nam & is, qui est in mortis articulo potest matrimonium contrahere, vt tenet Abb. in c. commissum. per illum tex. de sponsa. & Ale. in l. si quis posthumos. ff. de lib. & post. & Ias. in l. sed est que situm eo. ti. Tertium remedium quidam dicunt esse, ꝛ quòd pater prædia, quæ filio spurio relinquere proponit sub venditionis titulo in filium transferat, qui pater cum filio illegitimo contrahere non prohibetur, l. qui testamentum. ff. de proba. Sed remedium hoc fraudem conuenet, & cõtra fraudem hanc hæredibus datur remedium, vt simulationem contractus probent, & ita, venditionem retractent, probatur autem simulatio coniecturis, & coniectura simulationis erit, si pater maiorem partem suorum bonorum filio vendiderit, l. Lucius. §. omnes. cum ibi no. per Doct. ff. de his quæ in frau. cred. Erit quoque simulationis coniectura, si per interpositã personam filius

lius emerit, l. pupillus. §. pe. & ibi Bald. ff. de aut. tut. maximè si filius ab interposita persona incontinenti prædia illi à patre vendita emerit. arg. l. si neutri. §. si. ff. de priui. cred. Alia coniectura erit si interuenerit confessio receptionis pretij, non autem numeratio. glo. in d. l. qui testamentum. & latè per Iaf. d. l. si is. ff. de vul. & pu. & per Alex. consil. xvij. Consideratis. libr. iij. & per Laur. Calc. consil. lvij. Requisitus. Quartum remedium esse dicunt, quòd pater amicum hæredem instituat quem certissimè credat filio spurio ipsius testatoris bona, & hæreditatem restitutum. Nam si hæres bona det filio spurio testatoris, non præsumitur propterea tacitam fidem accommodasse. & l. j. c. de nat. lib. procedit, quando constaret filium spurium possidere bona ex iudicio patris, vt declarat Corn. consil. ccxxxvj. Vide tur prima facie. libr. ij. vbi tenet hoc procedere, etiam si dixerit testator, quòd hæres sibi hæreditatem retinere non possit, sed restituere debeat cuicunque voluerit: cessat enim suspicio fraudis propter liberam restituendi facultatem. arg. l. si deicommissa. §. quanquam. ff. de leg. iij. Hoc tamen remedio filio tutum non erit, quia hæres scriptus sibi potius habere volet hæreditatē, quàm illam dare filio testatoris, vel si tacitam fidem accommodauit, cogetur in iudicio verum dicere vi iuramenti: poterit nanque hæres ad iurandū cogi, l. Marcellus. ff. rerum amo. l. no. intelligitur. §. tacitam. cum glo. ff. de iur. fisci. vt per Bart. in l. fin. ff. de his quib. vt indi. & consil. exciij. Cæcus de Spoletio. Quintum remedium est, quòd testa

testator extraneum instituat, sub conditione si eius filio mille dederit, quia conditionis implendæ causa etiam incapaci dari potest. l. legatus. ff. de cond. & demon. & hæres testatoris filio spurio de suo dare non prohibetur, l. si de i. in si. ff. de iur. fisci. Sed periculosa est cautela hæc, quia quòd spurio conditionis implendæ gratia datum esset, vt indigno auferretur, secundum Bart. in l. quod conditionis. ff. de do. caus. mor. Sextum remedium est, quòd spurio societatem omnium bonorum cum aliquo contrahat, & socio huic pater spurij quantam velit pecuniam mutuo det, & illi postea liberationem leget, & liberatio etiam spurio proderit, l. si his qui duos. ff. de lib. lega. & ibi per Di. & Barr. vel socium hæredem instituat, & societatis iure spurio hæreditatis semissem consequitur, l. societatem. & l. iij. §. specialiter. ff. pro socio. l. communem. ff. quib. mod. ser. amit. l. j. C. si vnus ex plu. Et comprobatur hoc ex cautela quæ traditur ad instituendum forensem, stante statuto quòd forensis non possit hæres institui: nam vt valida sit institutio datur cautela, quòd forensis non solus, sed cum indigena cum quo contraxerit societatem hæres instituat: nā propter socium capere poterit, vt patet ex allegatis per Barb. in rub. de reb. eccle. non alie. col. xiiij. ver. duodecimo limita. & per Iaf. consil. cxij. Viso longo. col. ij. parte ij. & procedit cautela hæc si non fiat in fraudem, vt per Barb. in d. rub. Septimum remedium est, quòd quando hæres de restituendo hæreditatem spurio tacitam fidem accommodasset vt spurio rem deferat fisco: quia semis hæredi

reditatis deferenti, alter autem semis fisco dabitur, l. edictio. & l. Senatus. §. Senatus. ff. de iure fisci. & caueat spurius ne ab alio preueniatur, quia praueienti semis ille daretur, l. j. ff. eo. ti. secundum Veron. d. caute. xxxviii. Octauum remedium  
 8 est, quod si pater haeredem scriptum palam roget filio restituere, quia palam rogatus apud se retinet, nec intelligitur tacitam fidem accommodasse, d. l. non intelligitur. §. si quis palam. & haeres restituendo de suo largitur: quod facere permisum est, d. l. ita fidei. in fi. Sed Lud. de Sord. de Ferrara. in tra. de nat. liber. opinatur haec procedere, si haeres talis sit, quem sit verisimile de suo largiturum filio spurio testatoris: quod etiam sentit Veronem. d. cau. xxxviii. ver. quinto. Nonum remedium est. si quod amicus haeres instituatur, & rogetur restituere haereditate cui videbitur, & scriptus haeres capaci restituat, & is restituat filio spurio testatoris, quia extraneus rem iam suam effectam per restitutionem non prohibetur donare filio spurio testatoris, per ea quae no. glo. in §. fin. in auth. quib. mod. nat. effi. sui & hoc tenet Bart. in l. fi. ff. de his quib. vt indig. ab ipso autem haerede non posset sine medio spurius capere, quia a testatore capere videretur. vnum ex familia. §. si de Falcidia. ff. de leg. ij. maxime si bona vniuersa restituerentur spurio, d. l. Lucius. §. omnes. vel ex aliis coniecturis de fraude liqueret, vt per Bal. confil. lxxv. Spurio. lib. ij. Sed consilium hoc aliquid fraudis continet, vt per Bartol. in d. l. fin. ff. de his quib. vt indig. Est tamen tutius hoc, quam si restitutio fiat per executores testamenti, a quo nullatenus potest spurius capere, l. j. C. de

C. de natu. liber. secundum Corn. confil. ccxxxvj. in fin. lib. ij. Decimum remedium est, si quod pater instituat spurium, & roget eum haereditatem restituere alicui, qui fideicommissum verisimiliter nunquam petiturus sit, veluti Imperatori, vel Regi, quia incapax capere potest, vt alij restituat, l. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad Trebel. secundum Ang. in l. in tempus. ff. de haere. instit. Cautela tamen haec improbat a Bald. confil. cccxcix. Quo ad primum lib. ij. nam fraudem continet, vt per Imol. in d. l. in tempus & improbat etiam a Cornel. confil. ccxviij. Chiriacus. lib. iij. & ab Alexand. in d. §. hi qui solidum. & in l. ij. C. de haere. instit. Vndecimum remedium est. si quod successor ab intestato promittant, patri se renunciaturus & duros haereditatem filio eius spurio, & promissionem iuramento confirmet, c. cum contingat de iure iur. c. quamuis. de pact. lib. vj. Sed videtur, quod hoc casu ad fiscum deferatur haereditas, d. l. j. C. de natur. liber. possent tamen succedentes ab intestato post mortem patris nulla promissione, & conuentione praecedente sponte sua donare spurio defuncti, d. l. ita fidei in fi. gl. in d. §. fi. in auth. quib. mod. na. effi. sui. Duodecimum remedium est, si quod pater instituat spurium in eo, quod capere potest, & in residuo instituat filios spurij natos, seu nascituros, macula enim patris, & incapitas non transit in eius filios, l. j. §. pe. ff. de bon. pos. contra tab. l. cognouimus. & auth. idem de Nestorianis. C. de her. l. diui fratres. ff. de iure pa. Et remedium hoc approbat Bar. in l. Gallus. §. quid si his. ff. de libe. & posth. & confil.



confi. cxviii. Odducius Corn. de Gualdo. Fran. de Peru. consil. incip. Quidam instituit. quod est inter cōf. Bald lxxij. lib. v. vbi dicit hanc esse meliorem viam, quæ possit inueniri. & Corn. d. consil. xxv. In præsentī. li. j. vbi dicit ad excludendū omnē præsumptionem fraudis expedire, q̄ testator expressē agat, ne pater cōmodum aliquod possit percipere ex eo, quod eius filij capient, & ibi respondet ad ea, quæ in contrariū dici possent. Et quādo hoc actum esset ne filio spurio aliquid cōmodi quaratur, possent institui legitimi ex eo nepotes quāuis testator legitima sobole non careret, vt declarat Corn. in eo. cōf. Hac autē cautela non seruata superstitē legitima sobole testatoris, nepotes etiā legitimi ex filio nō legitimo capere nō possent ex testamento aui. gl. in l. fi. C. de natu. lib. & est communis opi. vt dicit. Ias. in l. hereditas. C. de his qui bus, vt indi. Decimūtertium remedium est, q̄ quod pater illegitimo filio aliquod prædium relinquat pro alimentis, quod de iure canonico fieri potest, vt per Bar. in d. auth. ex complexu. per c. cum haberet. de eo qui dux. in vxō. quam pol. per adul. Bartol. in d. l. fi. C. de his quib. vt indig. Bal. consil. cxvj. Spurius lib. ij. Pau. de Cast. cōsil. v. Quicquid dicatur. col. ij. & Alex. consil. lxxiiiij. Viso processu. in fin. lib. ij. & iuri canonico in hoc standum est etiam de iure ciuili, vt per Ant. Cor. in sing. ver. Spurius. & est cōmunis opi. quod hoc seruandum sit etiam in terris Imperij, vt dicit Ias. consil. xxvj. Omnis. lib. j. & proprietatē eorūdem prædiorum testator relinquat nepotib. natis, vel nascituris ex filio illegitimo. Cauendū tamē est ad excludendam

Cōmunis  
opin.

13

Cōmunis  
opin.

pra

præsumptionem fraudis ne immoderatum sit legatum respectu alimentorum, vt sentit Vero. d. cau. xxxviii. & Abb. consil. cxv. Videtur primo. lib. ij. vbi dicit dotem dandam filia spuria moderatā esse debere, l. filia. ff. de lega. iij. l. quarto. ff. de iure dot. & quod est ultra honestum modum videri in fraudem relictum. Decimumquartum remedium est, q̄ quod pater instituat spurium in eo quod capere potest, & ei substituat quem velit, in eo quod ipse spurius capere non poterit. Sic enim pater erit certus quod non deueniat ad alios, quā ad eum, vel substitutum id quod spurius capere non poterit. Cautelam hanc dicit Bart. se docuisse patrem quendam, qui habebat filium legitimum per quendam comitem, & legitimario in dubium reuocari poterat, vt per eum in l. ij. C. de hered. inst. & sequitur ibi Sali. dicens testatorem posse incapaci facere substitutionem si eum heredem instituat. Decimumquintum remedium est, q̄ quod pater heredem instituat filium in tempus cum capere poterit, & valet institutio d. l. in tempus. & testator det licentiam in testamento eidem filio, vt mortuo ipso testatore possit se quodcumque legitimare facere. auth. item si quis. C. de nat. libe. & interim ei relinquat alimenta. d. c. cum haberet. Et cautela hæc approbatur per Bar. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. & per Ange. Aret. in trac. de testa. vers. pupillariter. Veron. d. caute. xxxviii. Bal. consil. cclxiiij. Quaritur vtrum filius lib. v. & consil. cxlvj. Titulus principis. lib. j. & in l. re scripta. q. iij. c. de prec. imp. offer. Et est communis opin. vt dicit Ias. consil. cxvij. Du-

14

15

Communi  
opi.

D

bitatur. col. pen. par. ij. & pendente conditione legitimationis spurius poterit petere bonorū possessionem ex qua obtinebit administrationem hereditatis antequam legitimeretur, l. si quis instituat. cū ibi not. per Bar. & alios doct. ff. de hær. insti. quidam tamen tenent contrarium, vt per Cor. consil. ccxvij. Eleganter. lib. iij. & per Lud. Fer. in tract. de legitimatione. col. si. ver. nono.

16 Postremò animaduertendum est, † quòd si quis habeat filium ex adulterino coitu, filius ille honesta iuris præsumptione reputatur filius non adulteri, sed mariti mulieris adulteræ. l. miles. §. defuncto. ff. de adul. Pau. de Cast. consil. clxxiiij. Super primo. col. iij. Alex. consil. clvij. Circa primum. lib. v. Barba. consil. lvij. Sapienter. lib. ij. & consil. lxxvij. Omnipotentē. lib. iij. & per Deci. consil. cclxxviii. Quæritur. & consil. dclvij. Plene. cum alleg. per Iaf. consil. cxxv. Ponus. ij. par. Ideo sit cautus pater habens huiusmodi filium adulterinum si velit eū heredem instituere, vt instituat eum sub nomine proprio, & non sub nomine filij, quia instituendo eum, vt filium præsumeretur testator per errorem instituisse, & testamentum patris adulteri non valeret. l. si pater. C. de hær. instit. ita tenet Bar. consil. xxvij. Scripsit similiter si quis instituat filium non ritè legitimatum, præsumitur per errorem illum instituisse, & vires non habet testamentum, vt per Deci. consil. clxxvj. Viso themate. Sed remedium est, quòd pater det filio licentiam, vt iterum faciat se legitimari quatenus opus sit. d. auth. item si quis. & cū capere poterit, faciat eum heredem. d. l. in tempus. Bart. in d. §. & quid si tan

si tantum. & ibi Iaf. col. xxiiij. vers. sequitur secunda principalis quæstio.

## De testamentis ordinandis. Tit. II.

## CAVTELA I.

Quibus remediis testamentum in scriptis, vel nuncupatiuum mortuo testatore testium recognitione, seu comprobatione non egeat, & consiliū à notariis in testium adhibitione seruadum,

## S V M M A R I V M.

- 1 Testamentum in scriptis quomodo fiat.
- 2 Testamentum in scriptis uel nuncupatiuum de quo non fuerit rogatus notarius, fidem in iudicio non facit.
- 3 Notarius si fuerit rogatus de testamento in scriptis uel nuncupatiuo instrumentum testamenti fidem facit.
- 4 Quot testes scripti sunt, tot testibus æquualet instrumentum.
- 5 Testes sunt describendi cum expressione nominis adiectis duabus qualitatibus.



Estamentum † in scriptis facere solent, qui suæ voluntatis secreta celari volunt. Vt autem valeat tale testamentum manu testatoris, vel alterius cuiuslibet scriptum, oportet ab ipso testatore, & à septem testibus, vel si testator literas nesciat ab octo subscribi, l. hac consultissima. C. de testa. & annulis characteres habentibus huiusmodi testamentum signandum est, l. ad testium. §. si quis ex testibus. ff. de testa. † Constat tamen fidem non facere hanc scripturam tanta solennitate munitam, nisi post mortem testatoris testes ad iudi-

cem euocati, signa sua, & subscriptiones agnoscant, & ita agnitiu[m] testamentum iudex publice, decernendo scripturæ huic fidem in posterum adhiberi. l. publicati. cū ibi not. per Doct. C. de testam. & si interim moriantur testes inutile redditur testamentum, vt per Bart. in l. tabularum. ff. quemadm. test. ap. Testamentum verò nuncupatiuum leuius fit, nec aliud requirit, nisi vt septem testes masculi liberi puberes eodem tempore institutionem hæredis, & voluntatem testatoris exaudiant. d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. Sed hoc quoque testamentum infirmum est, nisi per depositiones testium coram iudice confirmetur, d. l. hac consultissima. §. si quis. cum glo. in ver. depositiones. Vt autem tale testamentum in scriptis sine vlla testium recognitione sit validum, remedium est, † quod postquam testator, vel alius testamentum scripserit, & testator, testesque subscripserint, ac signauerint testatoris mandato, notarius in tergo clausi instrumenti scribat ibi esse scriptum testamentum, prout coram ipso notario, & testibus adscriptis testator asseruit. Et fidem faciet scriptura huiusmodi etiam si non viuant testes, quia instrumentum testamenti manu publica roboratum probat, & testium agnitione non indiget, vt sentit glo. & Bar. in d. l. tabularum. & glo. illam singularem putat Alex. in d. l. publicati. cui adde alteram, & plenior[m] glo. idem tenentem in l. si. ver. ostenditur. C. de fideicom. & faciunt dicta Pau. de Cast. in l. iubemus. C. de testa. & sententiam hanc sequuntur etiam Fulgo. consil. lvj. Queritur. & Ias.

Ias. & alij allegati per eum consil. lxxvij. Viso. libr. iij. Notandum quoque est tale testamentum valere posse etiam vt nuncupatiuum, quod est utile quando caret aliqua solennitate requisita in testamento in scriptis vt per Alexand. in l. si stipuler. in si. & in l. stipulatio hoc modo concepta. col. viij. ff. de verb. oblig. Quod si notarius nō fuerit præsens testamento facto in scriptis, vt valeat testamentum etiam si post mortem ipsius testatoris non agnoscant testes sua sigilla remedium est, quod ipse testator dū viuit faciat per iudicem authenticari testamentum etiam clausum recognitis per testes subscriptionibus, & sigillis, vt docet Fulg. d. consil. lvj. in si. † Similiter, vt sine testium depositione nuncupatiuum testamentum fidem faciat, per notarium publicum scribatur, septem testibus in testamento adhibitis, & conscriptis, quia quot testes ibi sunt scripti, tot testibus æquualet instrumentum, vt sentit Inno. in c. cum Ioannes. de si. instr. l. in exercend. C. eo titu. & est sententia Io. quem sequuntur Bart. & alij doc. in l. hæredes. ff. de testam. & Alexand. in l. j. C. eod. tit. Confirmantur ea, quæ diximus ex scriptis per doct. in d. l. publica. & Soci. consil. cclix. Et consideratis. † Et sit cautus notarius, vt nomina testium cum duabus aliis qualitatibus describat, alias testes non dicentur legitime descripti, arg. l. hac consultissima. C. qui testa. fac. pos. Bart. l. demonstratio falsa. ff. de condit. & demonstrat. cum aliis alleg. per Alexand. consil. cliiij. Videtur. col. j. lib. ij.

## CAVTELA II.

Quibus remediis non adhibito solenni testiū numero, vel si testes sint foeminae non euanescat haredis instituto.

## S V M M A R I V M.

- 1 Testes septem testamentis regulariter requiruntur.
- 2 Testes quinque sufficit adhiberi tēpore pestis, etiam si testamentum fiat in ciuitate.  
*Pestis tempore remittitur solennitas necessaria in testamento. ibidem.*
- 3 Testes duo cum presbytero parochiali, uel quatuor sine eo sufficiunt ad testamentum de iure canonico.
- 4 Rationis identitas quando operetur extensionem.
- 5 Pia relicta non dicuntur facta à diuitibus amore Dei.  
*Fingere non licet. ibidem.*
- 6 Testes duo, probant tenorem & solennitatem testamenti.
- 7 Testes foeminae in testamento esse non possunt.  
*Testes in codicillis etiam foeminae esse possunt.*
- 8 Foeminae solae sine ullo masculino etiam in codicillis testes esse non possunt.  
*Pater potest facere testamentum inter filios coram duobus testibus, etiam foeminis. ibidem.*

**A**D testamentum sunt septem testes puberes adhibendi. l. hac consultissima. & l. in testamento. C. de testa. † & non valet testamentum si minor numerus testium adhibeatur, etiam quādo sufficiens numerus testiū haberi non potuit. l. conficiuntur. §. j. ff. de iure codi. quod procedit etiam tempore pestis, vt sentit Bar. in l. j. ff. de bon. pos. ex testa.

## De testamentis ordinandis.

ex testa. mil. & Alex. cū relati per eum. in l. fi. C. de testa. & consi. lxx. Viso consilio. col. pen. lib. ij. † Quod tamen intellige quando non essent adhibiti quinque testes. Nam adhibitis quinque testibus valet testamentum tempore pestis, arg. d. l. fi. vt ibi per Iaf. & est communis opin. vt per Barba. in c. cū esses. col. vj. de testa. & in consil. lxxxvij. Prope est. lib. iij. & Deci. consi. cclxxxiiij. Viso puncto. Sed si testator minorem numerum testium interuenire velit in suo testamēto, vt eius voluntas valeat, remediū est, quod coram presbytero parochiali, & duobus testibus disponat de rebus suis, & valebit testamentum etiam ad non pias causas. d. c. cū esses. Spec. in tit. de instr. adi. §. compendiose. ver. item per ius Canonicum. Ioan. de Imo. & Abb. in d. c. cū esses. Zabar. cōf. 73. Puro de iure. Bald. consi. cclj. Quoniam ex facto. & consi. seq. lib. iij. & Alex. consi. lxxvj. Viso processu. ver. non obstat. col. iij. lib. v. & est communis opinio secundum Corn. consi. cclxj. De duobus. col. fi. in prin. lib. iij. vbi declarat hoc procedere etiam in terris principi seculari, quo ad temporalem iurisdictionem ab ecclesia concessis: quales sunt ciuitates Regni, & Ferraria, & Vrbinū, arg. cle. pastoralis de senten. & re iudi. Sed in aliis non procedit, vt per Bal. consil. ccl. xxiiij. Dominus. lib. iij. tamen stricto iure videtur mihi posse dici, etiam in terris quo ad temporalia Pape non subiectis valere testamentum factum coram duobus testibus praesente presbytero parochiali, quia talis presbyter est iudex animarum. & dignior iudice seculari. c. cū sit. de ata. & quali.

Et testamentum factum coram iudice, & duobus testibus vbiq̄ valet. l. omnium. C. de testam. Et hoc feruant Veneti, vt per Bar. consil. cclxxv. Si quis. li. iij. Animaduertendum tamen est, opus esse, quod presbyter sit is, cui vniuersa parochiæ cura commissa sit. Nam sacerdos alius cui commissa esset administratio sacramentorum defectum testium non suppleret, ne frustra videatur dictum de parochiali. in d. c. cum esses. argu. c. Papa. de priuil. lib. vj. & arg. à contrario sensu, quod est in iure fortissimum, l. j. §. huius. ff. de offi. eius cui man. est iur. secundum Corn. consil. lxxvj. Licet autem. col. j. & ij. lib. j. quamuis idem minus maturè considerans contrarium senserit in d. consil. cclxx. col. fi. ver. quia multum. Si tamen generaliter animarum cura alicui non parochiali commissa esset coram eo perinde, ac coram presbytero parochiali, testamentum factum valeret, secundum eundem Corn. consil. xvij. Principale dubium. col. fi. Ponderandum. lib. ij. arg. l. si prætor. ff. de offi. eius. & si parochialis presbyter haberi non possit, remediũ est, † quod loco presbyteri alij duo testes adhibeantur, & valebit testamentum, quia duorum vox est potètiõ, quàm vnius, quanta cunque sit authoritatis, l. iusurandi. C. de testi. c. licet & c. cum à nobis. eo. tit. secundum Specu. in d. ver. item per ius canonicum. cuius opi. seruanda in practica dicit Anto. de But. in d. c. cum esses. & ibidem Panorm. in fi. in reperi. & sententiam Specul. sequitur etiam Cald. conf. vij. Testator. in tit. de testa. Gemi. conf. xlix. Super isto puncto. & Alex. consil. xvij. Ponderatis. col.

col. pen. ver. non obstat. lib. j. & in d. consil. clxxvj. ver. non obstat si diceretur. & consil. cy. Viso. & diligenter considerato. ver. imò. *FORNUS A UNIVERSITARIA*  
*OPINIO HÆC RATIONE COMPROBATA. NAM ETIAM IN*  
*L. CORRECTORIA. VBI SCRIPTA EST RATIO EX IDENTITATE*  
*RATIONIS EXTENSIO FIT. GL. IN CLE. j. DE AL. & §. EX HIS*  
*IN AUTHEN. DE HÆR. QUÆ AB INTEST. BALD. IN AUTHEN.*  
*QUAS ACTIONES. IN IJ. q. IN FIN. C. DE SAC. SAN. ECCLES.*  
 opinio hæc ratione comprobata. nam etiam in l. correctoria. vbi scripta est ratio ex identitate rationis extensio fit. gl. in cle. j. de al. & §. ex his in authen. de hæ. quæ ab intest. Bald. in authen. quas actiones. in ij. q. in fin. C. de sac. san. eccles. Et in iure canonico scripta est ratio illa, *in ore* 4  
*duorum, vel trium stat omne uerbum.* Hæc autem ratio meo iudicio non vrget, quia vt ex identitate rationis fiat extensio, necesse est quod casus sublata saltem significatione vocabuli comprehendatur, ita loquitur glo. in d. cle. j. & ibi declarat Ioan. de Imol. & in l. si verò. §. de viro. ff. sol. ma. aliàs enim in correctoriis extensio non fit ex similitudine rationis etiam scripta. gloss. in cle. auditor. de rescrip. Præterea attenda ratione prædicta dicendum esset valere testamentum coram tribus tantum testibus factum, quod est contra glo. in d. c. relatum, & d. c. cum esses. & contra communem opi. vt dicit Fulgo. consil. xxix. Punctus. Bal. autem consil. cccciij. Præmittendum est. lib. iij. dicit communem opi. esse, quod testamentum etiam coram duobus tantum testibus factum de iure canonico valet in terris ecclesiæ per rationem text. in d. c. cum esses. & d. c. relatum. Sed à prædicta opinione, quod saltem quatuor testes adhiberi debeant recedendum non est. quoniam magis communiter d. opinio approbatur secundum Corne. d. consil. clxj. In fin. & Deci. consil. cclxxxiiij. Viso puncto. col. iij. in fin. lib. ij. Sunt  
 Commu-  
 nis opi.  
 Commu-  
 nis opi.

qui putant, vt valeat institutio heredis eorā duobus testibus posse hoc remedium dari, videlicet, 5  
 † quōd testator dicat heredem instituisse intaitu pieratis, & amore Dei, quia relicta ad pias causas valent, etiam si in eis non sit seruata solemnitas iuris ciuilibus. Bart. in l. j. C. de saer. san. eccles. quod remedium quantum ad eos, qui verē pauperes sunt procedit: sed diuitibus relicta iuribus carebunt, quia non licet fingere. l. si fortē. ff. de cast. pecu. l. cum hi. §. sed cum lis. ff. de transf. gl. in l. lud. C. de sac. san. ec. Bal. conf. viij. Licet. & cōf. ccxxx. Testamentum. lib. v. & donare nō indigentibus non ad pietatem, sed ad prodigalitatē pertinet. l. j. C. de mend. val. lib. x. c. pastoralis. j. q. ij. nec legatum debet habere nomen pietatis si ipsa non est pium, per no. per glo. in c. admonere. xxxij. q. ij. & sententia hęc communiter approbatur, vt patet ex dictis, & relatis per Barbat. in c. ad hęc. col. pen. & si. de testam. Fatēdum tamen est, quōd remedium hoc plerumque erit validum, quia etiā si relinquatur diuitibus expresso, quōd causa pietatis relinquatur si ille cui relinquatur secundū statum, & conditionem suam quibusdam indigeat, valebit legatum solemnitate iuris ciuilibus non seruata, vt tenet etiam ipse Bar. in d. l. j. col. vij. autoritate diuini Thomæ. Et si testamentum sit factum coram solenni numero testium, & quidam ex his decesserint antequā ritē examinati essent, vel instrumentum testamenti perditum sit, ne propterea corruat testamentum remedium est, † quōd saltem duo testes ex eis, qui fuerunt adhibiti ad testamentum examinentur 6  
 super tenore testamenti, ac etiam fiat articulus ad

Communi opin.

probandum, quōd solennis numerus testium affuit, hoc enim per duos testes probato institutio heredis, & cætera relicta vires obtinebunt, vt per gloss. & Doc. in l. ij. C. de bo. pos. secun. tab. & confirmatur opinio hęc ex alleg. per las. cont. xliij. Factum quæstionibus. lib. j. † Illud notissimi iuris est mulierem non posse adhiberi testem ad testamentum. l. qui testamento. §. mulier. vbi Doct. ff. de testa. etiam de iure canonico, vt patet ex alleg. per Alex. consil. lxx. Viso consilio. col. ij. cū seq. & consil. clxxvij. Viso themate mihi. col. ij. ver. secundo respondeo. lib. ij. Et est communis opin. 7  
 vt dicit idem Alex. consil. lxxxiiij. Viso themate. in fin. lib. eo. Sed si testator non habeat in loco sufficientem numerum testium, sunt tamen ibi scemina, vt valeat eius dispositio etiam si non adessent, nisi quatuor testes masculi, & vna pluresve scemina, remedium est, quōd adiiciatur testamento clausula codicillaris, quia in codicillis scemina potest esse testis, glo. j. l. fi. & ibi Alex. col. vlt. C. de codi. Bald. d. contil. viij. & Alexand. consil. ccxcvij. Ante omnia. col. ij. lib. j. & consil. cv. Viso, ac diligenter. col. iij. lib. iij. Non tamen esset tutum 8  
 facere testamentum cum dicta clausula coram quinque sceminis tantum, quia sola scemina sine vilo masculino etiam in codicillis testes esse nō possunt, quia glo. in d. l. fin. de scemina loquitur in numero singulari, & in opi. hac est Barb. in d. c. relatum. col. vij. dicens, hoc nō esse vulgare nec plebi tradendum, est tamen leue argumentum Barba. dum arguit numero singulari, & tollitur hoc arg. ex dictis eiusdem in c. relatum. ij. col. pe. eo. tit. vbi docet dispositionem conceptam nume

Communi opin.

ro singulari etiam locum habere in pluribus. Præterea sufficit mulieres non inueniri prohibitas adhiberi testes, l. j. ff. de testi. & non eadem in codicillis, quæ in testamentis solennitas exquiruntur: vt per Deci. in l. femina, col. iij. ff. de reg. iur.

- 8 Planè ¶ inter filios coram duobus testibus tantum etiam feminis pater potest facere testamentum. glo. & Doc. in auth. quod sine. C. de testam. quin etiam sine vlla testium præsentia potest pater per suam simplicem & priuaram scripturam inter liberos testari. Nam si sua manu scribat schedulam, & in ea disponat inter liberos, pro testamento seruiabitur eius voluntas. Expedi tamen, quòd declarat in tali schedula se voluntatem illam habere pro perfecta, sic enim proculdubio valebit vt testamētum patris voluntas, quamuis nulli testes interuenerint per doctrinam Barto. in l. si his. ff. de testa. Alex. consil. iij. Attentis narratis. lib. vij. & est communis opin. vt dicit idem Alex. consil. cv. Super his. in fin eo. lib. iij. & Ias. consil. lvij. Præsuppositis. lib. ij.

Communis  
opin.

### CAUTE LA III.

Quibus remediis debeantur legata, & fideicommissa ex testamento non solenni.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Solennitate omiſſa relicta non debentur.
- 2 Promiſſio hæredis facit ultimam uoluntatem habere uim contractus.
- 3 Testatore permittente, legatarij & fideicommiſſarij poſſunt propria auctoritate accipere poſſeſſionem rerum relictarum, etiam ex testamento non ſolenni.

4 So

4 Solennitate iuris civilis omiſſa ualent legata etiam ad cauſas non pias, quando pius locus inſtitutus eſt hæres.

Pia relicta non requirunt ſolennitatem iuris civilis.

S I ſolennitas iuris civilis omiſſa fuerit ad ſoluendum relicta ex testamento non ſolenni hæres cogi non poteſt. l. ſi ueritas. C. de fideicō. & ibi per Doc. & Bal. conf. cclxxxiiij. In libro. & confi. ſeq. & confi. cccviiij. Iſta ſcriptura lib. iij. Sed ſi ſolennitatem ſeruare non poſſit, uel nolit teſtator ut legata, & fideicommiſſa ex testamēto non ſolenni debeantur, remedium eſt, ¶ quòd teſtator curet hæredem futurum promittere legatariis, & fideicommiſſariis præſentibus, aut notario abſentium nomine ſtipulanti ſoluere quod relinquitur, & uires habebit huiusmodi diſpoſitio, quia ultima uoluntas fidei hæredis commiſſa perire non debet. l. ſi. C. de fideicom. §. ſi. in ſtit. de fideicom. hære. præterea per promiſſionem hæredis ultima uoluntas tranſit in contractum, & in actu quoque teſtandi contractus fieri poteſt, l. hæredes. §. ſi. ff. de teſta. Et comprobatur remedium hoc ex dictis per Bart. Alexand. & alios Doc. in l. nemo. ff. de leg. j. & per Ias. in l. ij. col. iij. C. de bon. poſ. ſecun. rab. Secundum remedium quo legatarij, & fideicommiſſarij ex testamento non ſolenni relicta conſequi poterunt eſt, ¶ quòd teſtator legatariis, & fideicommiſſariis permittat, quòd poſſint propria auctoritate accipere poſſeſſionē rerum relictarum, l. Titia §. Lucius. ff. de leg. ij. & ex poſſeſſione legatarij, & fideicommiſſarij retentionis commodum conſequentur, l. mi. i. titi. codicillis.

illis. §. Veteranus. ff. de mil. testament. & per Doc. in l. post diuisionem. & in l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. & per Cano. in c. fin. de sol. & ab opinione hac recedendum non est, vt dicit Alexand. in d. l. nemo. col. vj. ver. item dum dicit. Et quamuis Barb. in d. c. fin. col. vij. & seq. multa contra sententiam hanc dicat, tamen secundum eam iudicandum est; quia opinio prædicta communiter approbatur: nam vt ibidem dicit Barb. gloss. & Doc. Citramontani passim hanc opi. tenuerunt. & magis communiter approbatam esse dicit Ias. in d. l. cum quis. col. v. & in d. l. nemo. consil. xv. & ad probandam licentiam apprehendendi traditam à testatore, sufficit etiam actus inualidus, l. qui à patre. vbi Bald. ff. de confir. tut. l. fi. & ibi Bart. ff. de re. co. Deci. consil. clxxij. In causa venerabilis. ver. nec obstat quòd talis constitutio. & Ias. consil. cxxvij. Dubitatur. co. v. parte ij. Tertium remedium est, † quòd instituat ecclesia, & ab ea legata & fideicòmissa relinquuntur: nã iuris ciui. solennitate non seruata institutio ecclesię vires habet, c. cum effes de test. Bar. in l. j. C. de sac. san. eccl. & vt principalis ita & relinqua dispositio sustinetur, c. accessorium. de reg. iur. lib. vj. & l. cum principalis. ff. eo. Et quia ecclesia testamentũ ex quo commo dũ sentit, impugnare non poterit. l. post legatum. ff. de his quib. vt indi. ita decidit Sal. in auth. casta. C. de sac. san. ec. & And. de But. in c. quod clericis. col. antep. de fo. cõ. & Alex. consil. xlj. Viso tenore. col. ij. li. j. & consil. cv. Viso, ac diligenter confyderato. col. iij. lib. iij.

Communis opin.

CAV

CAVTELA IIII.

Quibus remedijs possit testator disponere, ita quòd eius voluntas nulli nota sit ipso vi- uente.

S V M M A R I V M.

- 1 *Heredes palam institui debent.*  
*Relatio facit intelligi inesse in termino referente quicquid est in termino ad quem est facta relatio. ibidem.*
- 2 *Testatoris voluntas implicita non minus ualet quàm explicita, si voluntas per scripturam declare- tur.*
- 3 *In testamento publico & clauso non incrit suspicio falsitatis committenda.*  
*Notarius rogari potest de testamento clauso, licet tenorem eius ignoret. ibidem.*

**H**æredes † debent palam à testatore nomi- nari quãdo facit nuncupatiuum testamen- tum, l. hæredes palam. ff. de testa. Sed si testa- tor dispositionem suam velit celari vsque ad su- premum suæ vitæ remedium est, quòd faciat te- stamentum in scriptis seruãdo ea quæ dicta sunt supra, cau. j. Secundum remedium est, quòd tes- tator sua manu scribat testamentum. & scriptu- ram deponat apud ædem sacram, vel aliũ tutum locum, deinde notarius coram testibus scribat quòd talis fecit testamentum, & disposuit prout continetur in schedula deposita apud talem lo- cum, & valebit testamentũ: quia quicquid conti- netur in illa scriptura ad quam est facta relatio, in testamento intelligitur contineri, l. assẽ toto. ff. de her. instit. Verũm oportebit mortuo testatore sal-

tem



tem per comparationem literarum recognosci scripturam testatoris, ut per Barr. in l. si ita scripsero. ff. de com. & demon. & quamvis regulariter necesse sit testes recognoscentes scripturam praesentes fuisse dum scriberetur. §. si quis igitur. in auth. de instr. cau. tamen hoc casu id non est necessarium ad comparationem faciendam, videlicet quod testes recognoscentes schedulam fuerint praesentes dum testator scripsit, quia scriptura & schedula per ipsum testatorem approbata est, ut patet ex dictis & alleg. per Alex. consil. iiii. Attentis nar. ratis. & consil. cxliij. Visa scriptura lib. vij. Tertius 2 modus est, quod testator sua manu scribat, vel per fidum notarium suam voluntatem scribi, & redigi faciat in protocollum, & folia testamenti claudi, & signari, & coram testibus declaret se testari prout continetur in scriptura illa protocolli clausa, & de hoc notarius rogetur, & fiat publicum instrumentum. Constat enim valere voluntatem testatoris implicitam, non minus quam explicitam, si voluntas per scripturam aliquam declaretur, d. l. si ita scripsero. cum ibi traditis per Doct. & in testamento tali publico, & clauso non inerit suspicio falsitatis committendae, & scriptura efficacior erit quam ea, quae comparationis adminiculo indiget, ut per Paul. de Cast. in d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. & Soci. consil. clxxiiij. Reuerendae, col. ij. & iij. & comprobatur hoc ex dictis supra hoc tit. cau. j.

## CAVTELA V.

Cautela adhibenda, quando testamentum fit ruri.

S V M

## S V M M A R I V M.

- 1 Ruri potest fieri testamentum coram quinque testibus.

Testamentum tamen ruri potest fieri coram quinque testibus, si plures adhiberi non possint, l. fin. C. de testa. & intentio eius qui dicit plures testes tempore quo fiebat testamentum repertos non esse, de iure fundata videtur, arg. not. in l. cum de lege. ff. de proba. Quod dictum videtur tunc tantum procedere quando concurrit aliqua praesumptio, quod plures adhiberi non potuerint, ut per Ias. in l. si. §. licentia. C. de iur. deli. Cautela ergo erit, quod notarius post factam diligentiam de inveniendis pluribus testibus fidem faciat, & scribat factam fuisse inquisitionem, & plures testes inuentos non fuisse, ita consuluit Bar. in l. conficiuntur, §. codicilli. ff. de iure codi.

## CAVTELA VI.

Quo remedio possit quis facere testamentum non seruata forma legis municipalis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Lex municipalis uel consuetudo potest addere formam testandi, ultra solennitatem traditam à iure civili. Statutum uel consuetudo, potest inuenire nouam formam testandi. ibid.
- 2 Solennitas loci ubi fit testamentum seruanda est. & nu. 3.
- 3 Peregrini quam solennitatem seruare debent in suis testamentis. Peregrini possunt facere testamentum non seruata solennitate iuris ciuilibus. ibidem.

E

Communis opin.

1 **L** Ex t municipalis, vel consuetudo potest addere formam testandi ultra solennitatem traditam à iure ciuili. l. si non speciali. C. de testam. & per Doc. in l. cunctos populos. C. de sum. Tri. & est communis opi. vt dicit Alex. in d. l. si non speciali. Sed si testator nolit in suo testamento seruare formam à consuetudine, vel statuto inductam, remedium est, t quòd transferat se ad locum vbi seruetur ius commune, & valebit testamentum factum secundum formam iuris communis, arg. l. si fundus. ff. de euic. cum relatis per Cor. consil. ccxxxij. Circa primum col. ij. li. iij.

2 t seruanda est enim forma, quæ seruari consuevit in loco vbi fit testamentum, adeò quòd testator Christianus existens in territorio Sarracenorum potest facere testamentum seruata solennitate iuris gentium, quam seruât hostes Christianæ fidei in suis testamentis, secundum Pau. de Cast. & Ang. in l. ij. C. quemad. test. aper. quos refert & sequitur Ias. in l. cunctos populos. col. viij. C. de sum. Tri. quâuis Bart. contrarium tenuerit in l. qui à latronibus. ff. de test. & Barb. in rub. de testa. fo. 14. vbi poteris videre multa congesta per eum, & vide Ang. in auth. omnes peregrini. C. commu. de succel. vbi per illum tex. tenet peregrinos posse facere testamentum non seruata solennitate iuris ciuilibus, cuius piam opinionem impugnare nititur, Barb. in d. rub. de testa. fo. 15. Tu sequere opin. Ang. ne verba d. auth. omnes peregrini. non aliquid operentur. arg. l. si quando. ff. de leg. j. & c. si Papa. de priuileg. lib. vj. & l. j. ff. de mi. re. & l. j. ff. ad municip.

CAV

## CAVTELA VII.

Cautela seruanda per hæredem quando testamentum non fuit scriptum per tabellionem.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Scriptura presbyteri qui non sit notarius non facit fidem.*  
*Testes examinandi sunt ad futuram memoriã, quando testamentum est factum sine scriptura uel in scriptura priuata. ibid.*
- 2 *Probandum est totum de quo est questio & partem probare non sufficit, & nu. 3.*
- 3 *Venditio non dicitur probata, licet testes dicant se interfuisse uenditioni, nisi probentur reliqua que sunt de substantia uenditionis.*

**S**olet t presbyter parochialis adhiberi ad scribendum testamenta in villis, & castris, non ta-  
men facit fidem scriptura presbyteri, qui non fuit notarius. c. vt officium. §. ad conscribendas. de hæ. lib. vj. cautius ergo est adhibere notarium, vt per Zab. consil. lxxij. Puro. At si testamentum scriptum sit per alium, quàm per notarium, sit cautus hæres, vt quàm citius possit curet examinari testes testamētarios, & eorum dicta publicari, iuxta no. per Bar. in auth. si quis. C. de test. & Bal. consil. liij. Interdum. li. iij. alioquin periculum esset ne morte testium testamētum deperiret, vt per Zab. in præal. consil. lxxij. Et per doc. in l. publicati. C. de testa. Et examen testium fiat citatis omnibus quorum interest, per allegata per Ias. consil. lxxvij. Vifo. col. ij. & iij. lib. iij. & idem seruet hæres institutus coram testibus tantum sine scriptura, potest enim hæres ita institutus facere examinari testes

E 2

ad futuram rei memoriam, etiam lite non contestata: vt per Bar. in d. auth. si quis. † & cautus sit hæres, vt deducat in articulos totam voluntatem testatoris, & expedit inter cæteros facere articulum, quòd ipsi testes toti testamento interfuerunt, & quòd nihil in contrarium testator in dicto testamento disposuit: oportet nanque probari per testes totum id quod est de substantia negotij de quo agitur, vt per Bal. Pau. de Catt. Alex. & Ias. in l. cum antiquitas. per illum tex. C. de test. Ideo testes, quia ad solennitatem testamenti adhibentur durare debent, donec extrema contestatio peragatur, l. qui testamento. §. si. ff. de testa. & partem testamenti probare nõ sufficit, quia inciuile est iudicare, nisi toto eo de quo agitur cognito, & perspecto. l. inciuile. & ibi no. Bal. ff. de legi. c. cum personæ. cum glo. in ver. integral. ter. vt Doct. de priu. li. vj. Bar. Alex. & Ias. in rub. ff. de oper. no. nun. † facit quod dicunt Doct. vt non dicatur probata venditio, licet testes dicant se fuisse presentes venditioni, nisi etiam probentur reliqua quæ sunt de substantia venditionis, vt per Alex. in l. sciendum. col. iij. ff. de ver. ob. & Soci. conf. cxlvij. Diu perspecto. col. ij. & quòd testes probare oporteat integram & solidam voluntatem defuncti, circa id de quo agitur confirmatur ex doctrina Ci. & Bal. in l. si prædi. C. de do. ante nup. & ex dictis per Ias. consil. xlij. Factum lib. j.

## CAVTELA VIII.

Quo remedio sustineatur voluntas testatoris, etiam si testes non fuerint rogati, & quo remedio possit disponere de reb<sup>9</sup> suis, qui videri nõ potest.

S V M

## S V M M A R I V M.

- 1 Testes testamentarij rogati esse debent.
- 2 Testes in codi. illis etiam non rogati esse possunt.
- 3 Testes videre debent testatorem.

**T**Estes † ad testamenti solennitatem rogandi sunt, l. hæres palam. §. in testamentis. ff. de testa. quod procedit etiam de iure cano. vt patet ex relatis per Alex. consil. lxx. Viso consil. in fi. lib. ij. Et satis est quòd à testatore seu à notario vel ab alio rogentur, arg. l. item veniunt. §. à quo. ff. de per. har. cum enim rogantur ab alio præsentem testatorem videntur rogati ab ipso testatore, arg. l. qui patitur. ff. mand. vt per Alex. consil. xlviij. Abundè. col. ij. lib. ij. & cum non scribitur à quo rogati sunt, præsumitur testes rogatos fuisse ab eo ad quem testes rogare pertinebat, arg. l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de ver. obl. vt colligitur ex dictis per Bar. & alios Doct. in l. sciendum. eo tit. & per Alex. consil. xxxiiij. Ponderatis. col. iij. lib. iij. & per Ias. in l. serui electione. ff. de leg. j. Sed vt omisio rogationis testium non vitiet testamentum, remedium est, quòd † in testamento inseratur clausula codicillaris. nam valent codicilli facti coram testibus non rogatis, l. fin. in fin. C. de codi. vt per Corn. consil. xcvi. In hac. col. iij. lib. ij. † Item testes debent videre testatorem & esse in eius conspectu, l. si non speciali. vbi Doct. C. de testa. ideo testamentum nocturno tempore factum nõ valet, per no. per doct. in l. non minorem. C. de transac. Nam agnitionem personæ nox impedit, gl. in l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod met. cau. Sed remedium est, quòd adhibeantur tria luminaria.

E 3

l. j. §. tria luminaria. ff. de ven. insp. vt per Ias. confi. 50. Placet consultatio lib. iij. & si propter aliud impedimentum videri non possit testator, vt non vitietur omnino voluntas testatoris si testes testatoré non viderint, vt quandoque contingit tēpore pestis, remedium est quòd testamento adii- ciatur similiter clausula codicillaris, vel donatio- nis causa mortis, quia ex testamēto ad codicillos vel donationem causa mortis circa ea quæ solen- nitatem respiciunt nō infertur, l. hac consultissi- ma. C. de testa. iuncta. l. fin. C. de codi. & l. fi. C. de don. causa mor. & probantur prædicta per ea quæ scribit Math. in not. fo. j. ver. not. quòd licet regu- lariter. cum quo tranfit Alex. in d. l. si non specia- li. Sed Corn. contrarium sentit consil. xvij. Prin- cipale. lib. ij. ea ratione quòd sit de similibus ad si- milia procedendum. l. non possunt. ff. de legi. ca. inter cetera. de rescri. Mihi videtur honestati, & iuri congruere quòd notarius & testes videant testatorem, si tamen contingat testatorem à testi- bus videri non posse, vt valeant testamentum, & legata quæ fierent ad causas etiam non pias testi- bus audientibus: sed non videntibus testatorem tutum remedium est, quòd instituat hères ec- clesia, vel alius pius locus, & ab huiusmodi hère- de relinquatur, quibus, & quantum testator velit, & valebit dispositio testatoris, vt probatur ex al- leg. per Corn. d. consil. xvij. in fi. & faciunt quæ su- perius diximus caute. iij. Si solennitas. hoc rit.

## CAVTELA IX.

Consilium seruandum in adhibendis testibus ad testamentum.

S V M

## S V M M A R I V M.

1 Legatarij testamento testes esse non prohibentur.  
Legatarius non potest esse testis ad probandum lega- tum sibi factum. ibid.

2 Testes qui adhiberi non possunt ad testamenta.

**L**egatarij in testamento testes esse non pro- hibentur, l. dictantibus. C. de testa. §. legatari- us. Instit. eo. tit. Animaduertendum tamen est, quòd legatarius non potest esse testis ad proban- dum legatum sibi factum, l. omnibus. C. de testi. cum alleg. per Fel. in c. insuper. col. v. de testi. & est communis sententia, vt per Alex. in d. l. dictanti- bus. Quare ne hoc prætextu legata irriteretur cau- tius est pro legatariis, quòd alij testes adhibeantur ad testamentum. Id etiam cauti- us est pro hære- de instituto, nam si hères institutus vellet probare testamentum per legatarios quando ageret contra eos qui essent successuri ab intestato, lega- tarij non haberentur pro idoneis testibus, licet aliud iuris sit quando ageret contra alios, Abb. in d. c. insuper. & Barb. consil. viij. Capi- o col. ix. lib. j. Et non redderetur habilis testis legatarius ad probationem sui commodi propter aliorum testi- tium habilitatem. † Nam quod legitur in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de eden. non procedit vbi testi- bus deponeret ad cōmodum propriū, vt per Soci. in l. si quis ita. ff. de reb. dub. præterea si ipse hères institutus in casu permissio vellet per legatarios probare se hæredem institutum fuisse, & legatarij probarent hoc, & ultra aliquid dicerent circa lega- tum sibi factū non crederetur eis, vt per Aret. in d. §. legatariis. Cauendum quoque est ne adhi-

Communi-  
nis opi.

E 4

beantur testes, qui sint domestici ipsius hæredis, vel hi cum quibus non est testamenti factio, aut qui sint impuberes, vel fœminæ vel aliæ personæ enumeratæ in §. testes. cum §. seq. Insti. de testam. neque executores testamenti, arg. l. ex sententia. ff. de testa. tut. vt per Bal. conf. ccxxj. Videtur. lib. iij. & confi. xxxix. Super quo. lib. ij.

## CAUTE LA X.

Quo temedio ex codicillis, vel pacto possit esse successio.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Hæreditas codicillis neque dari neque adimi potest. Substitutio directa non potest fieri in codicillis. ibid. Verbis directis non utendum in codicillis. ibid.*
- 2 *Pacto hæreditas dari non potest. Iuramentum non confirmat pactum de succedendo. ibidem. Pactum de futura successione ualet. ibid.*
- 3 *Donatio non insinuata firmatur iuramento. Iuramentum supplet defectum insinuationis. ibid.*
- 4 *Bona possunt dari aliter quàm in testamento. In donatione ex causa mortis sufficiunt quinque testes. ibid. Donatio causa mortis facta coram duobus testibus, & presbytero parochiali ualet, uel coram quatuor testibus. ibid. De iure canonico. ibid. Donatio ex causa mortis potest reuocari pœnitentiæ donatoris. ibid. Donatio causa mortis an uitiatur pacto de non reuocando. ibid.*

Hære

**H**æreditas<sup>†</sup> codicillis neque dari neque adimi potest, l. quòd per manus. ff. de iure codi. §. codicillis. Inst. eo. ti. nec substitutio directa fieri potest in codicillis, l. si idem. C. eod. Cautela est igitur, quòd in codicillis abstineamus à verbis directis, & utamur precariis, & obliquis, qualia sunt rogo, uolo, mando, fideicommitto, Insti. de sing. rebus per fideic. rel. §. si. & certi iuris est hæreditatem in codicillis dari posse per uerba obliqua, l. hæreditatem. C. de codi. ualet tamen dispositio, vt fideicommissum etiam si testator usus sit uerbis directis, vt sentit gl. in l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg. & pup. Tutius tamen est, quòd codicillis inferatur clausula hæc, uidelicet, & uoluit hanc suam uoluntatem ualere iure codicillorum, & omni alio iure uultimæ uoluntatis, quo melius, & efficacius ualere poterit. Nam uirtute huius clausulæ institutio, & directa substitutio in fideicommissum non dubiè conuertuntur, vt per Bar. in l. j. ff. de iure codi. & per Doct. in l. eam quam. C. de fideic. & Cor. confil. xliij. Videtur. col. iij. lib. iij. & conf. cccvj. Opportunum. eod. libr. facit no. per Ale. conf. cxij. Post redditum. lib. iij. † Pacto<sup>2</sup> quoque non potest dari hæreditas, quia hæreditas solo testamento per hominem datur, l. hæreditas. C. de pact. conuen. l. pactum, & ibi doct. C. de pac. ubi inter cætera dicunt decipi eos, qui filias diuitum in uxores accipiunt, cù pacto, quòd ultra dotem post mortem parentum ipsæ mulieres habeant etiam hæreditatem, nec enim ualet hoc pactum, nec firmatur iuramento etiam si fieret pactum de quota hæreditatis, vt per gl. in l. si

E §

quando. §. Illud. in ver. grauari. C. de inoffi. te. c. alleg. per Iaf. in d. l. pactum. & per doct. in l. fin. C. de pac. & in l. pactum. C. de coll. Sed vt pactum sit efficax, remedium est, quod pactum fiat de succedendo in certis bonis singulariter expressis, vel sub nomine quotæ bonorum, non autem sub nomine quotæ hereditatis, l. si quis argentum. §. sed & si quis. C. de do. glo. in d. l. fin. ver. accommodauerit, quam ibi communiter sequuntur Doct. C. de pac. Bart. consil. xxxij. Ex facto proponitur. Oldra. consil. cxxix. Ad habendam. cum aliis alleg. per Deci. consil. ccxxv. & in d. l. pactum. in fi. C. de pac. Et fugienda sunt verba vniuersalia veluti omnia bona presentia, & futura, vt per Soci. consil. cxxxvj. Visum fuit. col. fin. li. iij. & per Deci. in d. l. fi. col. vj. Vitetur etiam simplex verbum successionis, vt per alex. consil. xxvij. Ponderatis libr. iij. † Et ne irriterur actus ob omissionem insinuationem, quatenus concessio excederet quingētos aureos, l. fancimus, C. de do. remedium est, quod pactum de succedendo in rebus certis confirmetur iuramento. Nam iuramentū supplet defectum insinuationis, argum. auth. sacramenta pube. C. si aduer. vendi. & c. cum contingat. de iureiur. vt per Ioan. And. in Spe. de instr. adit. c. porro. ver. sed quid si renunciāns iurauit. cum aliis alleg. per Soci. consil. lxx. In presenti. & consil. seq. li. j. & Alex. consil. xx. Pōderatis & cōf. xxj. Attentis his. col. iij. Et est cōmunis opin. vt dicit Deci. consil. ccxxxix. Primo. & Iaf. consil. cxvij. Contra donationem. par. j. vbi dicit temerarium esse ab opi. hac recedere, & idem affirmat consil. clxix. Duo testamēta

*Cōmunis  
opin.*

*Cōmunis  
opin.*

menta, parte ij. & opinioni huic adhæreo. Quæstionis tamen euitandæ gratia cautius est quod fiat insinuatio; quia multi contrariam opi. sequuntur, vt per Soc. consil. lxxx. Primum autem. col. v. lib. j. & dicit eam opin. communiter approbari Barb. consil. lxxvj. Sapienter. in fin. inter consil. Cur. & consil. liij. Viso. lib. iij. & Calcan. consil. xvij. Ad primum. in fin. † Possunt quoque aliter, 4  
quàm per testamentum dari bona, videlicet, per donationem causa mortis coram quinque testibus. l. si. C. de do. cau. mor. & de iure cano. sufficiunt duo testes cum presbytero parochiali, vel quatuor sine illo. arg. c. cum esset. de testa. vt per Soc. consil. cxxx. Visa contingentia. col. ij. lib. j. & requiritur presentia donatarij, & pactum, vt per Bal. in l. ij. ff. de pact. cum aliis supra sæpius alleg. Est tamen reuocabilis ista donatio pœnitentia donatoris. l. non omnis. ff. si cer. pet. vbi Doc. Sed vt donatio sit irreuocabilis, remedium est quod fiat cum pacto, quod nullo casu detur repetitio, & sit omnino irreuocabilis, & effectum habeat donatio post mortem donatoris, aliqua reuocatione non obstante, l. si alienam. §. Marcellus. & l. vbi ita donatur. & ibi Bart. ff. de don. cau. mor. cum alleg. per Soci. liij. In presenti consultatione. col. ij. & consil. cxxxvij. Multum eleganter. libr. j. Et ad tollendum dubitationem an voluerit donator esse omnino donationem causa mortis, & consequenter an pactum non reuocandi donationem vitietur, arg. l. cum præcario. ff. de preca. quod tenet Iaf. consil. vj. Exhibentur. col. iij. libr. iij. remedium est, quod addatur clausula omni meliori mo

ri modo &c. de qua per Feli. in c. cum super. de offi. deleg. Et si fiat donatio omnium bonorum, vt valeat fiat donatio mobilium, & immobilium: vt per Iaf. consil. v. Strenui. col. iij. lib. iij. vel mentio mortis fiat in verbis executiuus, non autem in verbis dispositiuus, vt per Bald in addi. ad Specul. in tit. de instru. edit. col. vlt. vers. si quis donat. & per Iaf. d. consil. col. iij.

## CAUTE LA XI.

Cautelæ per notarium in scribendis testamentis seruanda.

## S V M M A R I V M.

- 1 Verba quæ dubitationem tollunt satis operantur.
- 2 Insolita suspecta.
- 3 Notarius habita facultate à testatore extendendi testamenti, ad consilium sapientis potest apponere clausulas quæ tendunt ad declarationem & confirmationem, non dicat se ita facere ex consilio sapientis.  
Relatio nominum & pronominum facienda est ad testatorem potius quam ad heredem. ibidem & num. 4. 5.
- 4 Notarius caueat apponere uerba quæ dubiè possint intelligi.
- 5 Præsumptio habet locum etiam in fideicommissaria substitutione.
- 6 Testamentum imperfectum ratione uoluntatis non ualet etiam inter liberos.  
Clausula factum, lectum, publicatum & c. significat rem perfectam. ibidem.
- 8 Conditiones plures copulatiuè prolatae omnes impleri debent.

Copu

Copulatiua oratio copulatorum concursum requirit. ibidem.

It cautus tabellio ad tollendam omnem ca-  
Suillationem, vt quibuscunque † verbis possit  
obscura dilucider, vt monent Host. Ioan. And. &  
Ant. de Bur. in c. nimis. de excus. præla. & verba  
superabundantia non euitet, vt ex illis possit me-  
lius declarari volútas testatoris, l. pediculis. §. Ja-  
beo ff. de au. & arg. lega Et licet dici soleat, quòd  
nihil super fluere, & dictio quælibet, ac etiam syl-  
laba aliquid operari debeat. l. j. cum glo. ff. quod  
met. cau. Bal. in rub. C. de contra. emp. q. ix. tamen  
satis operari dicuntur verba, quæ dubitationem  
tollunt l. qui mutua. ff. manda. Abb. in c. certifi-  
ficari. col. vltim. de sepul. Abstinentum tamen est  
ab omnibus verbis, & clausulis insolitis, † ista  
enim suspicionem falsitatis generant gloss. in l. si  
quis sub conditione. ff. de condi. insti. Bald. in l.  
emptione. C. plus val. quod agi. & in c. quia ve-  
rissimile. de præsump. Iaf. latè in l. testamentum.  
C. de testa. ideo cautelis vttere nõ ex tuo ingenio,  
sed consilio peritorum. l. cum filio. ff. de vulg. &  
pup. sit quoque cautus notarius vt semper † sibi à  
testatore dari faciat facultatem extendendi &  
aprandi testamentum ad sensum sapientis eligen-  
di per ipsùm notarium, iuxta tradita per doct. in  
l. illa institutio. ff. de hæ. inst. nam virtute hu-  
ius clausulæ poterit notarius apponere omnes  
clausulas, quæ tendunt ad confirmandum testa-  
mentum, & declarare obscura de consilio paren-  
tis, & singulariter & explicitè exprimere: quæ sub  
verbis generalibus comprehendebantur, vt per  
Ioan.

Ioan. de Imo. in d. l. illa institutio. & per Fulg. cōf. xc. In quaestione. col. ij. Et sit cautus notarius vt in instrumēto testamenti dicat se addidisse quæ addidit, & quæ extendit extendisse de consilio talis sapientis cum testium præsentia, & annotatione in fine instrumenti per hoc si quid non addendum additum fuisset notarius euitaret pœnam, & suspicionem falsi, vt dicit Bal. in l. captatorias. in v. oppo. C. de test. mili. arg. l. in bonorum. ff. de bono. poss. † Euitet quoque notarius ponere simpliciter pronomina tertiæ personæ, quæ possint tam ad testatorē, quàm heredem vel legatarium referri, quale est pronomen suus, sua, suum, cuius loco dicat ipsius testatoris, vel heredis prout congruat testatoris voluntati. In dubio tamen dicta verba referuntur ad testatorem, vt per Bartol. in l. cum in testamento, ff. de au. & ar. leg. & in l. ex facto. ff. ad Tre. & Alex. consi. xxij. Consideratis, col. j. lib. ij. & consi. cxviii. Perspectis his, col. j. lib. vj. & Barb. in c. indicante. col. fin. de testa. † Et similiter quando profert testator aliquod nomen collectiuum expedir addere, ipsius testatoris, vel heredis, vt si testator substituatur, proximiores addatur ipsius testatoris, si tamen hoc testator sentiat, vt in dubio præsumitur, vt per Bartol. in l. si cognatis. col. fin. ff. de reb. dub. quæ præsumptio habet locum etiam in fideicommissaria substitutione, vt patet ex alleg. per Ias. consil. clix. Magnifica. par. ij. quamuis Soci. contrarium sentiat in d. l. si cognatis. † Et quoniam testamentum imperfectum ratione voluntatis non valet etiam inter liberos. l. si his. & ibi Bar. ff. de test. & per doc. in l. hac

in hac consultiſſima. §. ex imperfecto. C. de testa. cum congestis per Ias. consil. clv. In causa, & lite. par. ij. vbi dicit hanc esse communē opi. & consil. lxj. Consulturus. lib. j. & Barb. consil. ix. Illud. col. vj. lib. iij. Deci. consil. cxxvj. Ad dubium. in fi. ac etiam in testamento ad pias causas, vt per Oldr. consil. cxix. Titius. & Deci. consi. cxxxix. Casus de quo vide per Barb. consi. xlij. Clementissimum. lib. iij. Nunquam omittat notarius solitam illam clausulam factum, lectum, & publicatū &c. quia dicta clausula significat re perfectam. Bal. in auth. quod sine. C. de testa. arg. l. contractus. C. de fide inst. Bar. in l. fideicommissa. §. quoties. ff. de leg. iij. Io. And. in Spec. de instru. edu. §. compendioſe. ver. quod si prius. Ias. in l. si ita. ff. de legat. j. Corn. cui relatis per eum consi. xlviij. Viderit prima facie. col. ij. lib. j. † Sit quoque cautus notarius in conceptione plurium conditionum, ne vtatur dictione copulatiua vbi alternatiua vtendum esset, vt si dicatur in substitutione si heres decesserit sine filiis, & filij heredis decesserint sine filiis substituit agnatos. Nam videtur quod substitutio huiusmodi sit inefficax, quamuis filij heredis moriantur sine filiis, quoniam ipse heres non decessit sine filiis, & copulatiua oratio copulatum concursum requirit, nec sufficit alterum adimpletum esse. l. si heredi plures. ff. de condi. insti. Bar. consil. clv. Facti cōtingentia. & sic ostēderetur mens testatoris si voluisset substitutū admitti, etiā si ipse heres filios reliquisset morientibus illis sine prole. Nouissimè verò sit cautus notarius, vt studeat optimè intelligere vim verborum ad testamenta per



pertinentium. nam ignorans vim verborum aliis quidem lucrum, aliis autem damnum afferret contra voluntatem testatoris, vt per Bald. consil. cccclxxxv. Confyderandum. lib. ij.

De liberis instituendis vel exhæredan.

TITVLVS III.

CAVTELA I.

Quibus remediis testamentum effectum habeat non obstante vitio præteritionis.

SVM MARIVM.

- 1 *Institutio, uel exhære. liberorum est necessaria ad uires testamenti.*
- Institutionis titulo relinquendum est, quod relinquatur. ibidem.*
- Titulus institutionis est utilior & honorabilior titulo legati. ibidem.*
- 2 *Testamentum est nullum si filius instituatur hæres sub conditione non potestatiua siue casuali.*
- 3 *Benedictio paterna non habetur pro institutione.*
- 4 *Clausula codicillaris facit uideri successores ab intestato rogatos esse restituere hereditatem scriptis heredibus.*
- 5 *Quarta due detrahuntur, quando restitutio hereditatis fit ex interuallo; non autem quando fit incontinenti.*
- 6 *Clausula quòd ualeat omni meliori modo, habet uim codicillorum, & operatur ac si dicatur iure institutionis.*
- 7 *Notarius, cui data fuit potestas extendendi testamentum ad sensum sapientis, potest adicere uerbum iure institutionis, etiam inter liberos.*

Testa

*Testamentum inter liberos sustinetur eo modo, quo ualere potest. ibid.*

8 *Institutio parentum est necessaria in testamento filiorum.*

9 *Sucessionis prima causa est filiorum.*



Iberi † sunt à parentibus instituendi, vel exhæredandi, vt ualeat testamētū, l. inter cætera. ff. de libe. & posthu.

vel saltem eis institutionis titulo aliquid relinquendum est. §. cæterum. in auth. vt cum de appel. cognosc. uisus est enim iurisprudentibus institutionis titulus honorabilior, gl. in l. filium. §. sed & si portio. ff. de leg. præ. Et quanuis titulus quoque legati honorabilis sit. l. amicisimos. ff. de excu. tut. & ibi Nico. de Neapo. tamen institutio est etiam utilior, nam filius institutus in re certa habebit totam hereditatem, hærede uniuersali non aduente. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæred. insti. & per doct. in l. quoties. C. eo. ri. Et sæpe euenit, quòd testator non habens sobolem masculinam agnatos hæredes instituatur, & filiabus certam summam relinquat, ipsas non instituendo in ipsa quantitate quam relinquat, & ita testamētū subuertatur tam de iure ciuili, quam canonico, secundum opi. magis communem, vt per Ias. in auth. nouissima. col. viij. C. de inof. test. & per Per. de Anc. & do. Ant. in c. Rainutius. de testib. ubi Barbat. de hoc latissimè disputat: nec sufficit relinquere iure legitimæ, vel falcidiæ, secundum communè opi. vt patet ex alleg. per Ias. in d. auth. nouissima. col. viij. contra Bar. consil. clj. Marfilii. Et non omnes uerbo institutionis uti sciunt,

Comunis opin.

F

2 glo. in l. quoties. C. fami. etc. † Nec etiam sufficit relinquere rem singularem pro benedictione, vt res censeatur relicta iure institutionis, licet in testamento veteri pro institutione benedictio acciperetur, vt per glo. in l. quoties. ff. de hære. insti. Et hoc tenet Alex. in l. cogi. §. non omnis. col. iij. ff. ad Treb. quod procedit si consuetudo, & communis vsus loquendi non accipiat verbum benedictionis, pro institutione, vt per Zaba. consil. lx. Qualioctus. col. ij. & interdum imperiti notarij vbi dicendum est iure institutionis, scribunt iure restitutionis, vt per Bal. consil. xxx. Viso testamento lib. v. vel quod deterius est, interdum scribunt iure legati vt vidi, & legi, † Viribus quoque caret testamentum si filius instituat hære. sub conditione non potestatiua. l. suus quoque. ff. de hære. insti. l. si pater. vbi doct. C. de insti. & substiti. sub condi. fac. nec talis cõditio reiicitur, iuxta l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. & licet Barth. in d. l. si pater. aliter senserit, tamen opin. Bar. cõmuniter improbat, vt patet ex dictis, & relatis per Bal. consil. ccccxxj. Super eo. li. iij. & Soci. consil. xcviij. Præsens consultatio. li. iij. Ad eò, quòd si scriptus sit filius sub conditione casuali testamentum erit nullum, etiam si in defectum conditionis alius substitutus sit. Sed ne vitio institutionis non factæ, vel non legitime factæ testamentum infirmitur, remedium primum est, quòd saltem adsint quinque testes, & testamento inseratur clausula codicillaris, videlicet, si non valeret iure testamenti, valere voluit iure codicillorum, nam clausula hæc operatur, † vt successor  
ab inte

Communi  
nis opi.

ab intestato videatur rogatus hæreditatem restituere scriptis hæredibus. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicom. liber. & quòd ita sustineatur testamentum tenet Bar. in l. j. ff. de iure codi. & Ias. in auth. nouissima col. vij. in viij. limitatio. ne. C. de inoffi. testa. Bald. consil. cccl. Ista quæstio. & consil. cccxcij. Ad euidenciam. lib. ij. & consil. cccxcj. Factum lib. iij. Ludo Ro. consil. cxxij. Circa ea. Deci. consil. ccxxvij. In casu proposito. Et hoc tenendum est, vt dicit Bal. consil. cccxcv. Nobilis. li. j. quanuis glo. in auth. ex causa. C. de libe. præte. teneat clausulam hanc hoc casu nihil operari, arg. l. Titia. ff. de inof. test. Sed contra gl. est communis opi. vt ibi per doct. & Alexand. consil. xix. Circa primum. col. ij. lib. vj. cù alleg. per Deci. consil. ccv. In causa, col. si. limitando tamen vt ibi per eum, & succedens ab intestato restituet hæreditatem, scripto hæredi legitima tantum retenta, quia vbi non ex interuallo restitutio fit, † sed incontinenti non detrahuntur duæ quartæ, vt per Bar. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. test. Bald. consil. xxxvj. Proponitur lib. iij. Alex. consil. xvij. Ponderatis. in fi. lib. iij. † Secundum remediũ  
est, quòd in testamento inseratur clausula voluit valere omni meliori modo, &c. Nam hæc clausula non solum habet vim codicillorum, verum etiam facit, vt perinde sit, ac si iure institutionis esset relictũ, vt tenet Bal. in d. l. quoties, & Alex. consil. cxij. Post redditum. col. j. li. iij. & Cor. consil. cccxviij. Ante omnia. col. j. ver. maxima. lib. j. & Deci. consil. xiiij. Et pro tenui facultate. Alex. in l. cogi. §. non omnis. col. ij. ver. iij. limjia. ff. ad Treb.

Communi  
nis opi.

cum aliis ibi per eum alleg. idem tenet, & sequitur Ias. in d. auth. nouissima. col. vj. ver. octauo limita. vbi dicit hoc bene notandum, quia est valde vtile, & quotidianum. Tertium remedium est, quod detur notario potestas extendendi testamentum ad sensum sapientis, tunc enim si filio quid relictum sit in testamento, non tamen fuerit dictum iure institutionis, poterit notarius adiicere verbum iure institutionis de consilio sapientis, & sustinebitur testamentum, vt per Imo. post antiquos in l. illa institutio. ff. de here. insti. & Zab. d. consi. lx. Sciendum autem est, secundum quosdam, quod in testamento inter liberos huiusmodi cautelis vti non est opus, † quia testamentum inter liberos sustineretur eo modo quo valere potest, gl. in l. cohæredi. §. cum filia. vbi Imo. & Alex. ff. de vulga. & pupil. & Alex. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. in fi. C. de testa. & idē Alex. in l. inter cætera. ff. de li. & posth. & Corn. cōf. lxij. Alias consului. col. ij. ver. & quando pater. li. ij. Communis tamen opinio contrarium tenet, vt dicunt Sali. & Ias. in d. auth. nouissima. quare expedit vti dictis cautelis etiā inter liberos. nec enim alij ex filiis res certa relinqui potest, in testamento imperfecto cum alij filij vniuersales hæredes scribuntur. Nam dispositio §. ex imperfecto. procedit tantum vbi inter liberos seruetur æqualitas, arg. l. vt liberis. C. de coll. cū aliis alleg. per Deci. consi. cv. Diligenter consideratis. in fi. & consi. ccclxj. Omiffa. col. ij. † Econtrario filius faciens testamentum in casibus à iure permisis sit cautus, vt parentes in aliquo instituunt hæredes, nā illis præteritis testamentum

Communis opi.

7

8

mentum viribus careret. §. siue igitur. & §. hæc autem disposuimus. in auth. vt cum de appel. cog. Cald. consi. v. An si testator. in tit. de testam. Bal. consi. xcix. Factū tale est. lib. ij. & consi. lxxxiiij. Veritas. li. iij. & est communis opi. vt patet ex dictis & relatis per Doc. in d. auth. nouissima. & per Bar. in c. Rainutius. col. lxxvij. de testa. contra Bar. in d. auth. nouissima. Sed sustinebitur testamentū iure fideicommissi, si in eo supra scripta clausulæ inserantur per prædicta. Scias tamē, quod vbi sunt descendentes, qui obtinent in successione primū locum, auth. in successione. C. de suis, & legi. hære. non est necesse in aliquo instituere ascendentes, vt per Bart. consi. xvij. Viso testamento. col. ij. cum prima causa successione sit filiorum, l. filius. ff. de suis & legi. & in auth. de hæredi. ab intestato. in prin. Alex. consi. xc. In causa. col. j. lib. ij.

Communis opi.

#### CAVTELA II.

Quibus remediis pater possit inter filios irrevocabiliter sua bona diuidere.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Diuisio facta per patrem inter liberos est reuocabilis.
- 2 Iuramentum confirmat diuisionem factam per patrem inter liberos.
- 3 Emancipatio filiorum præcedens facit ualere diuisionem paternam.

**S**olent parentes ad tollendam discordiam inter liberos testamento, vel codicillis sua bona diuidere, & cuilibet ex liberis portionem assignare. l. ex parte. §. in testato. ff. famil. hercif. Et potest huiusmodi diuisio, & assignatio reuocari, l. filia. C. fami. hercif. facit l. si quis in principio testamē-

ti. ff. de leg. iij. Sed vt diuisio fit irreuocabilis, re-  
 2 medium est, † quòd pater inter viuos, & non te-  
 stando diuidat bona inter filios, & iuret diuisione  
 non reuocare. nam licet pater filiisfa. donare non  
 possit, l. ij. C. de inof. do. & l. donationes. C. de do.  
 inter vir. & vxo. & diuisionem reuocare possit, l.  
 pen. §. si pater. ff. pro empt. tamen iuramento cõ-  
 firmatur donatio, & diuisio: vt per Doct. in l. si do-  
 natione. C. de col. & est communis opi. vt patet ex  
 alle. & dictis per Deci. consil. ccxxxix. Primo. &  
 consil. dclxxxvij. Confirmationem. & Iaf. consil.  
 cxvij. Contra donationem. in ij. parte. licet con-  
 3 traria opi. ratione non careat: vt patet ex alleg. per  
 Cor. consil. ccxxxvij. Quanquam videatur. col. pe.  
 & vlt. lib. j. Secundum & turtius remedium est,  
 † quòd ante diuisionem per emancipationem fi-  
 lij liberentur à patria potestate, & deinde pater  
 diuidat bona, & assignet cuilibet quantum velit  
 dare, vt per Corne. consil. ccxxvij. Quòd dictus  
 Antonius. co. iij. li. iij. & per Soci. consil. iij. Visis.  
 lib. j. & per Deci. consil. lxxxvj. Viso puncto. col. vj.

## CAVTELA III.

Quo remedio filia supplementum legitimæ,  
 vel bona materna petere prohibeatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legitimæ supplementum potest filius institutus in re  
 certa petere etiam prohibitus, aut etiam si lega-  
 tum agnouerit.
- 2 Iuramentum confirmat renunciationem successione  
 etiam in legitima siue in ipso actu testandi, siue  
 contractu.
- 3 Renuntiatio legitimæ præcedens patris testamentum  
 debet

Communi  
 in opi.

debet transire in vim pacti ut ualeat: alias iuri fu-  
 turo renuntiare minimè potest.

- 4 Filia instituta in legitima cum hoc quòd compenset  
 quicquid habere debet, utrum prohibeatur exi-  
 gere bona materna.

S I pater † filia certam quantitatem relinquat, li-  
 cer adiecerit q̄ plus petere non possit, nihil-  
 ominus potest filia petere supplementum legiti-  
 mæ, §. cæterum. in auth. vt cū de app. cog. Etiam si  
 filia legatam agnouerit, si expressè non renunciaue-  
 rit supplemento legitimæ, vt per Ale. consil. lxxxix.  
 Vtrum emphyteosis. col. fi. li. iij. vbi ita limitat. l. si  
 pars. §. illud. ff. de inof. tes. & idem consil. viij. Visis  
 subtilissimis. col. v. vers. non dicatur. li. iij. & Zab.  
 consil. xxij. Puto de iure. Quòd si pater pro agna-  
 tionis & familiae dignitate seruanda velit agnatos  
 succedere exclusis filiabus etiam à legitimæ sup-  
 plemento, remediū est, † quòd ante testamentum  
 pater contractu inter viuos dotē filiabus assignet,  
 & faciat illas iuratas renuntiare legitimæ, c. quā-  
 uis. & ibi Doc. de pac. lib. vj. deinde faciens testa-  
 2 mentum masculos hæredes scribat, & filias insti-  
 tuat in re certa, & adiciat prohibitionē. quòd illæ  
 plus petere non possint ratione legitimæ, vel alia  
 quauis causa, remedium hoc cõprobatur ex scri-  
 ptis per Alex. consil. clxxxj. Perspectis. in fi. lib. v.  
 Et sufficit quòd patri sic testanti filia consentiat,  
 & renuntiet si quid plus petere possent etiā no-  
 mine legitimæ, & ita filia plus petere non vale-  
 bunt, per l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de  
 bon. pos. contra ta. & l. cum donationis. C. de  
 transac. satis tamen est, quòd in ipso actu testandi

fiat huiusmodi renūtiatio secundū Alex. in l. si quis posthumos. §. j. ff. de li. & post. Et notādū est, 3  
 † q̄ oportet renūtiationem trāsire in pactū, quia simplex renūtiatio filia nō obesset, quæ non habens spē probabile iuri futuro renūtiare nō potest. l. j. §. quod ait. ff. quo. leg. & spes successionis etiā paternæ votū improbū continet. l. post emancipationē. ff. de lib. lega. l. j. C. si impuberi. ff. de colla. bono. nec prodesset cōsensus cū renūtiatione facta præsentī, quæ solet habere vim pacti. l. tale. ff. de pact. quia hoc procederet vbi spes esset probabilis ex causa de præterito, vt in d. l. j. ita cōsultuit Soc. cōf. ccxxxviiij. Viso testam. Idē remediū adhibendū esset quādo pater vellet legitime aliquod onus & grauamē adiicere, quod facere nō potest, 4  
 l. quoniā in prioribus. C. de inof. test. † Et si pater filiā in certis rebus instituat, iubēs eam stare tacitā, & contentam, & q̄ plus de bonis suis petere non possit, quāuis relicto transcendant legitimā: filia dotem maternā petere nō prohibetur, arg. l. subingnatū. §. bona. ff. de ver. sig. facit tex. in leg. prætor. §. emancipati. ff. de col. bon. Bar. in l. vt iurifurandi. §. si liberi. col. ij. ff. de ope. lib. & consil. lx. **Quæstio** ista, & per Iaf. cōf. ccxiiij. In causa hospitalis. part. j. Sed si pater fauore masculorū filiā à bonis maternis intēdat excludere, remediū est, quod testator mandet cum relicto compensari quicquid filia possit petere, & exigere de dote bonisque maternis. l. j. §. sciendum. C. de rei vxor. acti. ita colligitur ex doct. Bart. in d. §. si liberi. & in l. fideicommissa. §. si quis ita. ff. de leg. iij. & Bal. in l. quoniam nouella. C. de inof. test.

C A V

## CAVTELA IIII.

Quo remedio filius hæres inducatur ad obtemperandum voluntati testatoris, & quo remedio alter ob alterius inobedientiam carere debeat hæreditate, si sint hæredes extranei.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Filius semel hæres institutus non potest desinere esse hæres.*  
*Pœna priuationis hæreditatis potest heredi per testatorem imponi.*
- 2 *Institutio sub conditione potestatiua ualet etiam in suis hæredibus.*
- 3 *Clausula codicillaris confirmat uoluntatem testatoris, qui filium instituit sub conditione non potestatiua.*

**S**I pater instituat filium purè, & si malè tractauerit matrem seu quid aliud contra uoluntatem eius fecerit, eū exhæredet, exhæredatio non ualet, quia non potest filius semel hæres factus desinere esse hæres, l. & sine. §. sed quod Papianus. ff. de mino. Et quia certo iudicio liberi sunt à patris successione repellendi. l. sub conditione. ff. de bo. poss. contr. tab. l. iij. §. purè. ff. de lib. & posthu. Sed vt filius impius male meritis de matre paternam hæreditatem non habeat, aut metu priuationis filius bene tractet matrē, vel cuius præcepto testatoris obediens sit, remediū est, quod adiciatur pœna priuationis hæreditatis, l. j. C. de his quæ p̄. nō. Pau. de Cast. consil. lxxxvj. Videtur dicendū. & consil. clxxxix. Antequam veniam, & declaret testator ad quem velit deuolui hæreditatem ob inobedientiam filij, & in du-

F 5

bio deuoluetur ad substitutum si sit substitutus, alias ad cohæredem: ut ibi per Paul. de Castr. & Bartol. consi. xxix. Proponitur. & tunc filius solum legitimam retinebit. Alterum remedium est, quod filius instituat sub conditione hac, si matrem, vel aliū bene tractauerit, quia potest suus hæres sub conditione potestatiua institui. l. fin. ff. de condit. insti. nisi conditio sit contra bonos mores: hæc autem conditio cum pietatem contineat, non reicitur, l. filius. ff. eo. secundum communem opi. quamuis Bart. contrarium consulendo fenserit consi. cxcviii. in quaestione. & filius præstita cautione Mutiana hæreditatem administrabit, l. Mutiana. ff. de condi. & demon. ita colligitur in scriptis per Alex. & Deci. & alios Doct. in l. si pater. C. de insti. & substi. sub cond. fac. & Ias. in d. §. purè. facit no. per Calde. consi. iij. Testator legauit. in ti. de testam. Et notandum est, quod siue filij, siue extranei instituti sint hæredes purè, deinde eis per testatorem aliquid præcipiatur & transferatur in alium hæreditas, si omnes hæredes præcepto testatoris non obtemperauerint, non valet translatio in damnum eorum, qui obediens præcepto fuerint, quia non potest aliquis alterius facto priuari hæreditate semel acquisita, l. paterfa. ff. de here. insti. & ibi Doct. & Paul. de Cast. consil. xx. Ultra ea quæ. Sed si testator velit propter alterius inobedientiam omnes quos hæredes instituendi propositum habet, carere hæreditate, remedium est quod omnes sub conditione hac hæredes instituat, videlicet, si voluntati testatoris in eo quod mandauit per omnes paritum

Communis  
opin.

tum fuerit. Nam potest hæreditas dari sub conditione, cuius implementum pendeat à voluntate alterius, l. si fuerit. ff. de manu. testa. ut per Bart. in d. l. paterfamilias. & per Soci. consi. xxj. Viso testamento. lib. iij. Et notandum est, quod filiusfa. etiam hodie si sub conditione non potestatiua instituitur, testamentum non valet, d. l. si pater, & ibi Doct. C. de inst. & substi. sub condi. fact. sed ut sustineatur voluntas testatoris, remedium est quod in testamento inferatur clausula codicillaris, ut per Fulgo. consil. xxj. ad primum.

#### CAUTE LA V.

Quo remedio filia impediatur. habere regressum ad bona paterna, & viam ad impugandum testamentum deficientibus masculis, ubi statutum excludit fœminas donec supersint masculi.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Fœmina de iure diuino non succedit pariter cum masculis.*
- Filia præterita propter masculum quando possit rumpere testamentum paternum. ibid. & num. 2.*
- Tempus limitatum, limitatum producit effectum.*
- Statutum potest hæredem facere ex tempore & ad tempus.*
- 2 *Institutio facta de filia in dote ei data valet.*
- Hæreditas accrescit filia instituta in re certa.*
- 3 *Institutio conuertitur in fideicommissum uirtute clausule codicillaris.*
- Fideicommissum, cuius dies non cessit etiam non agnitum, quando transmittitur ad hæredes.*
- 4 *Legitimæ non potest pater aliquod onus imponere.*

Si

1 **S**I ꝑ ꝑœminã per statutum à successione parentum quandiu supersint filij masculi excludantur iuxta legem Molaicam nu. 27. Calde. consil. xxx. An si Iudeus. in tit. de testa. licet excludantur superstitibus masculis, & tam filia, quàm venientes ex persona eius à successione repellantur, vt per Bartol. in l. ij. §. videntium. in fi. ff. ad Terrul. cum aliis allegatis per Deci. consil. delvj. Iuridicam. & consequenter possint præteriri in testamento, vt per Doct. in l. filia dotem. C. de col. tamen filia præterita masculo quodocunque deficiente sine filiis masculis etiam post hæreditatem agnitam rumpit testamentum, quia exclusa ad certum tempus post hoc vocari intelligitur, arg. l. Imperator. ff. de postu. & potest. statutum hæredem facere ex tempore, & ad tempus. l. miles. ff. de mil. testa. aũth. hoc amplius. C. de fideic. Bar. in l. fi. ff. ad Ter. Bal. cõs. cxj. Ad conseruationem. libr. ij. & rupto testamento filia auferret hæreditatem hæredibus masculorum. Bart. consil. xj. Proponitur. Bald. in l. si quis posthumos. §. j. ff. de lib. & posth. & sententia hæc est verior, & communior, vt ibi dicunt Alex. & Ias. & Alex. cum allegatis per eum in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. eoti. Cor. consil. xj. Pro decisione. col. j. libr. ij. facta scripta per Soc. consil. x. Consideratis. lib. iij. & Deci. consil. ccxcvj. In casu. & consil. ccclxxxij. Viso puncto. & consil. cclxiiij. Retuocatur. col. iij. & consil. cccix. Viso puncto. Barb. consil. liiij. Illud. col. iij. lib. iij. vbi hanc dicit esse communem opi. & Alex. in l. ij. C. de lib. præ. & hoc sequitur Bal. consil. cccxcxvj. Antiquum. lib. iij. vbi dicit etiam ad hæ

Communis opi.

ad hæredem hoc ius à filia transmitti. & Cornel. consil. cxxvj. Principale dubium. libr. ij. & Deci. consil. lxxxvij. Pro resolutione. & hanc communem opi. dicit etiam Soc. consil. lxxxvj. Viso testamento. libr. ij. col. j. faciunt congesta per Dec. consil. dcviij. Viso puncto. col. fin. Sed ne filia post mortem filij sine sobole masculina decedentis rumpat testamentum, ꝑ remedium est, quod filia instituat in aliquo saltem in quinque solidis ultra dotem suam, vt monet glo. in l. iij. §. sed vtrum. ff. de min. Vbi Bar. consilium hoc dicit seruari de facto. Et sequitur Bald. in auth. nouissima. C. de inof. test. Barba. consil. lxxiiij. Magnanimus. col. vij. lib. iij. & consil. ij. col. vj. lib. j. & Ias. consil. cxij. Nos Iason. lib. j. & licet Spe. in ti. de instru. ædit. §. compendiosè. ver. sed super forma. teneat sufficere filiam institutam esse in sua dote, & opi. hæc communiter approbetur vt dicit Io. de Imo. in c. Rainurius. de testa. tamen secundum Specu. consultius est ad euitandas opiniones quod in aliquo saltem modico instituat filia ultra dotem. nam ex hoc etiam sequetur vtilitas quod præmoruo hæredescripto, vel non adeunte non infirmabuntur relicta in testamento, sed filia in re certa instituta accrescet hereditas, vt per Doct. in l. quoties. C. de here. insti. cū allegatis per Barba. in c. Rainurius. col. v. & vj. de testa. Multum etiam operatur ad conseruationem testamenti prædictum remediũ, nam stante huiusmodi statuto nõ solum filia præterita, verum etiam nati nataq; quodque ex illa reintegratur ad successionem deficientem te linea masculina, & sic reintegrati subuerrent testa

Communis opi.

testamentum non adhibito d. remedio vt per Iaf. consil. cy. Quia in d. statuto. & Soc. d. cōsi. x. licet. Deci. aliud tenferit. cōsil. ccclxiiij. Visis sequens. Bar. in l. fi. col. iij. ver. quero quid si filia. ff. ad Tert. Secundu[m] remediū est, † quod in testamento adiciatur clausula codicillaris, vt in fideicommissum institutio conuertatur, iuxta no. per Bar. in l. j. ff. de iure codi. Et virtute dictæ clausulæ filia nō habebit nisi legimā, & in eam imputabitur dos data, vt per Bar. cōs. xliiij. super prædictis: & consil. xx. Factum sic se habet. Et fideicommissum hoc etiam non agnitum ad hēreses trāsmitteretur, quia testamentum fingitur tunc retro nullum, & consequenter dies fideicommissi cedere intelligitur in vita scripti hēredis. quod procedit si statutum de testamento viribus nil decernat. Nam si statutum diceret filiam interim testamentum impugnare non posse post mortem fideicommissarij die fideicommissi cedente, non fieret transmissio ad hēreses, l. j. §. sin autem sub conditione. C. de cadu. tol. secundūm Bar. in d. l. fi. ff. ad Tert. Sed verius est fideicommissum indistinctè propter incertitudinem euentus non transmitti, arg. l. ventre. ff. de acquir. hære. & contra Bar. est communis opi. vt testatur Corn. in præalleg. consil. cxxj. col. pen. ver. cūm lex deferens. † Et notandum est, quod licet pater legitime aliquod onus non possit addicere, l. quoniam C. de inof. test. tamen vbi statutum excludit filias à successione parentum superstitibus masculis. Si pater dotem relictam filiabus, si illæ sine liberis moriantur, velit redire ad masculos, remediū est, quod hoc disponat, l. fin. §. pen.

pen. ff. de leg. ij. iuncta l. qui liberos. ff. de rit. nup. Pau. de Cast. consil. ccxxxij. Pro pleniori. col. fin. quod ita demum videtur procedere si filia specialiter & cum iuramento consentiat, l. si quando. §. j. cum ibi no. Bald. C. de inof. test. & per Dec. consil. cvj. Diligenter. col. fin.

## CAVTELA VI.

Quo remedio legitimatus testamentum impugnare non possit.

## S V M M A R I V M.

1. Legitimus præteritus rumpit testamentū paternū. Legitimus à cæteris legitimis in nihilo differt.
2. Spurius legitimatus præteritus quando non possit impugnare testamentum, nec petere legitimæ supplementum.
3. Testamentum per quæ uerba non possit impugnari agnatione posthumi.

**F**ilius illegitimus etiam naturalis si præterea-  
tur non rumpit patris testamentum, gl. & Bar. in l. j. ff. de bo. pos. contratab. cum alleg. per Cur. consil. xij. Statuto Ianuæ. col. v. & consil. lxxiiij. Super memorata. col. xvij. legitimatus autem si fuerit præteritus rumpit testamentum, quia nihil à cæteris legitimis differt. §. illud tamen. in auth. qui. mo. nat. effic. sui. Et suorum hæredum iura nanciscitur. §. j. Instit. de hær. qua. ab inre. defer. Ale. consil. cxxxix. Eleganter. lib. j. Quod intelligas de legitimo in vita patris tantum, arg. l. Titius. ff. de suis, & legi. Et siue ante, siue post testamentum spurius legitimetur, eius præteritione testamentum rumpitur, arg. l. j. C. de posth. hær. inst. Pe. de Ancha. consil. ccij. In successioneibus. Paul.



Paul. de Cast. cōsi. ccxix. Super puncto. col. pe. cū aliis alleg. per Cur. consi. xxxv. Statuto. col. iij. & Abb. consi. lxxxvj. in quæstione. lib. j. Sed vt legitimatus testamentum impugnare non possit, nec petere legitimæ supplementum remedium est,

2 <sup>†</sup> quod non legitimetur simpliciter, sed habilis fiat ad succedendū in ea parte, quam ei pater assignauerit. valet enim talis legitimatio & dispensatio, ar. c. j. de ma. ad mor. cont. & est tex. in c. naturales. si de feu. fue. contro. inter do. & agnā. secundum Alex. & Iaf. in rub. ff. de lib. & posth. & Alex. in l. pactum, C. de col. & Dec. consil. cclvij.

3 <sup>†</sup> Quæritur. Item ne legitimatione superveniente quasi agnatione posthumi rumpatur testamentum, satis est quod inseratur testamento clausula codicillaris per verba denotantia tempus futurum, vt si dicatur, si non valeret, & c. quia per hoc testator de agnatione posthumi videtur saltem in genere cogitasse. l. qui iure. ff. de mil. rest. Et probatur ex his quæ latius scribūt Doct. in auth. ex causa. C. de lib. præt. & Alex. consil. xxxj. Ponderatis his. lib. iij. Vide tamen quæ dicam inferius hoc ti. caute. x. Posthumus.

#### CAVTELA VII.

Quo remedio pater possit providere ne filius teneatur solvere paterna debita, non obstante statuto obligante filium pro patre.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Filius non tenetur solvere debita patris. Statutum valet quod filius teneatur solvere debita paterna.*
- 2 *Exheredatus habetur pro mortuo.*

Filius

**F**ilius <sup>†</sup> satisfacere patris creditoribus non cogitur si hereditati paternæ non se immisceat, quia beneficio pratoris abstinere potest ab hereditate, & ita in eum actio non dabitur, l. necessarii. ff. de acqui. ha. l. j. C. ne filius pro pat. Sed in quibusdam locis statuta disponunt quod filij, quamvis non sint heredes patrum, teneantur solvere pro patribus, & valent talia statuta, vt per Alex. consil. xlij. Super pramisso. col. v. li. j. quod si pater soluendo non sit, & vereatur ne filij pro debitis ab eo contractis ex lege municipalis molestiam patiantur, & velit filios à necessitate solutionis eximere, remedium est quod <sup>†</sup> filios exheredet, & propter exheredationem filij à patris creditoribus conveniri non poterūt. quia exheredati pro mortuis sunt habendi l. j. §. si pater. ff. de con. cum eman. lib. & l. j. §. pen. & l. si post mortem. §. liberi. ff. de bon. pof. contratab. ita tenet Bal. in l. dotis. in fin. C. de iur. dot. cuius dictū dicit esse notandum Iaf. in l. planè. §. duobus. ff. de leg. j. & sequitur Deci. in c. cognoscentes. col. ij. ver. sed potest. de consti.

#### CAVTELA VIII.

Quo remedio testator possit tollere quæstionem regni inter filium & nepotem ex primogenito præmortuo.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Filius ex primogenito an præferatur secundogenito in successione regni. & n. 3.*
- 2 *Salomon in successione regni prælatiis fuit. A dñi. e suo primogenito. Primogenitura eius non potest per patrem tolli.*

G

*Pater non potest diminueri ius quaesitum filio etiam ex stipulatione sua.*

3 *Pater non potest uni ex filiis praelegare rem, quam acceperat in emphyteosim pro se et filiis.*

4 *Filius secundò genitus quo pacto possit praeferrri ne poti ex primogenito etiam minori in regno.*

5 *Barones uiuentes de iure communi in pariter succedendo, per quae uerba caueant, quādo uelint unum ex eis tantum iurisdictioni praesse.*

**N**Epos t ex primogenito praefertur filio secundogenito in successione regni ut per Bal. conf. cccxxxix. Consuetudo. lib. ij. & opi. hanc multi tenuerunt quos refert, & sequitur Soc. rationibus per eum relatis consi. cclij. Visis instrumentis & commu. opin. hanc esse scribit Barba. consi. x. Sapienter. col. x. lib. ij. Sed aequior uidetur opinio contraria si primogenitus mortuus sit uiuo patre, & sic nondum ei iure quaesito, secundum uerriorem, & communiorem opi. ut dicit Alex. consi. iij. Ponderatis. col. ij. lib. iij. Deci. consi. cccxliij. In casu ad me transmissio. in fin. & opi. hanc approbat. Bart. in auth. post fratres. C. de legit. hare. & confirmat multis rationibus, & autoritatibus. Ant. de Ros. in tract. de suc. ab ante. ver. de legit. matis. Io. in tract. de primoge. q. xv. lib. j. locupletissimè scribit omnia quae in utranque partem possunt allegari: & ad finem recitat sententiam imperatoris Othonis qui dicebat quaestionem hanc esse gladiatorio iudicio dirimendam, & ipse Io. in conflictu opinionum distingere non audet. remanet ergo res dubia. Sed si testator uelit belli occasionem & controuersiam tollere inter filium secun-

Communis  
opini.

secundogenitum, & nepotè ex primogenito, remedium est quod suo arbitrio decernat ad quem ex illis uelit regnum, uel ius primogeniturae deuenire sicut fecit Rex Dauid dicendo Salomoni: *Sedebis super solium meum, & ipse regnabis pro me.* & ita Salomon in successione regni praefatus Adoniam prius genito. 3. Reg. c. j. fac. no. per Fel. in c. prudentiam. col. ij. de off. deleg. & allegata per Alex. consil. xij. Per spectis his. & consil. xvij. Attentis narratis. col. ij. li. v. Et per Ias. cōf. cclxxxvj. Rex Romanorum. parte j. Hoc tamen remedium non est tutum: quia uerrior uidetur opinio quod testator non possit ius primogeniturae alteri tollere, & alteri dare, ut patet ex allegatis per Io. in d. tractatu primoge. lib. iij. q. iij. Nam pater ius quaesitum filio etiam ex sua stipulatione non potest diminueri secundum Bar. in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. col. ij. ff. de ope. lib. Et est communis conclusio, ut dicit Ias. per relata per eum consil. cxij. Nobilis col. iij. parte j. & consi. clxij. In causa col. pen. parte ij. & faciunt ea quae refert. Ias. in l. ij. circa. fi. C. de iure. emphy. T ubi concludit ex allegatis per eum non posse patrem uni ex filiis praelegare rem quam acceperat in emphyteosim pro se & filiis, nisi tantundem aliis in recompensationem relinquat, & praedium emphyteoticum praeleget ut rem filiorum, ar. l. unum ex familia. §. si rem. ff. de leg. ij. fac. no. per Cuma. consi. cl. iij. Guarnerius. Bonum autem remedium est quod pater curet quod alter ex illis currat iuri primogeniturae, per ea quae refert Ias. consil. lvi. In causa. col. iij. lib. j. Et si uelit filium nepoti ex primogenito praefere

3  
Communis  
opini.

ri, si nepos tempore celsionis, & renuntiationis sit minor ut valeat renuntiatio, & rescindi non possit per restitutionem in integrum remedium est, 4 † quod minor iuret non contrauenire. auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. & remediū hoc comprobatur ex allegatis per Mart. Laud. in tractatu de primoge q. xxiiij. Quæro an primogenitus. & per Io. in suo tract. de primoge. lib. iij. q. j. 5 Et notandū est † quod si testator sit Comes, Marchio, vel dux, alicuius prouinciae vel ciuitatis, habeatque plures liberos qui de iure communi succederent pariter c. j. de gradi. suc. feu. & velit vnū tantum iurisdictioni præesse, quod pertinet ad bonū publicū l. ij. §. nouissimè. ff. de ori. iur. l. cuius. ff. de cur. fur. remedium est, quod ipse testator vnum eligat, & successiue per vnum regi populū ordinet in suo testamento, potest enim testator hoc facere etiam si iurisdictione ipsi testatori sit in feudum data. & ipse fuerit stipulatus pro se & filiis. nam licet omnibus filiis tunc præiudicare non possit, vnum tamē aliis præferre potest. arg. l. j. ff. de a. s. lib. & d. l. vnum ex familia, ut per Fel. in d. c. prudentiam. col. ij. Et est cōmunis opin. ut dicit Barba. consil. lv. Perspectis col. vlt. inter consil. Alex. lib. iij. post locupletissimè allegata per eum. Sed secundum Ias. in d. l. ij. q. vlt. C. de iur. emphy. Cautius est quod pater aliis filiis condignam compensationem relinquat ut supra dictum est.

*Comunis  
opin.*

### CAVTELA IX.

Quo remedio non irritetur testamentum per religionis ingressum.

S V M

### S V M M A R I V M.

- 1 Religionis ingressu rumpitur testamentū sicut agnatione posthumi.  
*Testamentum non valet illius, qui tempore mortis erat intestabilis.*
- Monachus factus ipso iure fit intestabilis.
- 2 Ingressus religionem quo modo valeat disponere de bonis suis inter uiuos.
- 3 Testamentum monachi factum ante ingressum monasterij utrum valeat.

**I**rritum fit testamentum, si testator religionem profiteatur, quia monasterium habetur loco liberorum. auth. nisi rogati. cū ibi not. C. ad Treb. & agnatione posthumi, vel quasi posthumi rumpitur testamentum, l. posthuminum. ff. de iniust. test. & quia infirmatur testamentum eius qui desinit esse sui iuris, & subiicitur alterius potestati. l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de bon. poss. secū. tab. & monachus aliena se subiicit potestati ipso ingressu, & consequenter testamentum vires habere desinit, l. conficiuntur. §. si post. ff. de iure cod. quod etiam demonstratur ex eo quod ut testamentum valeat oportet testatorem habuisse factionem testamenti tempore quo moritur. l. j. §. exigit. ff. de bo. pos. secū. tab. monachus autem factus statim fit intestabilis auth. ingressi. C. de sacro. eccle. & quod testamentum ingressu religionis irritum fiat, tenet Fed. de Sen. consil. clxv. Glo. referunt. & Ro. consil. ccxxxvij. Opinione. & hoc sequitur cōmuniter doct. ut testatur Imo. in c. j. ver. quid autē si aliquis. de testa. licet Bart. in auth. si qua mulier. C. de sac. san. ec. fuerit in contraria

*Comunis  
opin.*

opi. & similiter Feli. & Dec. in c. in presentia. de proba. Sed Iaf. in d. auth. si qua mulier. dicit veriorē & sustentabiliorē opinionē esse quod testamētum irritetur. Ne igitur voluntas eius qui de suis bonis disponit ante religionis ingressum reuoecetur in dubiū an irrita facta sit per professionē religionis subsequatā, remediū est, t̄ q̄ religionē professurus contractu inter viuos, disponat de rebus suis eas donando sub conditionē, si religionē fuerit professus, & valebit dispositio. Nā lege permissum est monasteriū ingressuro suis vti quo voluerit modo. §. illud, in auth. de mona. Remediū hoc cōprobatur ex no. per gl. in d. §. illud. & Bart. in d. auth. si qua mulier. & Lud. in d. cōf. 237. Ex prædictis patet non esse tutū t̄ remediū, q̄ monasterium ingressurus instituat in aliquo ipsum monasteriū, ne quasi agnatione posthumi rumpatur testamentum quasi monasterium vt filius agnascatur. §. sed & hoc presenti, in auth. de sanc. Episc. d. c. in presentia. glōf. in d. §. illud. Imol. in d. c. j. col. iij. Iaf. in d. auth. si qua mulier.

## CAVTELA X.

Quo remedio testamentum posthumi natiuitate non rumpatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Posthumi præteritus rumpit testamentum, etiam si statim expirauerit ante baptismum.  
Testamentum rumpitur natiuitate posthumi etiam nati in octauo mense.
- 2 Numerus singularis prolatus in institutionibus extenditur ad pluralitatem.
- 3 Institutio resoluitur in fideicommissum virtute clausulæ

*sule codicillaris per verba futuri temporis.*

4 Donatio inter viuos reuocatur natiuitate liberorū. Pater semper præsumitur suam sobolem præferri alienæ.

Testatoris voluntas talis fuisse præsumitur, qualis de iure esse debet.

Hereditas patris etiam quasi debita filiis.

Clausula codicillaris non operatur contra præteritionem posthumi etiam quo ad legata.

5 Legato quando debeantur, si natiuitate posthumi rumpatur testamentum.

Posthumi præteritus rumpit testamentum. t̄ posthumi. j. ff. de iniust. testa. l. j. C. de posth. hæred. instit. Et procedit hoc etiam si natus statim expirauerit etiam ante baptismum. l. iij. C. eo. vt per doc. ibi. & Corn. consil. clxxvj. In presenti. col. ij. lib. ij. dummodo paruus sit tempore perfectus, vt per Fulg. consil. lxxix. Punctus talis est. Sed Bal. tenet quod natus octauo mense rumpat testamentum, per l. vxoris abortu. C. de posth. hæred. insti. & consil. xcij. Proponitur. li. v. Alex. in l. quod certum. C. eod. tit. putat posse testamentum sustineri, mihi videtur iudicandum esse pro testamēto in re dubia. l. si pars. ff. de inoffi. test. c. si. de sent. & re iud. t̄ Sed ne posthumi vel hi qui posthuminum loco sunt, agnascendo testamētum rumpant, hæredes instituēdi, vel substituēdi sunt, iuxta consiliū Galli, & legis Velleia. l. Gallus. per totā legem. ff. de li. & posth. & expedit instituere omnē posthuminum indefinitē. l. placet. & ibi doct. ff. de lib. & posth. nam instituto posthumo, qui est in vtero, alij posthumi rumperent testamentum;

vt per Bal. consi. xiiij. Punctus li. iij. si tamen simpliciter etiam singulari numero posthumum instituerit testator, & plures nascantur, omnes intelliguntur hæredes instituti: quia in institutionibus verba singulariter prolata ad pluralitatem trahuntur, si pluralitas occurrat. l. ex duobus. cū ibi not. ff. de hæc. insti. Fede. cōf. xliij. Testator. idē iuris est, si testator instituerit ventrem simpliciter, vt per Bal. consil. cxxij. Mihi Baldo. lib. iij. † Et ultra Galli Aquilij, & legis Velleiæ remedia ne posthumus vel quasi posthumus agnoscendo testamentum rumpat, remedium est quod in testamento ponatur clausula codicillaris per verba futuri temporis, nam clausula sic appositæ operatur, quod in fideicommissum institutio resoluitur, & qui ab intestato succedunt hæreditatem scriptis hæredibus restituere teneantur. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideic. libert. Et remedium hoc colligitur ex dictis per Bar. in l. j. ff. de iur. cod. & in auth. ex causa. C. de liber. præf. & cōf. ccxxv. Lappus. Et Pau de Ca. consi. lvj. Præclarus, & egregius doctor. & cōf. lvj. Incipiendo. part. j. & Alex. consi. cxlij. Circa primam dubitationē. lib. ij. & ibi dicit hanc opinionem cōmunē esse, & quod hæc sit cōmunis opinio testatur etiā Cor. cōf. ccxxv. Antequā aggrediar. col. iij. lib. iij. per verba verò præfentis tēporis cōcepta clausula codicillaris nihil operatur quo ad sustinendū testamentum, ne rumpatur nato posthumo, vt per Bar. in d. l. j. & cōf. ccx. Omne illud. remediū hoc † relatum est à me non vt illud sequar, sed vt ostēdā erroneam opinionem esse eorū qui tenent hoc remedio.

*Cōmunis opinio.*

remedio nō rumpi testamentū natiuitate posthumi, & non esse iūri cōsonam opinionem hæc probatur. Primò quia reuocatur donatio inter viuos natiuitate liberorum. l. si vñquā. C. de reuocandis donationibus, & donatio nititur viribus pacti, quod est minus reuocabile, quā testamentum. l. sicut. C. de act. & oblig. Secundò qui dicit patrem voluisse suæ soboli præferri extraneū hæredem, dicit cōtra æquissimam iuris præsumptionem, quæ est vt. etiam contra expressam vim verborum testamenti semper patens censeatur voluisse sobolem propriam præferri alienæ. l. cū auus. vbi doct. ff. de cond. & demon. l. cū acutifimi. C. de fideicom. Tertiò, quia voluntas testatoris talis fuisse præsumitur qualis de iure debuit. l. Gallus. §. quidam, vbi docto. ff. de liber. & posthu. Barto. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & in l. vt iurifurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. Et de iure hæreditas patris est quasi debita filiis. l. si quis legatum. §. si. ff. ad legem Cor. de fal. cum no. per glo. in l. si quis ad declinandam. C. de Epif. & cle. ri. l. si. C. de codi. Quartò repugnat rationi naturali quod filij excludantur ab hæreditate patris. l. cum ratio. ff. de bon. dam. Quintò contra officium pietatis est per huiusmodi interpretationem filium ab hæreditate patris excludere. l. hoc colore. ff. de inoffi. test. c. si. xvij. q. iij. glo. in d. l. si quis ad declinandam. in ver. simili modo. Sextò qui putat patrem voluisse potius alteri quā filio sua bona relinquere, ponit patrem talem dementem fuisse, quia demens censetur qui alienam sobolem suæ posteritati præfert. l. Titia. ff. de inof.

test. est igitur æquior opinio quòd non obstante clausula codicillari rumpatur testamentum natiuitate posthumi, etiam si futuri temporis verbis concepta fuerit dicta clausula, vt dicit Barb. consil. lx. Illud. col. vij. lib. ij. vbi etiam refert hanc opinionem communiorem esse, & profectò contra opi. repugnat voto & officio paterno. l. scripto. §. si. ff. vnde. lib. c. cum apostolus. de cens. & si viués fuisset interrogatus testator, verisimiliter respondisset filium velle succedere, hoc igitur pro expreso habendum est. gl. in l. tale. §. si. ff. de pact. maxime quia non natus non potuit committere crimen quo bonis paternis carere debeat. l. si quis. §. fin. C. de inof. test. & in hac sententia resideo, & teneo testamentum rumpi natiuitate posthumi, tam quo ad vniuersale fideicommissum, quam etiam quantum ad legata quæ verisimiliter testator non reliquisset si de posthumo cogitasset, arg. d. l. cum auus. secundum Bart. consil. cciiij. Factum est tale, nam non est verisimile testatorem voluisse gravare liberos contra naturalem charitatem. l. Lucius. ff. de hæ. inst. vt per Bald. consil. ccxxxix. Quia vltimus. lib. iij. & consil. ccxxxiiij. quæstionis, & consil. ccccxxiiij. Præsupposito. lib. iij. & consil. clvj. Clausula. lib. ij. & d. auth. ex causa. qua non obstante præteritione conseruantur legata, procedit quando præteritio est scièter facta non aliter, vt ibi per doc. & per Alexand. consil. xlvj. Viso tenore. li. j. & consil. xlvij. Abundè. lib. vij. & fac. dicta per Alex. d. consil. xliij. col. ij. & confirmatur opi. hæc ex dictis per Paul. de Cast. consil. lvij. Clarum est par. j. † Legata tamen pro

Communis opinio.

pro parte filiorum institutorum ad quos codicillus factus est, præstanda sunt. l. is qui. ff. de iur. codi. vt per Bald. consil. lxxvij. Relictum. lib. ij.

## CAVTELA XI.

Quibus consiliis pater vt possit cõtra ingratum filium quem vult facere ex hæredem.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Morum benignitas ad fidem comparandam multum operatur. Amicos magis expedit habere, quam pecuniam augere.*
- 2 *Exheredationis causa non solum testamentis exprimi, sed etiam probari debet, ut sit legitima.*
- 3 *Ingratitudo filiorum probanda est, nec super hoc statuitur uerbis testatoris. Filius conuictus ingratitude non potest impugnare testamentum, nec petere legitimam.*
- 4 *Testes in causa ingratitude examinari possunt uiuente patre ad futuram rei memoriam.*

**E**xheredationes † adiuuanda non sunt, quia filius: quasi debita est patris hæreditas. Est gl. in l. ij. C. de iur. & fac. igno. cum allegatis supra caut. proxima, & ad successionem paternam liberos vocat, ratio naturalis. l. cum ratio. ff. de bon. damna. idèd sit cautus Notarius vt pro viribus absteineat à confectione testamenti in quo pater filium ex hæredem facere velit: ex hoc enim Tabellio bonum nomè seruabit, & fides eius incrementa recipiet, multum enim valet ad fidem benignitas morum. l. scire. §. cum reliquis. ff. de ru. & cur. dat. ab his, nec perdet amicos quos expedit magis habere quam pecuniam augere. Alberi.

- Alberi. in l. Theopompus. ff. de do. præl. & Augustinus noluit dare consilium volenti bonæ filius auferre, & dare ecclesie. c. fin. xvij. q. iij. gl. in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cler. ¶ si tamen pater intolerabili affectus iniuria filium exheredem esse velit, & recurrat ad exheredationis remedium, testamentum eius facile subuertetur: nã oportebit e heredationis causas non solum testamento exprimi, verum etiam esse legitimas, & probari vt valeat testamentum. §. aliud. in auth. vt cum de appel. cog. Sed vt voluntas patris exitum habeat, cõsultius est quod aliis vniuersalibus heredibus institutis filium ingratum in aliqua re instituat. sic enim institutus non potest impugnare testamentum vt inofficiosum, sed tantum petere poterit legitimæ supplementum. l. omnimodo. C. de inoffi. test. §. cæterum. in auth. vt cum de appel. cog. Quod ¶ si tanta sit ingratitude filij vt malè de patre meritis egestate laborare debeat. l. bona fides. ff. de posu. ne ruat testamentum occasione ingritudinis, non probare mortuis fortè testibus tempore mortæ litis inter filium exheredatum & heredem, cum non stetur verbo patris causas ingritudinis in testamento enarrantis, sed eas ab herede probari oportet, vt per Bald. consil. lxxxix. Proponitur. lib. v. & Ias. consil. xxij.
- 4 Testator. lib. j. remedium est, quod ¶ viuens pater curet examinari testes super causis ingritudinis ad futuram rei memoriam filio citato, quod fieri potest per doctri. Bartol. in l. in lege Aquilia. ff. ad leg. Aquil. & in auth. si quis. C. de testib. remedium hoc comprobatur per Alexan. consil. ccij.

Super

Super themate lib. ij. & probata ingratitude filius non poterit testamentum impugnare, nec etiam legitimam petere, vt per Bald. consil. cclij. Filiafamilias. lib. ij.

### CAVTELA XII.

Quo remedio pater vti possit ne prædia per legitimæ detractionem diuidantur.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Legitima debetur filiis in rebus paternæ substantiæ, & heres non potest soluere supplementum legitime in pecunia numerata.
- 2 Legitimæ supplementum dari debet in una, pluriusue rebus iudicis arbitrio.
- 3 Legata seu prelegata dehetur, dummodo legitimam non excedant.  
Prædia ne diuidantur per legitimæ detractionem pater providere potest.
- 4 Filia per statutū exclusæ, & iussa esse dote sua contenta, supplementum legitimæ petere non potest.
- 5 Legitimus non potest plus ex testamento consequi, quàm filius legitimus.
- 6 Legitima debetur legitimatis, sicut legitimis.  
Legitimatio semel facta superuenientibus postea legitimis non reuocatur.

**L**egitimæ ¶ supplementum peti potest in ipsis rebus substantiæ patris, & non potest heres soluere pecuniam filio inuito. l. scimus. §. repletionem. C. de inof. test. & sapius vidi pertinaces filias quibus à parentibus minus legitima relictum fuerat pro legitimæ supplemento velle singula prædia scindere, quod non congruit arbitrio boni viri, ideo heredibus officio iudicis poterit

con

2. consuli, ne singula bona diuidantur. Sed supplementum legitimæ derur in vna pluribus rebus arbitrio iudicis, l. ij. C. quando, & qui. quæ pars de. lib. x. Bar. in l. suus. ff. de her. insti. l. hoc amplius. §. fi. & ibi Doc. ff. de leg. j. & per Alex. in l. in quartam. col. vij. ff. ad le. Fal. Quidam dixerunt legitimæ supplementum assignari debere in re quam elegerit filius qui petit supplementum legitimæ, vt per Ro. consi. cclxxvij. Non est dubitandum, argu. l. creditori. ff. de distr. pig. Sed si testator velit filium masculinum habere aliqua prædia quæ pro supplemento legitimæ filia assignari non possint, remedium est, quod prælegatim præleget, deinde filiū heredem instituat prouidendo, quod ultra res filio prælegatas sint in hæreditate pecunia, vel res aliæ, vnde possit satisfieri pro supplemento legitimæ, & quod hoc remedium tutum sit probatur, quia prælegata debentur dummodo legitimam non excedant. §. quamobrem. in authen. de rest. & ea quæ par. & ex dictis per Bald. in rub. ff. de re. di. col. j. & Alex. in d. l. in quartam col. fi. Alex. & Ias. in l. Marcellus §. res quæ. ff. ad Treb. & Ias. in l. filius fa. §. diui. col. v. ff. de leg. j. & in l. filium. col. vij. C. fam. l. herc. Soc. consil. lxxv. Circa præsentem. col. iij. & Deci. consi. lxxxj. In casu proposito. & filia quæ heredem vniuersalem facere non intendit iure institutionis legitimam relinquat in pecunia numerata, vel aliis bonis: iudex enim sequi debet voluntatem patris, l. nec in ea. ff. de adul. Old. consil. cxij. Quæstio. & arbitrio iudicis legitima assignatur, vt patet ex alleg. per Alexand. consil.

consil. cxvij. Viso titulo. col. iij. lib. vj. vel pater faciat specialiter enuntiari supplemento legitimæ cum iuramento. Nam licet simplex renuntiatio vel consensus non impediatur peti supplementum legitimæ. l. si quando. §. illud. C. de inof. te. cum alleg. per Soci. consi. ccxxx. Viso testamento, tamen pactum factum patri de non petendo legitimæ supplementum iuramento firmatur, vt per Bald. in d. §. illud, per c. quamuis. de pact. lib. vj. & superius dictum est, † Hoc autem remedium 4 necessarium nõ est vbi ex dispositione statuti forma non posset succedere, & deberet stare dote contenta, tunc enim filia non posset petere supplementum legitimæ, secundum cõmunem opi. vt patet ex alleg. per Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. & Ias. in auth. nouissima. C. de inof. test. Soci. consi. cl. Primò igitur radix. Ias. consil. lxxxij. Statuto ciuitatis. lib. ij. Deci. consil. xxvj. Diligenter. & consil. lxxxix. Viso puncto. in fin. & consil. cccij. In casu. Vide tamen Curr. consil. xxxvij. Considerato themate. Calc. consil. xj. Quod enim præsupponatur. col. pen. & fi. † Et similis renuntiatio cum iuramento neces- 7 saria est quando pater veller heredẽ instituere filiū legitimatū, & filia relinquere tantum dotem. Nam si legitimatum instituat, & filia dotem congruã, etiã ascendente ad legitimã, quãuis iure institutionis relinquat, poterit filia semissem hereditatis petere: quia pater nõ potest plus legitimatis, quàm filiis legitimis relinquere. §. & quoniam in auth. qui. mo. nar. effi. sui. Bal. in c. per tuas. de maio & obe. Soc. cõsi. ccxij. Prima. Et est dictum aureum



reum secundum Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. hoc tamē non procederet quando legitimatio fieret citatis filiis legitimis, vt per Soci. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. vij. ff. de lib. & post. & Alex. in l. ex facto. col. iij. ff. de vulg. & pup. † Similis quoque renuntiatio necessaria est si pater legitimæ natos vellet hæredes facere, & legitimo aliquid relinquere minus legitima. constat enim legitimatos in successione à legitime natis non differre. §. reliqui in auth. quib. mo. na. effi. leg. quod procedit etiam si filius legitime- tur, & postea ex legitimo matrimonio nascantur filij; quia legitimatio semel facta superuentu liberorum non reuocatur. arg. l. si tibi. ff. de adop. & l. pluribus. §. & si placeat. ff. de verb. oblig. Rom. confi. cxciij. In proposito. circa fin. & est communis opin. vt patet ex alleg. per Alexand. & Iaf. in d. l. ex facto. ff. de vulg. & pup.

## CAVTELA XIII.

Quo remedio pater possit aliquem ex filiis à litibus, & debitis hereditatis eximere.

## S V M M A R I V M.

- 1 Creditores debent agere contra hæredem.
  - 2 Filius institutus in re certa est loco legatarij.
- Legata continent utilitatem meram: & ideo legatarij non possunt à creditoribus conueniri.

† Si pater filios habeat quorum aliquem, vt puta studentem, ne litis causa à studiis auocetur liberare velit à litibus, quæ contra hæredes per creditores mouendæ sunt. l. hæredem. C. de hæ. acti. remedium est, quod aliis vniuersalibus hæredibus institutis, illi quem velit exemptum esse

ab

ab actionibus contra hæredes competituris singulariter relinquat iure institutionis prædia, & quicquid aliud ad illum peruenire velit hac via sine incommodo litium & oneris, alieni filius ille possidebit relicta sibi bona, quia institutus in re certa est loco legatarij. l. quoties. C. de hæ. inst. vbi Doc. † & legatū meram utilitatem continet, & legatarius non potest ab hæreditariis creditoribus conueniri. l. si hæreditatem. ff. mand. & l. si. C. de hæ. acti. & non manuitur legatum ære alieno si vires hæreditatis sufficiant ad satisfactionem. l. si vniuersa. C. de lega. Ale. in d. l. quoties. & comprobantur prædicta ex not. per Pau. de Castr. & Iaf. in l. filia pater. ff. de leg. j. & per Barb. in c. Rainutius. col. lxij. de testamentis.

## CAVTELA XIII.

Quo remedio auus possit prouidere nepotibus, vt eis salua sint materna ac etiam ipsius testatoris bona.

## S V M M A R I V M.

- 1 Hæredes non possunt venire contra factum defuncti pro qua portione successerint.
- Inuentarium non releuat hæredem reuocare uolentem ea, quæ defunctus alienauerat.
- 2 Nepotes quomodo poterunt habere bona auita, & alienata per patrem siue auita, siue materna, uendicare possint.

Alienari non possunt bona subiecta restitutioni.

† Si auus habeat filium & ex eo nepotes habentes bona materna, & timeat ne filius bona sua prodigalitate dilapidet, & nepotes tristem exitum sentiant. Nam si eorum pater bona materna alie-

H

naret, ipsi postea succedentes alienata reuocare non possent, pro qua portione patri successissent. l. cum à matre. C. de rei vendicati. & si reuocare velint, oportebit eos ab hereditate patris abstinere, nec inuentarium facere prodesset immiscentibus se hereditati paternæ, in quantum ad eos ex hereditate peruenisset. l. fin. §. in computatione. C. de iur. de. Bart. in l. cum vir. ff. de vsuca. & qui à patris hereditate abstinerent bona quæ fuerant aui paterni obtinere non possent, l. qui se patris. C. vnde lib. Sed vt nepotes bona auita habeant, & alienata per patrem siue auita, siue materna, aut alia quælibet vindicare possint, remedium est, quòd filio instituto quandocunque is mortuus fuerit eius liberi substituuntur, & rogetur filius hæres suis filiis totam, & integram hereditatem restituere, & ex fideicommissaria substitutione succedentes nepotes bona à patre alienata vindicabunt sine præscriptionis aut successionis obstaculo. l. j. C. de bon. mater. l. fin. §. sed quia. C. com. de lega. & remedium hoc comprobatur ex his quæ scribit Ias. in d. §. in computatione. & Socin. consil. xxix. Quoniam præsens.

## CAUTE LA XV.

Quo remedio testamentum matris vel aui materni non obstante præteritionis vitio sustineatur.

## S V M M A R I V M.

1 *Filius est à matre instituentus, vel exheredandus, ut uires habeat testamentum.*

2 *Præteritio etiam matris, vel aui materni testamentum uitiat.*

*Præteritionis uitiū tollitur per clausulam codicillarem.*

Filius

Filius à matre, vel à præmorta ab auo materno instituentus est, vel exheredandus, vel prætereundus causa ingratitude adiecta: nam §. mater Insti. de exha. li. hodie correctus est per §. aliud quoque capitulum. in auth. vt cum de appel. cog. vt per Are. in d. §. mater Bal. consil. ij. Verba statuti. in fi. lib. j. & Pau. de Ca. consil. cclxxviii. Dictum testamentum. & Cor. consil. cl. Hac questione. lib. j. & Alex. consil. xlj. Viso tenore. lib. j. & consil. xxvij. Consideratis his, in prin. lib. vij. Sed ne præteritionis occasione destitui contingat testamentum matris, vel aui materni, & ceterorum per lineam maternam ascendentium filij, seu nepotes in re aliqua instituuntur, non tamen poterit mater vel auus maternus legitimam minuere. nam supplementum peti poterit. §. ceterum. in auth. vt cum de appel. cog. vt per Bal. consil. cccxlj. Casus super quo, li. ij. Item potest testator adhibere remedium clausulæ codicillaris, quia sic succedentes ab intestato rogati videbuntur, vt voluntatem ipsius testatoris adimpleant, l. ex testamento. & leam quam. C. de fideicom. Bart. in l. j. q. v. ff. de iure cod. & Alex. in l. j. C. eo. Bar. consil. xlix. Nicolotius decessit, & Corn. melius ad hoc propositum in consil. xxvj. Circa primum. col. ij. & ij. lib. j. & licet gl. in auth. ex causa. C. de lib. præter. contrarium senserit, tamen prædicta opinio communiter approbatur, vt dicit Dec. consil. cccxlj. In casu proposito. col. j. & consil. dclxx. Clarissimè. in fi. & de vi dictæ clausulæ vide etiam per Barba. consil. liij. Illud. col. pen. & fi. lib. ij.

H 2

Communi  
opi.

## CAVTELA XVI.

Quo remedio fratris filius querelā inofficiosi testamenti habeat. Item quo remedio sustineatur testamentum, ne per querelam subuertatur à fratre testamentum fratris.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Fratris filio non competit querela inofficiosi testamenti contra patrum testamentum.*
- 2 *Adoptari potest nepos ex uno filio, ut nepos ex altero filio.*
- 3 *Frater quando possit querelare testamentum fratris.*
- 4 *Clausula codicillaris sustinet testamentum fratris, etiā turpi persona hærede instituta.*

1 **F**ratris † filio non competit querela contra testamentum patrum. l. fratris. C. de inof. test. Sed si pater habeat filium prole carentem, & ex altero filio nepotē si velit ut filius carens prole nepotem instituere teneatur, & ut filio fratris exhæredato detur querela contra testamentum, vel ut præteritus reddat testamentum nullum, remediū est, † quod auus nepotem emancipet, deinde quasi ex illo filio natum eo consentiente adoptet, l. si paterfa. §. qui duos. ff. de adop. Nam talis adoptio faciet ut patruus fratris filium præterire non possit. Cautelam hanc multum not. dicit Bal. in d. §. qui duos. † Fratribus autem germanis competit querela inofficiosi testamenti contra testamentum fratris quando frater hæredem fecisset eum qui etiam leui notetur macula infamiae. l. fratres. C. de inoff. test. Et quia magna pars hominum aliqua sugillatur infamia, iuxta l. j. ff. de his qui not. inf. facile accidit ut eius testamentum subuertatur: qui

qui fratre præterito alium sibi hæredem scripserit. Sed ne præteritione fratris penitus corruat ultima testatoris voluntas remediū est, † quod 4 testator adiiciat testamento clausulam codicillarem, tunc enim frater ab intestato succedens tenebitur restituere hæreditatem hæredi scripto etiam infamia notato. Ang. consil. cxix. Super puncto prædicto. cuius dictum ut elegas, & pulchrum refert, & sequitur Barb. in c. Ratnūtius. fol. 28. col. ij. de testa. vbi tenet prædicta procedere etiam si instituatur hæres vsurarius quispiam vel concubina: & ideo non videtur rectè consuluisse Pau. de Cast. qui contrarium tenuit consil. lix. Ad primum videtur. col. pen. & vlti. j. parte. & Fulg. consil. lxxj. Mulier. col. ij. & iij.

## CAVTELA XVII.

Quo remedio filius ob causam ingratitudinis ab eo commissa exhæredari nō possit, & quomodo sibi cōsulat iuste exhæredatus ne pereat fama.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Filius ingratus exhæredari potest.*
- 2 *Filius pœnitens in uita patris adimit facultatem exhæredandi.*  
*Exhæredandi potestas tollitur per pœnitentiā filij.*  
*Exhæredationis affectus tollitur, si filius reconcilietur patri.*
- 3 *Ingratitudo filij remissa censebitur, si pater recipit eum ad mensam et uictum communem.*
- 4 *Legitimæ præiudicat uenditio omnium honorum à patre facta.*
- 5 *Confessio patris nō nocet filio quantū ad legitimam.*
- 6 *Filius quando possit alienationem patris factam in*

*fraudem legitime reuocare.*

7 *Alienata in fraudem legitime quo remedio reuocetur.*

*Alimenta habent priuilegium tacite hypotheca.*

*Bona sunt tacite obligata pro alimentis.*

*Filiis alimenta sunt à parentibus præstanda.*

8 *Frater diues tenetur alimenta præstare fratri inopi etiam male merito.*

- 1 **S**I filius† graui iniuria patrem affecerit, & ingrati-  
tudinis causam commiserit, qua exhaeres fieri possit. § aliud quoque capitulum. & §. causas. in aut. vt cum de app. cog. nec valeat filius indignationem patris placare, & pater obstinata mente velit filium facere exhaeredé. Si filius velit exhaeredationem effugere, & patris superare duritiam, & ab hæreditate non excludi, remedium est, † quòd uiuo patre pœnitentia emèderetur. Nam si ita fuerit emendatus, exhaeredatio illi non obicit: arg. c. ferrum. l. dist. cum alleg. per Alex. in l. j. col. ix. ff. sol. mar. & Ias. in l. in arenam. col. fi. C. de inof. testa. quod profecto est dictum aureum, & nunquam obliuioni tradèdum, & sequitur Abb. in c. Quintauallis. col. ij. de iureiur. Sed ego in iudicando non facilè sequerer opinionè hanc; quoniam pœnitentia non operatur, nisi quo ad Deū, nec ledit ius alteri quaesitum, vt no glo. in c. gaudemus. de diuor. Secundum remedium est, † quòd filius procuret se recipi ad communem victum, & mensam cum patre. nam ex cohabitatione, & communi victu reconciliatio præsumetur, & cõsequenter ingrati- tudo remissa censèbitur. l. in  
ipius

ipius. C. familiae herciscun. libr. iij. §. si. cum l. sequen. & ibi not. Bart. ff. de adi. leg. Specul. in titu. qui fil. sint legi. §. j. ver. quid si filia peccat in corpus suum. cum ver. seq. cum aliis alleg. per Alexand. consil. clix. Viso testamento. column. fin. lib. vij. Sed possunt parentes contra filios odiosos vii cautela, seu magis fraude, quam docuit † Din. dicens, patrem posse filios etiam priuare legitima dando alicui omnia bona sua titulo venditionis recepto pretio, vel ex alia causa onerosa in alium transferendo, arg. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inof. testam. sequitur Soc. consil. xcij. Circa primum. col. ix. ver. præterea. Et quia doctrina per Di. tradita improba est, & ea vtens perniciosè peccaret, vt dicit Bart. in l. hæreditarium. ff. de bon. autho. iudi. pos. Antidotum dandum est contra malitiam per Din. inuentam. Cùm igitur pater vsus fuerit contra filium cautela prædicta, remedium est pro filio, quòd proposita inofficiosa donationis querela reuocet alienationem quatenus bona non sint iusto pretio vendita, vel causa ob quam sunt in alium translata non mereatur quantum est in æstimatione bonorum alienatorum. Id enim quod precium receptum, vel merita excedit videtur donatum & ideo reuocabile est, per l. j. C. de inof. don. secundum Bar. in l. non vique adeo. ff. si à par. quis sue. man. & Bald. in l. si. C. de reuo. don. Barb. in cap. Rainutius. col. xlix. cum sequen. de testam. Ideo si res alienata valerent centum quinquaginta, & vendita essent centum, reuocatio fieret in quinquaginta, & hoc omnes

tenent, vt dicit Alexander consil. lv. Considera-  
 5 tis.col.j libro primo. T Item reuocabilis est alie-  
 natio vsque ad integram legitimam quando de so-  
 lutione precij,vel causa ob quam bona sunt data  
 non constaret aliter,quam per confessionem pa-  
 tris.argumento legis si fortè. ff. de castrensi pecu-  
 lio.& l. qui testamentum cum glossa, ff. de proba-  
 tionibus not. per glossam & doctores in l. si do-  
 natione. C. de colla. l. j. §. si autem. ff. si quid in  
 fraudem patronorum. Spec. tit. de confes. §. nunc  
 videndum. ver. sed nunquid patris confessio. Bar.  
 in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de legatis  
 tertio. Alexander consil. xlv. Habita. in fin. lib. j. &  
 d. consil. lv. col. j. & ij. & consil. lvij. Visa. & breui.  
 lib. v. cum alleg. per Ias. in l. si arrogator. col. ij. ff.  
 de adoptionibus. quòd si alienatio facta sit rece-  
 6 pro iusto pretio, vel ex alia causa impleta, idque  
 legitime comprobetur, remedium est,† quòd fi-  
 lius agat Salustiana, vel Fautiana actione ad reuo-  
 candum, quicquid alienatum est in fraudem le-  
 gitimæ, l. si. ff. si quid in fraudem patronorum. li-  
 cet loquatur in filio adoptiuo extenditur ad filiū  
 legitimum, & naturalem secundum Bartol. in d.  
 l. non vsque adeò. Hoc tamen remedium dubium  
 est, nam opinio Bartoli à multis impugnatur, &  
 est veritas ita in ambiguo, vt res indigeat decisio-  
 ne principis, vt patet ex relatis per Barb. in d. c.  
 Rainutius. col. xlix. cū seq. vbi etiā reprobatur opi-  
 nionē eorū, qui putauerunt de iure canonico indi-  
 stinctè filiū posse alienata reuocare vsq; ad legiti-  
 mam, per tex. in d. c. Rainutius. Nec pro legitima  
 datur hypothecaria, vt per Alex. in l. in quartam.  
 col. vl.

col. vl. ff. ad legem Fal. & per Dec. consil. ccxxv. In  
 casu. Vltimum remedium est.† qd filius cōtra pos-  
sessores bonorum agat, dicens ea sibi obligata esse  
pro alimentis, nam parentes liberis alimenta  
præstare tenentur. l. si quis à liberis ff. de lib. agno.  
& pro alimētis bona sunt tacitè obligata, & onus  
alimentorum sequitur quemlibet possessorem, l.  
ij. & ibi Bart. ff. de ali. leg. Comprobatur reme-  
dium hoc ex dictis per Lud. Ro. consil. cccxxxij.  
In casu propositi. & per Feli. in c. ad audientiam  
ij. de rescrip. & Caccial. in tracta. de pensio. q. ix.  
 Et hoc remedio consequetur filius cibum, po-  
 rum, vestimētum, habitationem, lectum, & si qua  
 alia sunt, sine quibus homo non viuit. l. legatis.  
 cum ibi no. per Bart. ff. de alimen. leg. Nouissimè  
 notandum est,† quòd licet legitime exheredatus  
 non possit euertere testamentum. §. exheredatos,  
 in auth. de hære. & Fal. tamen ne fame pereat si  
 frater eius sit heres institutus remedium habet,  
 quòd alimenta à fratre, vt fratre, non vt hærede,  
 & sibi pro alimentis prædita assignari petat, &  
 obtinebit. nam frater locuples ex sua persona te-  
 netur fratrem inopem alere, licet is male meritus  
 fuerit de patre. l. cum in plures. §. cum tutor. & l.  
 tutor secundum dignitatem. §. fin. ff. de admi. tu.  
 Bar. in l. si quis à liberis §. vtrum. ff. de legi. agna.  
 & in casu exheredati ita cōsultuit Bald. consil. ciiij.  
 Præmissis lib. v.

## CAVTELA XVIII.

Quo remedio successuri ab intestato excludan-  
 tur à legitimitate cum clausula sine præiudicio  
 venientium ab intestato.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legitimus sine præiudicio uentium ab intestato, non excludit legitimos à successione ab intestato.
- 2 Legitimus filius quomodo possit præferri succedentibus ab intestato.  
Principis uerba ita sunt interpretanda: ut eius beneficium non sit inutile.
- 3 Legitimitas superueniens non reddit testamentum ualidum.
- 4 Cautela diligenter seruanda sunt.

**F**ilius ꝑ à principe legitimus sine præiudicio uentium ab intestato excluditur à legitimis hæredibus, & ei in successione tam agnati, quam cognati præferuntur, ista enim uerba declarant mentem principis; qui suo rescripto nulli præiudicium uult inferri. l. ij. §. merito. & §. si quis à principe. ff. ne quis in loco pub. c. ex tuarum. de authen. & usu pal. ut per Petr. de Ancha. consil. cxlij. Ex tenore priuilegij. Et quamuis idem consil. clij. Pro fratribus. opinetur dictam clausulam nõ operari, quòd successuri ab intestato præferantur legitimo, sed solum faciat, ut legitimo non succedente non lædatur causa legitimorum hæredum, & ipsi possint succedere. Bal. quoque, & Ang. variè interpretati fuerunt dictam clausulam, uerior tamen, & communis opinio est, quòd vis prædictæ clausulæ sit, quòd legitimi hæredes & uenientes ab intestato legitimo præferantur in successione ab intestato delata. ut pater ex relatis per Nico!. de Vbal. in tract. de suc. ab intest. parte j. circa fi. ver. quid autem importet illa

Communis opinio.

illa uerba. & per Deci. consil. dcx. Viso themate. Sed ut filius ita legitimus præferatur his, qui ab intestato successuri sunt, remedium est, ꝑ quòd pater faciat testamentum, & legitimatum hæredem instituat, nam filius legitimus cum dicta clausula potest ex testamento succedere, secundum communem opinio. ut pater ex relatis per Ale. consil. lj. Viso themate. lib. ij. Et per Cur. consil. lxxiiij. Super memorata. & per Dec. cõs. cccxxxviii. In casu proposito. nec uerba illa sine præiudicio uentium ab intestato ita interpretanda sunt, ut beneficium principis sit inutile, & legitimitas, siue dispensatio reddatur inanis, l. j. ff. ad municip. c. si Papa. de priuileg. libr. vj. Quare non poterunt uenientes ab intestato, quibus non est ius quæsitum, neque habent spem probabilem ex causa de præterito in bonis uiuentis dicere, quòd testamentum in ipsorum præiudicium fieri non potuit, nitentes dictæ clausulæ, ut per Soc. consil. ccxij. Prima consultatione. col. ij. ver. sexto. hoc idè consuluit. & clarius per Ale. cõs. clxxxvij. Videretur prima consideratione. col. ij. & iij. libr. v. uirtus enim dictæ clausulæ est reseruare aliis ius quæsitum, vel ex causa de præterito querendum, non autem ius ex noua, & futura causa obuenturum, ut per Alex. ibi, nisi uerba aliud manifestè significet, prout declarat Cor. consil. iij. Ponderatis. l. j. faciunt dicta per Barb. cõs. xlj. & quidem uiso puncto. col. vij. ver. ex his sequitur. lib. j. Et notandum est: ꝑ quòd si pater filium spurium hæredem instituisset, & post factum testamentum illum legitimari fecisset, nihilominus institutio filij

Communis opinio.

3

filij erit nulla, quia legitimatio superueniens, non reddit validam institutionem eius, cum quo non erat testamenti factio. Requiritur enim, quod heres sit habilis, & capax etiam tempore quo fit testamentum, l. si alienum, §. in extraneis. ff. de here. insti. & ita tenet Paul. de Castr. consil. ccxxvij. Viso testamento. Quare sit cautus pater instituens heredem filium nondum legitimatum ut eum instituat heredem in tempus cum capere poterit, l. in tempus. ff. de her. insti. ut dictum est supra de his qui non hab. fact. testa. caut. xiiij. Spurij. Et cautè suppleat ea omnia quæ per nos ibi dicta sunt: nihil enim ex his quæ ad cautelam pertinent omittendum est, c. quantò. lxiiij. dist. & laudandus est qui ratione prouidet ne inutile actum faciat, c. illa. xj. q. iij. Et nemo sanus viam eligit, qua sua iudicia impugnentur. l. iij. ff. de mili. testa.

## De heredibus instituendis.

## TITVLVS IIII.

Quo remedio relicta in testamento quod careat institutione hæredis valeant.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Institutio hæredis est caput totius testamenti. Testamentum, neque legata valent sine hæredis institutione. Hæredis institutio est necessaria, ut relicta in testamento valeant.*
- 2 *Clausula codicillaris, & clausula omni meliori modo faciunt valere relicta in testamento, in quo sit nullus hæres institutus.*

Testa



Estamentum eius inualidum est, qui nullo hærede instituto sua bona legando distribuit. l. proximè. ff. de his quæ in testa. dele. quod sæpius factum vidi, & ob id quandoque legata solui. Sint igitur cauti qui testamenta dictant, vel scribunt, ut aliquis hæres semper instituatur, quia hæredis institutio caput est totius testamenti, & sine hæredis institutione nihil in testamento scriptum valet. §. ante hæredis. insti. de leg. nec conseruantur legata hoc casu, per auth. ex causa. C. de lib. prete. gl. & doct. in l. j. in fin. ff. de vulg. & pu. Sed ut defectu institutionis omiffæ relicta inualida non reddantur, remedium est, † quòd in testamento adiiciatur clausula codicillaris, & clausula omni meliori modo, &c. l. fi. C. de cod. l. ex ea. cum ibi not. ff. de testamen. Bar. in l. j. ff. de iure codicil. Corne. consil. clxj. Licet. libr. j. & consil. lxij. Aliàs consului. col. ij. & iij. alleg. per eum lib. ij. & per Soc. consil. lxxxiiij. Visa asserta. in fin. & per Deci. consil. ccxliij. In casu. & consil. cccclxix. Iuridicas. & vide quæ diximus de virtute clausulæ omni meliori modo. &c. supra de lib. instit. caut. j. ver. secundum remedium est. & supra de testa. ord. caute. iij.

## CAVTELA II.

Quo remedio sustineatur dispositio facta in testamento per eum, qui balbutiens loquebatur in extremis vitæ.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Hæres licet nominari debet à testatore, tamen si nominetur ab interrogante valet institutio.*

2 No

- 2 **Notarius caueat hæredem scribere nutu testatoris qui debet clarè respondere.**  
*Testamentum non fit nuda uoluntate, sed uerbis testatoris.*  
*Notarius caueat scribere testamentum illius, qui balbutiendo loquitur.*
- 3 **Notarius debet scribere testamentum in conspectu testatoris infirmitate grauati, non autem seorsum ab eo.**
- 4 **Fideicommissa etiam nutu relinqui possunt.**

1 **S**I testator interrogatus, an velit Lucium hæredem facere, respondeat sic. Et Lucius per notarium scribatur hæres, ualebit testamentum si testator articulatè loqui poterat, & constabat de intentione testatoris, quòd uolebat ita facere. gl. in l. iubemus. C. de testa. ubi doct. Bald. consil. cxx. Super primo. lib. iij. & Pau. de Castr. consil. ccclxij. Viso puncto. per l. Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. iij. & est communis opi. ut patet ex dictis, & alleg. per Alexand. consil. xij. Viso instrumento. lib. j. & per Ias. consil. cxxiiij. Factum sic se habet. in fin. j. par. † Caueat tamen notarius ne scribat hæredem ad nutum capitis testatoris, sed faciat testatorem ita clarè respondere, quòd exauditur à testibus. quia testamentum non fit nuda uoluntate, sed uerbis. gloss. in l. in fraudem. §. j. ff. de mil. testa. Caueat etiam notarius ne scribat testamentum illius, qui balbutiendo loquitur, nam si hoc probaretur rueret testamentum, ut per Bald. in l. quidam. ff. de condit. instit. & Ias. in l. quoniam. C. de testa. † Caueat etiam notarius ne seor-

*Cōmuni opin.*

seorsum, sed in conspectu testatoris scribat testamentum. aliter enim non ualere testamentum si testator tunc fuisset infirmitate valdè grauatus, ut per Ias. in d. l. iubemus. col. fin. & per Soci. consil. xx. in facto. & consil. xxviiij. Vitis. col. si. lib. iij. de quo etiam per Calc. consil. xcij. Viso puncto. Sed ne per ea quæ diximus uoluntas testatoris uiribus careat, remedium est, quòd similiter, ut proxime dictum est, inseratur testamento clausula codicillaris, nam per eam uoluntas testatoris in fideicommissum conuertitur. l. quærebatur. ff. de mili. testa. & fideicommissa etiam nutu relinqui possunt. l. nutu. & ibi Bar. ff. de leg. iij. cum alleg. per Alex. in d. l. iubemus.

#### CAPTELA III.

Quo remedio uocati per nomen collectiuum in uiriles partes succedant.

#### S Y M M A R I V M.

- 1 **Fratres plures hæredes instituti sine partium adiectione per nomen collectiuum quando succedant pro uirili & quando in stirpes. & nu. seq.**
- 2 **Hæredes plures simpliciter instituti quando uiriles partes habeant.**
- 3 **Successio fratris & filiorum alterius fratris secundum iuris ordinem est in stirpes.**  
*Testatoris uoluntas debet esse cōformis ordini iuris.*
- 4 **Nepotes hæredes instituti simpliciter aut per nomen collectiuum quādo uiriliter intelligātur instituti.**  
*Collectiuum nomen simpliciter prolatum distribuit in partes uiriles.*

1 **S**I plures sine adiectione partium hæredes instituantur pro uirilibus portionibus hæredes erunt



erunt. l. quoties. §. hæredes. ff. de hered. insti. ideo si fratrem, & fratris filios nominatim propriis nominibus testator instituat quilibet ex filiis fratris æqualem portionem cum patruo habiturus est. Sed ut fratris filij cum patruo, vel filij ex diuersis fratribus instituti succedant, non in capita, sed in stirpes, remediū est, quod testator hoc expressè declarat, secundum glos. in l. legata inutiliter. §. si. ff. de leg. j. Idem quoque operatur institutio facta per nomina collectiua. Nam si testator hæredes scribat A. fratrem ipsius testatoris, & filius B. alterius fratris præmortui, A. semissem hæreditatis, & filiis fratris alterum semissem habebunt, l. interdum ff. de here. insti. Fulgo. consi. xxxj. Ex facto proponitur. Bald. consil. ccxlij. Gregorius lib. ij. & consil. cccxl. Si pater. lib. v. Circa hoc tamen † est diligenter animaduertendum: Nam si nomina propria præmitterentur non obstante vir tute nominis collectiui, viriles partes haberent fratris filij. arg. l. si communis seruus. ff. de stipu. seruo. ita decidit Cor. consil. lxxij. Videtur lib. ij. Erit quoque remedium quod testator filios fratris vnà cum patruo hæredes scribat, & dicat eos secundum iuris ordinem velle succedere, † Ordo nanque iuris est, ut fratris filij vnà cum patruo succedentes admittantur non in capita, sed in stirpes. §. reliquum. & §. illud. in auth. de hæred. ab intest. & iuris ordine testatoris voluntatem conformem esse, ratio expostulat, ut per Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. remedia hæc comprobantur ex scriptis per Lud. Rom. consil. xcix. Viso propositæ. & per Alex. consil. lv. Perspectis

etis his. col. j. ij. & iij. lib. iij. Et notandum est, † quod si testator ex altero præmortuorum filiorum habeat nepotem vnum, & ex altero habeat quinq. nepotes, & instituat hæredes suos nepotes per nomina propria, vel etiam per nomen appellatiuum, ut si dicat instituo hæredes meos nepotes, singuli ex ea institutione habebunt viriles partes. l. turpia. §. si. ff. de lega. j. l. cum pater. §. hæreditatem, & l. vnum ex familia. §. rogo. ff. de lega. ij. quod succedent in capita, licet ab intestato successuri essent in stirpes. §. cum filius, insti. de hære. quæ ab intest. fac. not. per Bal. in l. cum ita. §. in fideicommissio. ff. de leg. ij. Sed si testator velit nepotes succedere in stirpes. remedium est, quod id expressè disponat. nam cum in verbis non erit ambiguitas, seruabitur voluntas testatoris, ut patet ex dictis per Deci. consil. ccccxi. Viso elegati.

## CAVTELA IIII.

Quo remedio vtendum sit ne testator videatur minuere legatum vsusfructus per institutionem hæredis pleno iure.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Vsusfructus uxoris relicte vsufructuarie omnium bonorum minuetur per institutionem hæredis universalis instituti pleno iure, limita. in nu. 2.*  
*Verbum pleno iure continet etiam commodum fructuum.*
- 2 *Verbum alius, alia, aliud, sua natura refertur ad ea quæ non sunt expressa.*  
*Malitiis hominum non est indulgendum.*  
*Cautelas honestas & non dolos decet sequi.*

**S**I testator ꝑ suorum bonorum vsufructuariam vxorem faciat, deinde ita heredes instituat, suos autem heredes vniuersales in omnibus suis bonis fecit, & esse voluit pleno iure A. & B. ex eiusmodi verbis relictus vxori vsufructus minuetur, quia per verbum hoc pleno iure, videtur testator instituisse heredem, etiam quantum ad vsufructum. l. fœminæ. §. illud. C. de secun. nup. & l. si. §. similique modo. C. de bon. quæ libe. l. Iulianus. ff. de rei vendi. & in vsufructu heredes cū vxore concurrent. l. si alij. ff. de vsu. leg. & medietatem fructuum habebit hæres. l. liber homo. §. Titius. ff. de hære. insti. ita decidit Alex. consil. lvi. Prælectis. ver. vnde cum in testamento lib. iij. fac. not. per Soci. cōf. liij. In præfenti. col. vij. ver. quinto. & Bal. consil. xix. Circa dubitationem. lib. ij. Vt autem mens testatoris non offendatur, & vxor integrum habeat vsufructum, remedium est, ꝑ quod institutio sic formetur: in omnibus autem aliis suis bonis suos heredes fecit A. & B. tunc etiam si scriptum esset pleno iure legatum vsufructus integrum manebit, quia verbū aliud, alia, aliud, sua natura refertur ad ea, quæ non sunt expressa. c. sedes de refecti. l. si fugitiui. cum glo. C. de ser. fug. Corn. cons. ccciiij. Circa hanc. col. vj. ver. nec obstat. li. j. fac. not. per Soci. cōf. clxxxvij. Vifa bulla. col. iij. ver. j. & Ferra. caut. xxxij. vbi dolum circa hoc fieri docet quem tu vita, honestas enim cautelas, & non dolos sequi decet, cum non sit hominum malitiis indulgendum. l. in fundo. ff. de rei vendi. & institutio hoc modo facta, nihilominus est vniuersalis, & ita hæres scriptus habebit

bebit totam hæreditatem l. j. §. si ex fundo. ff. de hære. insti. & l. si quis ita heres instituatur. eo. tit. vt per Fulg. consil. c. Quidam A. Item ne per institutionem hæredis pleno iure factam minuatur legatum vsufructus, remedium est, quod institutioni addantur verba hæc saluis, & reseruatis legatis prædictis, vt per Corn. cons. cccv. In hac consultatione, lib. j.

## CAVTELA V.

Quo consilio vti debeat testator, qui ad tempus heredem facere intendit.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Hæres ex tempore institui nõ potest, & uitio testatoris sublato manet institutio.*  
*Hæres semel factus nunquam desinit hæres esse, etiam aliqua hominis dispositione.*
- 2 *Hæreditas aut legatum alicui relictum ut transmittatur ad alium post hæredis aut legatarij mortem, rogari debet per fideicommissum.*
- 3 *Legatum & non hæreditas ad diem dari potest, ita ut post diem ipso iure redeat ad hæredes.*  
*Fideicommissum conditionale non transmittitur ad hæredes.*  
*Hæres, & non legatarius grauatus lucrabitur quartam in restitutione.*
- 4 *Hæres institutus in vita tantum an dicatur fideicommissarius.*
- 5 *Hæres grauatus à testatore ut intra certum tempus non adeat hæreditatem utrum impediatur adire.*  
*Hæres pendente conditione sub qua institutus est, bona hæreditaria administrare non potest contra testatoris prohibitionem.*

1 **S**I vxor † in certa portione hæres sit scripta  
 quando vixerit, vitio temporis sublato, hæres  
 erit, perinde, ac si tempus non esset adiectum, l. hæ-  
 reditas. ff. de hæc. insti. nec potest fieri hominis  
 dispositione, vt qui semel fuit hæres, quandoque  
 desinat hæres esse, l. ei qui soluendo. ff. de hæredi.  
 insti. Doct. in l. in substitutione. ff. de vul. & pup.  
 & ideo portio vxori semel quesita ad eius hære-  
 des pertinebit. Sed vt quod est relictum vxori ea  
 mortua ad cohæredes scriptos, vel ad eorum li-  
 beros reuertatur remedium est, quod per fideicō-  
 missum rogetur vxor restituere cohæredibus, &  
 eorum liberis portionem suam quandocunque  
 decesserit, vt per Alex. con. cxj. Viso themate. lib.  
 ij. & cōf. xlv. Viso themate. lib. iij. Secundum re-  
 2 medium est, † quod vxor non scribatur hæres, sed  
 ei fundus, vel portio hereditatis legetur dum vi-  
 xerit, quia legatum ad diem dari potest, ita vt post  
 diē ipso iure redeat ad hæredes, l. fi. vbi Doct. C. de  
 lega. Et norandum est, quod cautius est ita relin-  
 quere quādiu vixerit, quā simpliciter relinque-  
 re, & rogare vxorem, quod post mortem restituat  
 hæredi scripto, quia si præmoriatur hæres, legatū  
 penes vxoris hæredem reuocabiliter permanebit,  
 quoniam fideicōmissum conditionale non trans-  
 mittitur ad hæredes, l. in causâ. §. Pomponius. ff.  
 de mino. & secundum remedium magis vtile est  
 hæredi. Nam primo, & non secundo remedio  
 adhibito vxoris hæres Trebellianicam retinebit,  
 quia dispositio tunc resoluitur in fideicommissum,  
 secundum communem opi. vt per Soc. con-  
 sil. xiiij. Sequendo ordinē col. 4. lib. j. Legatarius  
 autem

autem quartam ex Senatusconsulto Trebelliano  
 retinere non potest, etiam si hereditatis portio le-  
 gata sit, tex. est no. in l. mulier. §. fi. ff. ad Treb. Et  
 norandum est, † quod si testator aliquem hære-  
 dem scripserit quando vixerit, non simpliciter,  
 sed cum adiectione dictionis taxatiuæ intelli-  
 gitur hæres rogatus per fideicommissum restituere  
 hereditatem his, qui ab intestato successuri fuis-  
 sent testatori, vt per Pau. de Cast. consil. cc. Super  
 hoc puncto. arg. l. Titia cum testamento. §. fi. ff. de  
 leg. ij. & l. fi. C. de lega. Expedi igitur, quod i ver-  
 4 ba ita cōcipiantur, Fecit hæredem Fuluiam in vi-  
 ta tantum, melius tamen est, quod fideicommissum  
 expresse iniungatur cum offerre restituendi  
 tam substituto, quā eius hæredi, per ea, quæ  
 scribit Alex. in d. l. fi. C. de lega. Et si testator † ve-  
 5 lit hæredem scriptum ante certum diem non pos-  
 se hereditatem adire, volens antea forte aliquid  
 per hæredem scriptum impleri, non valeat dispo-  
 sitio, qua hæres ex tempore scribitur. Nam hæres  
 scriptus vitio temporis sublato illico erit hæres, d.  
 l. hereditas. Sed remedium est, quod non scriba-  
 tur hæres ex die, sed suspendatur administratio  
 bonorum hereditariorum, donec hæres impleat  
 voluntatem defuncti pœna adiecta, l. j. C. de his  
 quæ pœ. no. secundum Pet. de Anchara. cons. xlvj.  
 Pro clariori. vel instituatur hæres, sub conditio-  
 ne si intra certum tempus factum fuerit, quod  
 testator iubet. Sed an tunc possit ante impletam  
 conditionem scriptus hæres administrare bono.  
 possess. agnita, vide per Doct. in l. si quis institua-  
 tur. ff. de hære. insti.

## CAVTELA VI.

Quo remedio inteiligatur facta vocatio ordine successio.

## S V M M A R I V M.

- 1 Pater & eius filij simul hæredes instituti, simul & non successiue dicuntur instituti.  
Ordo successiois ab intestato quando inspiciatur in successione ex testamento.
- 2 Alternatiua posita inter personas facit seruari ordinem successiois ab intestato.
- 3 Hæredem quis uiuus habere non potest.
- 4 Frater & eius liberi hæredes instituti quando intellicantur ordine successio.

Verbum liberorum, est collectiuum.

Institutio facta de filio & nepotibus quantum ad nepotes habet uim substitutionis uulgaris tantum.

**I** Siquis instituat fratrem, & fratris filios, pater & filij ad hæreditatem simul vocantur, hoc efficit coniunctiue orationis natura, l. si mulier. ff. de usufru. accref. solus nanque charitatis ordo nõ facit, ut inuitati uideatur ordine successio si eos omnes instituendi aliqua necessitas non concurrat, c. Rainutius. & c. Rainaldus. de testa l. si. C. de imp. & alijs substit. & quamuis Bar. in l. Gallus. §. quidam. ff. de libe. & posthu. & Soci. consil. cxiiij. col. antepe. ver. v. & alij quidam sequentes Bart. contrarium teneant, tamen contra Bar. est communis opi. secundum Alex. consil. xxij. Visis. col. iij. ver. & quamuis. lib. iij. & consil. xliij. Ex narratis. in fi. & consil. cxxix. Perspectis. ver. non obstat. lib. v. & Cor. consil. xlvij. In presenti. ver. & quoniam. lib. ij. Deci. consil. cclij. Proponitur. col. ij. ver.

Comunis  
opin.

ver. remanet. consil. ccxlvij. Visa petitione. col. j. & cõf. ccxxxvj. Non paruo. & cõf. cexcej. Visis. & cõf. ccclxxxiiij. In casu. & consil. xcv. Diligenter. & per Barb. cõf. lxj. Testamentu. col. ij. li. j. Quod si testator uelit fratris filios non cū patre, sed ordine successio admitti, remedium est, quod hoc expresse declararet dicendo uelle eos succedere ordine successio, quia non recedimus à uoluntate uerbis perspicuis declarata, l. non aliter. ff. de leg. iij. Alex. in d. §. quidam. Secundum remedium est, ¶ q̄ alternatiue pater & filij uocentur, quia alternatiua posita inter personas, quas charitas, & affectionis ordo distinguit operatur, ut uideantur uocata ordine successio, l. cū pater, §. pe. ff. de leg. ij. l. hæredes. §. si. ff. ad Treb. Tertius modus est, ¶ quod pater, & filij uocentur, cū adiectione nominis huius hæredes, ueluti si ita dicatur, B. fratrem & eius filios, & hæredes. ut tenet Curt. consil. lxxij. Super memorata. col. iij. quia hæredẽ uiuus habere nõ potest, l. j. ff. de here. uel acti. uedi. & cõfirmatur hoc ex dictis, & alleg. per Soci. consil. xij. Preterens consultatio. col. iij. libr. iij. Quartum remedium est, ¶ quod testator instituat fratrem & eius liberos, sic enim intelligentur instituti ordine successio, quia nomen liberorum est nomen collectiuum continens tam filios, quam nepotes, l. liberorum. ff. de uer. sign. Bar. in l. si cognatis, co. vlt. ff. de reb. dub. cum alleg. per Alex. in consil. xxvj. Videtur. col. iij. libr. iij. & per Doc. in d. §. quidam. & Bal. cõf. ccccxcij. Non est dubium. lib. ij. Nam sicut inter ipsos liberos seruandus est ordo successio, sic etiam inter liberos, & patrem idem ordo

feruabitur, vt æqualis sit determinatio, arg. l. iam hoc iure. ff. de vulga, & pup. vt patet ex relatis per Decium conf. cclxviij. Visa petitione. vbi etiã declarat liberos intelligi vocatos, ex vulgari substitutione tantum, etiam si testamento adiecta esset clausula codicillaris, & not. per Bart. in d. s. quidam. Quare si testator velit vocare liberos etiam ex fideicommissio post mortem patris, oportet quod libero patri substituat per compendiosam substitutionem dicendo, & quodocunque frater meus decefferit, eidem eius libero substituo, per tradita per Doct. in l. centurio. ff. de vulga, & pupil. & in l. precibus. C. de impub. & aliis substit. & per Dec. consi. cclxxxvij. In ciuitate.

De substitutionibus. Tit. v.

CAVTELA I.

Quo remedio substitutus preferatur heredibus instituti, & tollatur transmissio iuris deliberandi.

S V M M A R I V M.

- 1 Ius deliberandi transmittitur ad hæredes.  
Verba, si hæres non erit, quomodo interpretentur.
- 2 Dicitio ipsemet, quam uim habeat in adenda hereditate.

Transmissio hereditatis non fit contra uoluntatem testatoris.

**H**æres institutus, etiã dato substituto vulgariter hodie ius deliberandi ad hæredes transmittit, si decefferit hereditate non adita, sciens ad se delatam hereditatem esse. l. cum antiquioribus. C. de iure deli. nec vulgaris substitutionis natura repugnare uidetur, illa namque verba si hæres non erit, interpretationem talem

talem recipiunt, uidelicet, si ipse hæres non erit, vel alium hæredem mutata conditione non fecerit, l. si paterfamilias. ff. de hæ. instit. l. cum proponas. C. eo. tit. & ita tenet Bar. in l. j. ff. de vul. & pup. & opi. hanc communiter approbati testatur ibi Soci. interpretando §. cum autem. C. de cadu. tol. vt debeat distingui, & restringi per d. l. cum antiquioribus. licet dubitatione non careat ista opi. vt patet ex recitatis per Barb. in c. Rainutius. fol. 27. de testam. & per Doct. in dicta l. j. ff. de vulga, & pupilla. Sed si testator substitutum præferri velit hæredibus instituti, remediũ est, quod adiiciat uerbum ipsemet, dicendo, si ipsemet hæres non erit, per d. c. cum proponas. facit l. j. §. ne autem. C. de cadu. tollend. & c. fin. ver. à se. cum ibi not. per Doc. de fo. compet. lib. vj. Secundum remedium est, quod testator expressè disponat substitutũ præferri hæredibus instituti, quia non fit transmissio contra uoluntatem testatoris. l. j. C. de his qui ante aper. tab. & testatoris uoluntati repugnandum non est, l. quidam. C. de necess. fer. hæ. inst. faciunt ad hæc no. per Soci. in d. l. j. col. xij. cum seq. ff. de vulga, & pupil.

Communis opin.

CAVTELA II.

Quo remedio per uulgarem substitutionem non tollatur potentia suitatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Hæres suis iure suitatis transmittit hereditatem ad quoscunque.  
Ius suitatis tollitur per dationem uulgaris substituti.

2 *Substitutio fideicommissaria facit cessare beneficium abstinendi quod habent filij.*

1 **S**VUS† hæres hereditatem ad quoscunque transmittit, quamuis antequam se immisceat moriatur, l. apud hostes. C. de leg. hæ. l. si fratris, C. de iure deli. & ibi per Doc. hoc autem beneficium transmissiois, & sinitas tollitur per dationem vulgaris substituti, l. si filius hæres. vbi per Doc. ff. de lib. & posth. & per Paul. de Cast. consil. cccl. Postquam iste tutor. Sed ne vis sinitatis euanescat per vulgarem substitutionem, remedium est, quod adiciatur testamento clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, quia 2 † beneficium sui hæredis, vt abstinere valeat ab hereditate paterna cessat, vbi filio per fideicommissum aliquis substituitur, l. ita tamen. §. si pater. ff. ad Treb. Bal. in l. non iustam. C. eo. ti. dicit hoc perpetuo menti tenendum, & sequitur Cor. consil. xxxv. In casu isto, colum. iij. lib. ij. & Soci. consil. xx. Visis actis. col. vij. Alexan. tamen in l. reculare. §. Titius. per illum tex. ff. ad Treb. dicit verior opinionem esse, quod substituto detur electio ex qua velit substitutione succedere. Tutius igitur remedium est, quod testator disponat vim, & potentiam sinitatis saluam manere, secundum Bald. in c. Cumana. de elec. & Ias. in d. l. si filius hæres. in fin. totum enim facit voluntas testatoris, l. ex facto. ij. ff. de hæ. insti.

### CAVTELA III.

Quo remedio instituto, vel substituto non ad eunte relicta in testamento vires habeant.

Sum

### S V M M A R I V M.

- 1 *Institutio quando dicatur pro non scripta uel caduca.*  
*Substitutio fideicommissaria quando euanescat.*
- 2 *Substitutus vulgaris quando potest hereditatem adire.*  
*Testamentum potest incipere habere vires à substitutione vulgari.*  
*Legata resurgunt per aditionem substituti.*
- 3 *Clausula codicillaris confirmat legata etiam si nec substitutus uel institutus adeat hereditatem.*

**I**NSTITUTIO † vel est pro non scripta, vt si hæres 1 non sit in rerum natura cum scribitur testamentum, vel est in causa caduci, vt si testatore adhuc viuo scriptus hæres moriatur, vel conditio deficiat, vel est caducum testamentum, vt si hereditas ab hærede viuo post mortem testatoris quauis ex causa non adeatur. l. j. §. & cum triplici. cum seq. C. de cad. tol. l. si nemo. ff. de testat. l. eam quã, C. de fideicom. & substitutio quoque fideicommissaria euanescit hereditate non adita, nec enim obliqua substitutio conuertitur in directam. l. ille. §. si de testamento. cum ibi not. per doct. ff. ad Treb. Sed ne voluntas testatoris ita pereat, remedium ab antiquis proditum est, † quod fiat vulgaris substitutio. nã substituto vulgari dato si hæres institutus nõ adierit, nõ erit irritum testamentum: sed ad substitutum hereditas defer 2 tur, & per aditionem substituti omnia relicta vires habebunt. l. j. §. j. C. de cad. toll. Nã potest testamentum incipere à substitutione vulgari. l. iij. §. fin. ff. de libe.

libe. & posthu. l. si pater filium. vbi Alex. & Iaf. ff. de vulg. & pu. Secundum remedium est, † quòd testamento, vt fieri solet inferatur clausula codicillaris: nam virtute dictæ clausulæ confirmantur relicta in testamento, etiam si neque institutus, neque substitutus hæreditatem adeat, dummodo ab intestato aliquis succedat, glo. no. in l. qui filio. §. seruus. ff. de hæ. inst. Ang. in l. j. ff. de iniust. rest. & dictam gl. dicit esse notab. & approbatam Alex. in l. nemo. col. iij. ff. de leg. j. & cons. iij. Arrentis narratis. lib. vij.

## CAVTELA IIIII.

Quomodo in substitutionibus concipienda sunt verba, vt tam filij, quàm nepotes teneantur ad restitutionem fideicommissi.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Filiorum appellatio continet nepotes, ubi agitur de commodo eorum, non aliter.*
  - 2 *Nepotes non continentur appellatione filiorum, ubi de incommodo eorum agitur.*  
*Fideicommissum iniunctum filiis non comprehendit nepotes.*
  - 3 *Nepotes comprehenduntur appellatione liberorum etiam ubi de ipsorum onere tractatur.*
- 1 **S**I testator † hæredes filios instituerit, & quandoque aliquis eorum deceaserit sine filiis superuiuentes filios substituerit, nepotes quoque ex substitutione admittentur ad còmodum fideicommissi, cum substitutio facta sit in futurum euentum, in quem testator verisimiliter admitti voluerit etiam nepotes, per l. Lucius. in fin. ff. de hæ. i nsti. secundum Imo. & Alexan. & alios

Doc.

Doc. in l. Gallus. §. instituens, ff. de hæ. inst. Iaco. Butr. in consil. incip. Paterfamilias. quod est inter consil. Bald. ccclxiii. lib. iij. & Alexand. consil. j. col. viij. lib. j. & consil. xxxvij. Viso themate li. vj. & Consil. v. Circa primum, libr. iij. & Cornel. consil. ccvij. De pluribus. col. v. lib. ij. licet Lud. Ro. consil. ccccxxxvij. In causa conclusionis. col. fin. teneat appellatione filiorum non contineri nepotes, etiam in substitutione collata in futurum euentum, per l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. ij. † Sed ibi supererant filij. Vel responde, vt per Soci. in d. §. instituens vbi autem tractatur de incommodo & onere, appellatio filiorum nõ extenditur ad nepotes, glof. in §. nos igitur. in authen. de resti. fideicom. Bald. consil. ccclxxxvij. in isto puncto. lib. ij. & consil. ccclvij. Opiniones. libr. iij. Ideo fideicommissum iniunctum filiis non comprehendit nepotes, vt patet ex alleg. per Alexand. consil. lvj. Aldrouandus. lib. v. Sed si testator nepotes quoque ex substitutione velit teneri ad restituendam hæreditatem familiæ, remedium est, † quòd testator vtatur nomine liberorù. quia liberorum appellatione nepotes etiam continentur, vt per gloss. in cle. j. vers. liberi. de baptif. l. liberorum. vbi Bar. col. fin. ff. de verb. signific. Bald. consil. cccij. Ad euentiam. lib. ij. & Soci. consil. xiiij. Sequendo ordinem. col. j. versic. textuò principaliter. & Corne. consil. cccx. Tota vis. col. ij. lib. iij. latè per Curti. consil. xlv. Reuoluta. cum aliis alleg. per Decif. consil. ccxvij. In casu.

Cau

Quo remedio substitutio de casu ad casum non extendatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Omissa habentur pro omissis. limita ut ibid.*
- 2 *Substitutio extenditur ad casum omissum, uel de casu ad casum. limita ut ibid.*
- 3 *Dictio, tunc & eo casu, facit dispositionem restringi ad expressa.*
- 4 *Dictio, tunc, est dictio demonstratiua, non autem taxatiua.*
- 5 *Dictio, tantum, est dictio taxatiua & impedit extensionem.*
- 6 *Dictio, non aliter nec alio modo, quam uim habeat. Extensio fit ex coniectura uoluntatis, non autem contra uoluntatem testatoris.*

**L**icet † casus non expressus habendus sit regulariter pro omissis, l. commodissime. ff. de liber. & posthu. & ibi Docto. cum traditis per Deci. consil. cccxciiij. Verba testamenti. col. iij. & per Soci. consil. v. in princip. lib. iij. hoc tamē non procedit si ex coniecturis appareat testatorē uoluisse ad casum omissum extendi dispositionem suam, l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posthu. ideo substitutus post mortem uxoris cui pradium relictum erat, donec uida permaneret. pradium habebit statim muliere ad secundas nuptias transiente, secundum Ioan. Andr. in Additio. ad Specul. in rubr. de secund. nup. & Bald. in authen. quod locum. C. si secundo nup. muli. Paul. de Castro in l. si mater. C. de insti. & substi. subcondi. fact. & Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum

rum. ff. de liber. & posthu. & in l. mulier. ff. ad Trebellia. & consil. c. Vifa parte testamenti. col. j. libr. iij. Ex hoc etiam deciditur, † quod si testator filium nasciturum instituerit, eique si in pupillari aetate, vel postea quādecunque decederet, aliquem substituerit, substitutus etiam non nato filio admitretur. l. fin. C. de posthu. heredi. instit. secundum Guliel. de Cun. quem post Barto. refert, & sequitur Soci. in l. j. col. xiiij. ff. de vulg. & pup. & faciunt scripta per eundem Soci. consil. v. In principio lib. iij. & per Deci. consil. ccxxvij. In casu, & est communis opi. quod substitutio extendatur de casu ad casum, ut per doct. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. cum his quae cumulat Iason consil. ccij. Vannotus. j. parte, nisi ex uerisimili mente testatoris aliud dicendum sit, ut per Petr. de Anch. cōf. ccclvij. Ex serie testamēti. & per Fulgo. cōf. xlix. Ex facto proponitur. de quo latē disputat Barb. in c. Rainutius. fo. 23. cum sequenti de testa. fallit quoq; cōm. opi. si substitutio esset facta in pœnam instituti, ut per Bar. in l. pater Seuerinā. ff. de cōdi. & demon. & Deci. consil. cclxxiiij. in casu. & consil. ccxc. Domina. & consil. ccxcviij. Vifo. col. ij. vel tractaretur de extensione facienda de persona ad personam, quae nūquam fit, etiā ex uerisimili mente testatoris, l. Titius. in prin. ff. de lib. & posthu. cū aliis relatis per Deci. cōf. cccxciiij. Pro uera resolutione. col. iij. & iij. & per Ias. cōf. ccxx. Testator. parte ij. Sed si testator uelit huiusmodi extensionē indistinctē nō fieri uolēs suā uoluntatē in casibus tantū expressis seruari, remediū est, † quod in substitutionibus utatur illis uerbis, uidel

Communis opin.

Communis opi.



videlicet tunc, & eo casu, &c. veluti si testator dicat posthumum heredem instituo, & si is decefferit sine liberis, tunc & eo casu Sempronium, & eius filios substituo: nam per ea verba tunc, & eo casu, ad expressa dispositio restringetur, vt per Bald. consil. lvi. Item instituo. lib. ij. Petr. de Ancha. d. consil. ccclviij. Ex serie testamenti. & Lud. Rom. consil. cxxxix. Prima dubitatio. & consil. cxxxviiij. Noua. & Deci. consil. ccxxvij. In casu. consil. cclxxxvij. In ciuitate. consil. cccxiiij. Pro resolutione. consil. cccxv. Superioribus. & consil. ccclxxij. Visis. Animaduerte tamē, quod licet opi. hęc tantorum virorum autoritate fulciatur, non tamen affirmo prædictum remedium tutum esse quia contrariam opi. tenet Rot. deci. j. ti. de testa. in collectis per Casiod. & mouentur Do. de Rota, † quia dictio tunc, demonstratiua est, non taxatiua, & alleg. Bartol. in l. lecta. ff. si cert. peta. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & post. Posset tamen procedere dictum remedium si ita diceretur, in casu prædicto tantum, dictio enim taxatiua impedit extentionem, arg. Liubemus. in fi. C. ad Treb. secundum Fulg. consil. xlvj.

6 Andreas. in fin. posset quoque procedere dictum remedium si dicatur, tunc & eo casu, non aliter, quia verbum non aliter, præcisam habet naturam, vt per Bald. post glo. in l. si quidem. C. de excep. & Deci. in supradicto consil. ccxxvij. Et faciunt quæ de vi huius verbi scribunt Iaf. consil. xxij. In causa. col. iij. libr. ij. & consil. lxxxvj. In causa. in fi. lib. ij. & Cur. consil. viij. Viso instrumento. Planius tamen remedium est, ad tollendas

das extensiones, quod testator expressè prohibeat aliquam extensionem fieri ad casus ab ipso non expressos. Nam potest testator extensiones tollere, quia extensio fit ex coniectura voluntatis, non autem contra voluntatem testatoris, d. l. Tirus. §. j. & per Bar. in d. §. & quid si tantum. fac. no. per Bar. in l. moribus. col. vlt. ff. de vulg. & pu. vbi dicit quod licet vulgaris substitutio extendatur vt comprehendat etiam tacitam pupillarem, tamen ex voluntate testatoris potest vulgaris casus ad pupillarem non extendi, fac. scripta per Deci. d. consil. cccxv. & consil. cccxxxij. Visis consilii.

## CAUTE LA VI.

Quo remedio substitutio facta verbis communibus directa sit, etiam matre superstitē.

## S V M M A R I V M.

- 1 Substitutio compendiosa facta per verba communia continet etiam pupillarem expressam.
- 2 Legitima saltem debetur matri exclusæ per substitutionem pupillarem tamen de æquitate. & num. 3.
- 3 Dubia causa debet terminari æquitatis moderamine. Iudices uel arbitri, quando sunt in dubio iuris, quam uiam tenere debent.
- 4 Mater admittitur ad legitimam filij, licet sit exclusæ per substitutionem pupillarem. Substitutio ita concepta, instituit atque substituit, continet pupillarem.
- 5 Substitutus legitimam retinens auctoritate legis non peccat.
- 6 Substitutio directa & pupillaris significatur uerbis in hereditate & omnibus bonis, uel per uerbum succedat pupillo.

1 **S**ubstitutio ꝑ impuberi filio facta verbo communi veluti si testator dicat, Lucium filium heredem instituo, & ei quocumque sine filii decesserit, Sempronium substituo: intra tempora pupillaris ætatis directa est, post pubertatem autem decedente filio conuertitur in obliquam, gl. in §. qua ratione. Insti. de pup. subst. & opinio hæc communiter approbatur, vt dicit Ias. consil. cxxix. Factum sic se habet. parte j. contra gl. in l. precibus. C. de impub. & aliis substi. & Oldra. consil. xcix. Factum tale. & Bal. consil. cccxcij. Super primo. & consil. cccxcviiij. Præmittendum est. lib. iij. & procedit communis opinio etiam si mater esset in medio, quia substitutio compendiosa facta per verba communia pupillarem quoque continet, non tacitam, sed expressam verbis generalibus. d. l. precibus & potentior est fauor pupilli ne sine testamento decedat, quam matris, vt filio ab intestato succedat. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inof. test. Adeo, ꝑ quod mater excluditur etiam à legitima, c. si pater. de testa. lib. vj. & opi. hæc est verior, & magis communis, secundum Alex. in l. centurio. fol. 6. ff. de vulg. & pup. & consil. xij. Attentis verbis. col. iij. ver. secundo respondeo. lib. ij. & consil. xvij. Ponderatis his. col. ij. ver. & licet mater. eo lib. & consil. lj. In casu presenti. lib. vij. Cor. consil. xcij. Licet posset. ver. deueniendo. lib. ij. Deci. autem consil. cxxviiij. In casu proposito. col. ij. ver. reperitur. dicit, non facillè dignosci, quæ sit communis opinio, & ambiguum ius videri & æquum esse hoc casu matri saltem legitimam assignari, quia rationis est,

Communi  
opi.

Communis  
opin.

Communis  
opin.

est, vt causa titubantes æquitatis moderamine tēperentur. l. non sine. C. de bon. quæ libe. Et tā arbitri, quam iudices de æquitate iudicandi potestatem habentes possunt mediam viam sequi, vel litigantes ad compositionem, & trāactionem deducere vbi est conflictus rationū, & varietas opinionum, & ratio rationem non expugnat, l. si paterfa. & ibi Bal. ff. de hæ. insti. l. Titius. cum allegatis ibi per Alex. ff. ad Trebel. & per Soci. consil. cl. Prima igitur radix. col. vlti. in hoc ergo conflictu opinionum matri legitima saltem assignanda est, vt per Deci. consil. dextlij. Viso elegantī consil. Vbi relatis tribus contrariis opinionibus in hac residet. Quamuis consil. cccclxxj. In causa, in fin. dicat communem opi. esse, quod omni tempore sit fideicommissaria, & si substitutio est facta simpliciter sine temporis distinctione semper esse fideicommissariam, tenet Bal. consil. ccclv. Dicta substitutio. lib. iij. & consil. clxxv. Præmissis. li. v. de quo etiam videre poteris per Alexan. consil. xxxviiij. Viso themate. lib. j. & consil. lxxvj. Viso testamento. lib. ij. Vt autē inter fluctuantes, & varias interpretum opiniones omnis quæstio euitetur, si testator velit etiam pupillariter substituere, remedium est, q̄ ita substitutionis verba concipiat, si decesserit sine filiis, instituit, atque substituit Sempronium, vt per Bal. consil. cccclxxxv. Considerandum. lib. ij. vel ita verba concipiantur, substituit vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum: sic enim substitutione cōposita erit in potestate substituti ex qua velit substitutionem succedere secundū Bar. in d. l. centurio. ver. Quar

Communi  
opi.

to principaliter quæro. & est rex. ad hoc optimus in l. recusare. §. Titius. ff. ad Treb. & ibi hoc tenet Ang. Pau. de Ca. & Ale. & tunc mater vt pupillaris substitutionis etiã excludetur à petitione legitimã, per d. §. sed nec impuberis. † Verum secundum Archi. per denuntiationem Etangelicã, pupillari substitutione non obstante, mater legitimam consequi poterit, cuius opinio magis est æqua, quã vera, quia substitutus legitimam retinens legis autoritate non peccat, l. Gracchus, C. de adul. c. qui peccat. xxij. q. iij. & Archi. refert sed non sequitur Soc. in l. moribus. col. ix. ver. circa tertiũ. ff. de vul. & pup. dicit tamen dictum archi. menti tenendum esse, quia etiã autoritas matri prodesse posset, ex æquitate concordia, & contra dictum Archi. consuluit Lud. Ro. consi. cxxx. Viso testamento. † Sed etsi substitutioni facta per verbum commune subiiciantur verba hæc in hæreditate, & omnibus bonis intra pubertatẽ, substitutio erit directã, vt per Bellamẽ. consi. xxvj. In omnibus. Pariter quoque directã intelligitur esse substitutio, si testator dixerit si decesserit in pupillari ætate, vel postea quocumq; tunc succedat ei Sempronius, quia per pupillare pupillo succeditur. Inst. de pup. substitu. in prin. & §. j. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. & pup. Ful. cõf. xxxij. Titius. Idem iuris est si dixerit hæredem ei fecit Sempronium, vt per Bal. cõf. xxxv. Pater filio. le ij.

## CAVTELA VII.

Quomodo reciproca substitutio personis ætate imparibus facta, continet pupillarem.

S V M

S V M M A R I V M.

- 1 Substitutio reciproca facta filis puberibus & impuberibus non continet pupillarem.
- 2 Clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum quid operetur.  
Filius testatoris ex cõiectura intelligitur etiã pupillariter substitutus, & matrem excludet.

SUBstitutio † reciproca facta personis imparibus illas tantum substitutiones continet quæ cuiuslibet poterant conuenire, l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. l. in testamẽto. C. de testa. mil. Et procedit etiã si reciproca substitutio habeat mixturam cõpendiosẽ, secundum gl. magnã in d. l. in testamento. & Bart. cõf. lvij. Vanacellus de Castro. Sed vt substitutio reciproca cõpendiosẽ mixta in persona impuberũ pupillare contineat, remediũ esse quidam putat, q̄ substitutio fiat sub dinumeratione temporum, veluti si ita dicatur si quis filiorũ meorum in pupillari ætate, vel postea quocumque decesserit, &c. vt verbum illud in pupillari ætate, aliquid operetur. l. si quãdo. ff. de leg. j. Sed remediũ hoc non est bonũ, quia tunc etiã pupillaris substitutio nõ cõtinetur ratione æqualitatis seruandæ, secundum multos, quos sequitur Alex. in d. l. in testamẽto. in fi. Melius est remediũ, † quod adiiciatur illa clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. l. recusare. §. Titius. ff. ad Treb. de quo vide per Ias. in d. l. iam hoc iure. & Soc. conf. ccxc. Quoniam præsens. Nota tamen quod filius testatoris ex cõiectura intelligitur etiã pupillariter substitutus, & matrẽ excludet. per gl. in l. precibus. in ver. possunt peti. in fi. C. de impu

K 3

be. & aliis substi. vt per Ale. in d. l. in testamento. col. iij. Idē quoq; operabitur clausula, ita q̄ vnus in totū succedat alteri. Nā per hæc verba satis declarata videtur voluntas testatoris, q̄ substitutus habet totā hereditatē impuberis decedētis, & cōsequenter ex pupillari substitutione succedat, vt per Io. de Ana. cōf. l. xxix. Visis quæ in facto. in fi.

## CAVTELA VIII.

Quo remedio possit prouideri ne vitæ minoris instituti per substitutum parentur insidiæ.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Pupillus & eius uita quomodo sit tutus ab insidiis substituti, & numero 2.*
- 2 *Substituti spes deficit natis liberis instituti. Pecuniæ & auri sacra fames, impellit ad illicita.*
- 3 *Substitutio pupillaris potest fieri in diuersis tabulis. Notarius potest à testatore rogari, ne fiat testium recognitio.*

**N**E vitæ pupilli parentur insidiæ, à substituto ad hereditatē illius anhelante, remediū datur à lege, q̄ substitutio pupillaris nō fiat in ipso patris testamento, sed ab eo separata, & clausa, vt ignoretur quis sit substitutus. §. sin autem. insti. de pupil. subst. potest etiam pater discernere, q̄ pupillus apud aliquā personā non suspectam alatur. l. j. ff. vbi pupil. edu. debe. l. ij. C. eo. Itē remediū est, q̄ pupillus obtineat facultatem testandi à principe si est doli capax, vt per doct. in l. fi. C. de mil. testa. vt dictum est supra de his, qui non hab. fact. testa. caut. v. Pupillus. Pubes autē minor xxv. annis, cui datus est substitutus, vt substituto vorum captandæ mortis adimatur, possit properē vxorē ducere

ducere ad liberos procreādos liberis enim natis, spes deficit substituti. l. cū auus. ff. de condi. & demon. & l. cū acutissimi. C. de fideicō. cum ibi traditis per doct. Interdū confugere oportet ad huiusmodi remedia pro salute minorū diuitum, ad quorū necem auri sacra fames improbos substitutos impellit. l. si quenquā. C. de Episc. & cleri & optimū est quando substitutio sit in tabulis separatis à testamento patris, q̄ tabulæ claudantur, & signentur, & exterius scribarur præceptū testatoris, quod tabulæ viuo filio nunquā aperiantur, potest enim fieri substitutio etiā pupillaris in diuersis tabulis, l. patris, & filij. ff. de vulg. & pup. ¶ & ne opus sit recognitione testiū notarius publicus rogetur, & scribat se rogatum presentibus testibus, hoc enim erit testamentū nuncupatiuū, authenticū, & faciens fidem perpetuam, quemadmodum docuimus supra de testa. ordi. caut. iij. Hæredes.

## CAVTELA IX.

Quo remedio puberi, vel extraneo vtiliter substituatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Substitutio facta puberi, vel extraneo, etiā puberi nō valet per uerba directa, sed per fideicommissum.*
- 2 *Substitutio facta puberi vel extraneo conualescit per uerba communia tendentia in futurum.*
- 3 *Substitutio inutilis per uerba directa, robor accipit à clausula codicillari.*

**F**ilio puberi, vel extraneo etiā puberi substitutionē directis uerbis frustra fieri certi iuris est. l. verbis. ff. de vulg. & pup. & ibi per doct. Bal. cōf. cclxxij. Casus talis est. lib. ij. Sed vt vtiliter substi-

rutio eiusmodi personis fiat, remediū est, q̄ substituatur per fideicommissum. §. extraneo. insti. de pub. substi. erit ergo vtendū obliquis verbis. Secū  
 2 dum remediū est, † quod substitutio fiat verbis cōmunibus, & habentibus tractum in futurum tēpus, vt si dicatur, & quādo cūque decesserit sine filiis substituit, &c. quia ita facta substitutio intra pubertatē valebit iure pupillaris directē. post pubertatem autem vel extraneo facta valebit vt fidei commissum. glo. in §. qua ratione. Insti. de pupil. substitui, quam sequuntur Docto. in l. centurio. ff. de vulg. & pub. & Cald. conf. xxxv. Testator instituit. in tit. de test. & est communis opin. vt dicit Alex. consil. xij. Attentis verbis. col. iij. lib. iij. & adiciatur in testamento prohibitio detractionis Trebellianicæ, quæ potest per testatorem prohiberi, vt infra dicemus. Tertium remedium ne substitutio vitietur quia facta sit verbis directis, est,  
 3 † † testamento inferatur clausula codicillaris, cuius substitutio directa conuertitur in obliquam. glo. in l. j. ff. de iur. codi. per l. Scauola. ff. ad Treb. & l. si frater. C. de fideicom. quod est notatu dignum, secundum Iaf. post Alex. in d. l. verbis. & Alexan. dicit hoc esse singulare consil. lxxxij. Perspectis his. col. j. Versi. & multo magis. lib. ij. cum allega. per Socin. consil. xij. Præsens consultatio. col. pe. lib. iij. & Deci. consil. cclxxxvij. In ciuitate. col. ij. & consil. ccxcj. Visis. col. ij. & Cor. col. cccvij. In hac consultatione. col. vlt. lib. j. & consil. xliij. Videtur. vers. quicquid. lib. iij. vbi idem dicit operari clausulam illam omni meliori modo, &c. & Deci. consil. cccxcij. Pro vera. col. iij. in fi.

CAV

## CAVTELA X.

Quo remedio substitutus in re certa repellatur à successione residui.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Substitutio sicut institutio facta in re certa, trahitur ad vniuersam hæreditatem.*
- 2 *Substitutus succedit non tantum in bonis testatoris, sed etiam pupilli.*
- 3 *Communia verba relata ad certas res, non trahuntur ad vniuersum.*

**S**I testator † filium impuberem instituat, & si  
 1 in pupillari ætate decesserit, substituatur aliquē hæredem in re certa, substitutus impubere mortuo vniuersam hæreditatem habebit, quia sicut institutio sic & substitutio facta in vna retrahitur ad vniuersam hæreditatem. l. cohæredi. §. si. ff. de vulg. & pup. † Et si testator dixerit, si filius  
 2 meus in pupillari ætate decesserit, tūc Titius hæres mihi esto, mortuo impubere, Titius substitutus succedet etiam in bonis ipsius impuberis, l. si ita scriptum. §. si filio. ff. de bon. pos. secun. tab. cū ibi not. per Bar. & per Deci. consil. cclxxj. In causa magnifici, & Iaf. consil. cxxxiiij. In causa. parte j. Sed si testator nihil aliud velit substitutum habere, quàm rem ei expressè relictam, remedium est,  
 3 † quod vtatur verbis obliquis, aut non ciuilibus directis, seu communibus, quia verba communia relata ad certas res non trahuntur ad vniuersum. l. cogi. §. generaliter. ff. ad Treb. vt per Bald. consil. ccxxij. Substitutio. lib. iij. & per Bart. in l. centurio. col. x. ff. de vulg. & pupil. sequitur Iaf. in d. l. cohæredi. §. fin. Prædictum remedium confirma-

K 5

tur ex dictis per Lud. Rom. consi. cc. Quia Vale-  
rius. cum aliis relatis per Ias. consi. lxxij. Vitis sub-  
stitutionibus. col. ij. lib. iij. Nec esset tutum reme-  
dium, quod testator prohiberet amplius ad sub-  
stitutum peruenire. k. si quis ita hæres instituitur.  
ff. de hæredi. instit. cum congestis per Ias. consil.  
viij. Super. col. ij. lib. iij.

## CAUTE LA XI.

Quo remedio valeat substitutio facta filie im-  
puberi cui nil relinquitur ultra legitimam.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Clausula in omnibus suis bonis mobilibus, & c. si est  
superflua in institutione, ualet in substitutione.*
- 2 *Debitorum nomina non continentur appellatione  
mobilium & immobilium.*
- 3 *Rei appellatio continet iura & actiones.*

<sup>1</sup> IN institutione † superflua sunt verba illa in  
omnibus bonis mobilibus, & immobilibus iu-  
ribus & actionibus, & c. Quia satis est dicere hæ-  
res esto. l. j. ff. de hære. instit. ideo circa hæredis  
institutionem non est curandum de verbis eius-  
modi. At in substitutione multum refert, quibus  
verbis testator utatur. Nam si ita substituat, si fi-  
lius decesserit sine filiis, voluit sua bona mobilia  
& immobilia ad Lucium peruenire, substitutio  
hæc nõ directa iudicabitur, sed obliqua: quia vi-  
detur substitutio facta in re certa, non autem in vni-  
<sup>2</sup> uersitate bonorum: † quia mobilium, & immobi-  
lium appellatione non contineatur nomina debito-  
rum, quæ sunt tertia species. l. à diuo. §. in venditio-  
ne. ff. de re iud. & licet substitutio facta verbis di-  
rectis in re certa porrigatur ad vniuersum. l. co-  
hæredi.

hæredi. §. si. & ibi Bal. & Ale. ff. de vulg. & pup. &  
Calde. cons. xvj. Testator. his verbis. in titu. de te-  
sta. sicut institutio facta in re certa trahitur ad to-  
tam hæreditatē. d. l. j. §. si ex fundo. tamen in sub-  
stitutione in rebus certis facta per verbum com-  
mune aliud iuris est. l. cogi. §. nõ omnis. ff. ad Tre-  
bel. secundum Bar. in l. centurio, col. x. ver. quæ-  
ro vltius quid si substitutio. ff. de vul. & pup. De  
cidens ex hoc si testator filia substitutæ in re cer-  
ta substituerit per verbu comune, vt puta si dixe-  
rit, si dicta filia decesserit quodocunq; sine filiis,  
voluit dictam quãtitatem ad Lucium peruenire,  
nõ intelligi factã directam pupillare substitutione,  
ideo quatenus sit intra legitimam inutilis erit  
fideicommissaria substitutio. l. quoniam in prio-  
ribus. C. de inof. test. cum traditis per doct. in d. l.  
cohæredi. §. cum filia. Prædicta confirmantur ex  
scriptis per Alex. consil. ix. Vitis verbis. col. iij. lib.  
j. & ex his quæ supra proxima cautela diximus.  
† Quod si testator velit substitutione valere etiam  
quantum ad legitimam remedium est, quod sub-  
stitutio fiat simpliciter sine rerum commemora-  
tione, per not. in d. l. ceturio. & in l. precibus. C.  
de impub. & aliis substit. Vel dicatur substituit in  
omnibus rebus filia in pupillari ætate deceden-  
tis, quia reru appellatione iura, & actiones signi-  
ficantur. Bar. in l. Quintus. §. argento. ff. de auro &  
arg. leg. & in l. j. ff. de statu homi. & in l. si. ff. de vsu  
fru. lega. & Ale. hoc tenet in d. §. non omnis. & vt  
substitutio facta filia institutæ in re certa per ver-  
bum commune pupillarem substitutionem con-  
tineat, remedium est, quod substitutio non refe-  
ratur expressè ad rem illam, sed substitutio sit di-

recta pupillaris, c. j. de testa. lib. vj. & valebit vt pupillaris etiam si solum in legitima esset filia instituta, l. ex tribus. C. de inoffic. testa. & ibi per doct.

## CAVTELA XII.

Quo remedio non vitietur substitutio, siue directis, siue obliquis verbis vtendum fuerit.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Substitutio fit inutilis pluribus modis.*
- 2 *Substitutio facta uerbis communibus porrigitur ad omnem substitutionem & modum quo ualere potest.*
- 3 *Substitutio facta in codicillis etiam uerbis directis trahitur ad fideicommissum.*
- 4 *Substitutio constat ex tribus regulis scilicet uerbis directis, obliquis, & communibus.*
- 5 *Obliqua uerba quæ sint in substitutione.*
- 6 *Communia uerba quæ sint in substitutione.*

**M**ultum interest, quibus uerbis utatur notarius in substitutionibus. Nam extraneo, id est non constituto in potestate testatoris directis uerbis inutiliter substituitur. §. Extraneo, Insti. de pupil. substi. & ubi fit obliqua substitutio minus habet substitutus quam si directis uerbis facta esset, l. ex tribus. C. de inof. test. c. si pater. de test. lib. vj. & puberi uerbis directis facta substitutio inutilis est, & vim fideicommissi non habet, l. uerbis. ff. de vulg. & pup. & obliquis uerbis facta substitutio non potest ualere, vt vulgaris, l. ille. §. si de testamento. ff. ad Treb. Sed vt substitutio si non potest vno modo consistere alia via ualeat, remedium est, quod testator substituendo utatur his uerbis, instituit, atque substituit: nam hæc uerba plenam

plenam substitutionem continent directa, scilicet & obliqua, vt per Bal. consil. clxxvj. Quidam nomine. li. iij. Secundum remedium est quod in substitutione uerbis communibus utamur, quia substitutio facta per uerba communia si non ualeat iure directo, ualeat vt fideicommissaria, & quando non ualeat, vt obliqua, ualeat iure directo: & ita semper substitutio ualebit. Et procedit hoc etiam si uerbo communi adiceretur dictio hæres: vt si testator dicat, si hæres decesserit sine liberis, Lucium hæredem substituit. nam hæredis nomen fideicommissario quoque conuenit, l. filius. ff. quod cum eo. vt per Pau. de Castr. consil. clxxx. Præfens consultatio. col. ij. j. part. nec est absurdum, quod eadem uerborum conceptio diuerso modo accipiatur ex diuersitate temporis, uel subiecti, gl. in §. qua ratione. Insti. de pup. substi. l. pater Seuerianam. §. conditionum. ff. de condi. & demon. glo. & Doct. in l. precibus. C. de impube. & aliis substiti. & in l. centurio. ff. de vulg. & pup. & Oldr. consil. cxxv. In proposito themate. Pau. de Castr. consil. cvij. Super primo. j. parte. Tertium est, quod testamento inferatur clausula codicillaris, quia substitutio facta in codicillis etiam uerbis directis trahitur ad fideicommissum. l. Scæuola. ff. ad Treb. vt per Bald. consil. xcij. dispositio. lib. v. & Doct. in l. uerbis ciuilibus, ff. de vulg. & pupilla. Et vt omnes intelligat quæ sint uerba directa, quæ obliqua, & quæ communia, uerborum eiusmodi tres regulas pro rudibus subiungemus. Prima regula, uerba directa illa sunt, quæ eum cui relinquitur à seipso accepturum significant, gl. in l.

in leam quam. in versi. directis. C. de fideicom. qualia sunt, heres esto, instituo, & alia scripta per Bart. & alios Doct. in d. l. centurio. Bald. consil. xxxv. Pater filio. & cōsi cclxxij. Casus talis est. lib. ij. & consil. liij. Instituo. libr. iij. Secunda regula, † obliqua sunt illa, quæ eum cui relinquitur, ex manu alterius accepturum ostendunt, l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pup. quæ alia sunt verbum detur. l. fundi Trebatiani. ff. de vsufr. lega. Item verbum restituas, d. §. cum filia. verbum red datur, l. cum quidam ff. de lega. ij. Item verbū hæredem facias, l. ex facto. ff. ad Treb. vt per Bart. & alios Doct. in d. l. centurio. † Tertia regula, quæ significant, vt quis manu sua vel alterius capiat, communia iudicantur, qualia sunt verbum perueniat. l. hæredes mei. in princ. & §. cum ira. ff. ad Treb. verbum pertineat, l. pertinere. ff. de verbor. sig. verbum habeat. l. stipulatio. §. habere. ff. de verbo. obliga. l. fideicommissa. §. filio. ff. de leg. iij. verbum remaneat, l. cum ante. C. de don. ante nupt. verbum succedat. l. non tantum. ff. de fideicom. libro 50. restituta. §. si. ff. ad Treb. Bald. consil. xij. Quidam nomine. li. ij. & consil. ccxliij. Si substitutio. libr. iij. & Alexand. consil. iij. Circa præmissa. libr. vij. verbum reuertatur, gloss. in l. j. in fin. ff. de don. verbum deuoluatur, l. ij. ff. de ali. leg. verbum moriatur, c. j. de test. libr. vj. vt latius per Docto. in d. l. centurio. Item verbum substituo, vt per Alex. d. consil. iij. & consil. xlix. Viso themate. lib. vj.

## CAVTELA XIII.

Quo remedio pater moriens possit disponere  
de

de bonis filij furiosi, & mente capri, vel prodigi, aut surdi, aut muti.

## S V M M A R I V M.

- 1 Pater solet mente capto relinquere quantum sufficiat ad alimenta.
- 2 Substitutio filiis mente captis, & surdis, & mutis qualiter à parentibus fieri possit.

**P**ARÈTIBUS † vtriusq; sexus permiffum est substituere filiis mente captis in bonis vndecun que quaeritis. Ex hac autē substitutione nō omnes admitti possunt, sed filios mente captos, si qui sunt, vel fratres, aut ex fratribus aliquem substitui oportet, l. humanitatis. C. de imp. & aliis subf. & quia filiis mente captis solū quantū ad alimenta sufficiat, parētes relinquere solēt, contingit substitutionē hanc in dubiū reuocari si mēte capto minus legitima relictum sit, quia pro forma videtur inductū, quod mente captus instituat, saltem in portione legitima. d. l. humanitatis. Ioan. Fab. in §. qua ratione. Instit. de pup. substi. Imol. & Rapha. in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. Contrarium tenet Bart. in d. l. ex facto. ver. septimò quaeritur. & opinio Bart. est æquior, & communior, vt per Alexand. in d. l. humanitatis. Quæstionis euitandæ gratia, ne occasione hac de substitutionis viribus dubitari contingat, remedium est, † quod post substitutionem dicatur, quod si quid ad legitimam desit mēte capto, hoc ei ex bonis ipsius testatoris suppleatur, quia si supplementum legitimæ detur ex voluntate patris, substitutio vires habet, & hoc omnes tenent: & nota generaliter, quod ne personæ sensu & intellectu carentes  
dece

Communis opin.

2



decedant sine testamento, quales sunt mutus & surdus natura, prodigi, & furiosi, remedium est, quod pater pro eis faciat testamentum exemplarem substitutionem faciendo, per d. l. humanitatis. vt per Alexand. in d. l. ex facto. col. ix. ver. dubitat etiam Bar. dubitationis tamen tollendæ causa, si pater velit filio surdo, & muto, aut prodigo, qui habeat bona materna, vel alia aduëritia substituendo facere testamentum. Cautius est, quod hoc à principe impetret, d. l. ex facto. vbi Doct.

## CAUTE LA XIII.

Quo remedio hæreditatis aditione substitutio non expiret.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Substitutio vulgaris expirat aditione hæreditatis.*
- 2 *Substitutio cum mixtura compendiosè tendentis in futurum habet uim fideicommissaria.*
- 3 *Substitutus admittitur, decedente instituto etiam in uita testatoris uirtute illius clausule uulgariter, pupillariter & per fideicommissum.*
- 4 *Substitutus excluditur si non curat dari tutorem pupillo intra annum.*

1 **S**I filius † hæredibus institutis, ita substitutio scripta sit, eos inuicem substituit, cohærede post aditam hæreditatem decedente, ex fideicommissum non admittitur substitutus, quia non fideicommissaria, sed vulgaris tantummodo: vel etiam pupillaris substitutio inter omnes impuberes facta censetur. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. & l. Lucius, vbi Bart. in pen. q. ff. eo. l. post aditam. C. de impub. & aliis substit. & ibi Doct. & per Alex. cõf. c. Super primo. lib. vij. & est communis opin.

Et

Et procedit etiam vbi adiecta est clausula codicillaris, vt per Decium consil. cclxxxvij. In ciuitate. col. ij. & consil. ccxcj. Visis. & consil. cccviii. causa. & per Iaf. consil. cxxxij. In causa parte j. cu allegatis per eos, licet Bald. consil. cxxx. Quidam Nicolaus. lib. v. aliter senserit quando inserta est **ADA** stamento clausula codicillaris. Sed et substitutio reciproca fideicommissariam contineat, & post aditam hæreditatem duret, remedium est, quod † substitutio cum mixtura compendiosè, hat verbo quod tractum futuri temporis habeat, ita dicendo, quandoque decesserint sine filiis, eos inuicem substituo, secundum Bar. & Iaf. in l. centurio. ff. de vulg. & pup. Soc. consil. ccxc. Quoniam præsens. & consil. cxij. Supra scriptis. col. ij. in. fi. Alex. consil. xxij. Visis. col. ij. ver. & si diceretur. lib. iij. cū aliis alleg. per Deci. consil. ccv. In causa istorum. col. iij. Videtur enim testator per illa uerba substituere etiam post aditam hæreditatem, per not. per glos. in l. in testamento. C. de testamento milit. & in l. Gallus. §. quidam. ff. de liber. & posthu. & est communis opinio, vt patet ex dictis, & relatis per Iaf. consil. cxxxij. Salomon. par. j. Secundum remedium est, † quod adiiciatur clausula illa, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, vt per Alexan. consil. ccvii. Ponderatis. col. j. lib. vj. & latius per Dec. consil. lxxxvj. Viso. Et vi horum uerborum admittetur etiam substitutus, siue institutus decesserit uiuo testatore, siue post mortē eius, vt per Bal. consil. cliij. Ex facto. & consil. cxlj. Testator. lib. iij. alias enim filio impubere in uita patris decedente substitutio pupillaris euanesce-

L

ret, nec substitutus admitteretur ex tacita vulgari, l. quod si filius. ff. de cap. Bal. consil. c. Punctus lib. v. & multo minus ex pupillari substitutione, vt per eundem consil. cxlvij. Filiis. eodem lib. Et notantum est, † quod interdum, licet ex verbis substitutionis admittendus videatur substitutus, tamen ex iuris censura excluditur, quod euenit quando pupillo, cui substitutio facta est, non sit petitus tutor intra annum, l. sciant cuncti. C. de legiti. hered. Ideo sit cautus substitutus, ne à successione impubertis excludatur, vt pupillo tutore dari faciat, si non habeat, vel si habeat, vt eum legitime administrare curet, & l. ij. §. si mater. cum glossa in ver. nec legitime. ff. ad Terrullian. Bald. consil. cccxvii. Visis. lib. iij.

## CAVTELA XV.

Quibus remediis possit facere testator, quod illegitimus, vel legitimatus excludat, vel non excludat substitutum.

## S Y M M A R I V M.

- 1 *Substitutio facta sub conditione, si heres decesserit sine filiis, non deficit existentibus filiis spuris, vel naturalibus.*
- Filiorum appellatio non continet spurios neque naturales in substitutione facta sub conditione, si heres decesserit sine filiis.*
- 2 *Spurij capere possunt ab extraneo, & ab auctore carente liberis legitimis.*
- 3 *Spurius potest habere licentiam à patre faciendi se legitimare.*
- 4 *Legitimatus de consensu testatoris excludit substitutum sub conditione, si heres decesserit sine filiis.*

Filij

- Filij naturales excludunt substitutum.*  
*Argumentum à contrario sensu locum habet etiam in rescriptis principum.*  
*Legitimatus antequam dies fideicommissi cesserit, excludit substitutum.*  
 § *Legitimatus non dicitur legitime natus, & quando excludat substitutum.*

**S**purij, † & præsertim ex nefario coitu nati qui non sunt filij nominandi, auth. ex complexui C. de incest. nup. non excludunt substitutum sub conditione hac, si heres decesserit sine filiis, secundum Ang. in l. generaliter. §. cum autē. C. de insti. & substit. sub condi. fac. Idem quoque de naturalibus liberis dicendum est, si testator fuerit persona honesta, l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. cum ibi traditis per Doct. & per Dec. post alios Doct. in c. in præsentia. col. xvj. de proba. Sed si testator velit, quod spurij heredes substituto præferantur, remedium est, † quod testator illegitimos quoque filios heredi substituat: nam ex eius testamento illegitimi capere poterunt, siue extraneus sit testator, gl. in §. si. in auth. quib. mo. na. effi. sui. siue sit auus, & legitima sobole careat, l. si C. de na. lib. fac. not. per Alex. in d. §. si quis rogatus. col. j. Secundum remedium est, † † † testator det licentiam scripto heredi, vt possit filium non legitimatum facere legitimari, tunc enim sine dubio substitutum legitimatus excludit, secundum Soc. in l. si cognatis. col. xij. ver. tertio infero. ff. de reb. dub. vbi dicit hoc notatu dignum. Tertium remedium est, † quod legitimatio fiat à principe sine præiudicio eorum, quibus est ius

L 2

quæ situm, per hoc enim intelligitur princeps de-rogasse iuri querendo. arg. à contrario sensu, quod habet locum etiam in rescriptis, si procurator. §. si ignorantes. cum glo. in ver. igitur. ff. mand. & sic legitimati in vita patris excludunt substitutos, quia legitimatiōis tempore fideicommissi dies nondum cesserat, ut patet ex alleg. per Alex. cōf. ij. Visis codicillis. col. v. cum seq. li. j. Aliter factam legitimatiōem substitutis non obesse. quidam putant, ut patet ex alleg. per eundem Ale. consil. xxv. Circa primum. & consil. lxxvij. Consideratis. li. j. de quo tamen Doct. disputant. Et cōmunis conclusio est, quod regulariter legitimatus antequam dies fideicommissi celsisset, excludat substitutum. ut dicunt Ale. Iaf. & Dec. in d. l. generaliter. §. cum autē. Io. de Imo. & Alex. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. cum limitationibus ibi per eos traditis, & Pau. de Ca. consil. ccxix. Super puncto & Deci. consil. cclvij. In casu domini Francisci col. ij. dicit omnes tenere legitimatū excludere substitutum, quod tamen non procedit quādo legitimatio est facta post mortem testatoris non citato substituto, ut patet ex alleg. per Soci. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. col. fi. & per Dec. consil. cclxxxiiij. Viso puncto. col. v. Filij quoque naturales excludunt substitutum. gl. in ca. in presentia. de proba. & est communis opi. ut dicit Deci. col. xv. Quod si testator velit substitutum præferri spuriis legitimatis, vel naturalibus filiis hæredis instituti, remedium est, † quod substituat his verbis, videlicet, & si hæres suprascribus decesserit sine filiis legitimè natis, seu ex legitimo matrimonio pro-

creatis

creatis, substituo. Nam sic compositis verbis naturalibus, seu legitimatis, non excludit substitutum, quia hi non dicuntur legitimè nati, c. innotuit. de elec. Et qualitas adiuncta verbis, vel participio inesse debet tempore, per verbum aut participium demonstrato, l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebel. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. Et op. hac tenet Bald. in l. si quis postumus. & J. k. Gallus. §. si quis. & in h. Paulus. ff. de statu homi. & in consil. cōp. v. Ideamus. li. ij. & alijs quos refert Alexand. in d. sicutum. autem. & consil. vi. Attentis narratis. li. vij. & consil. clxxij. Visis duobus eod. lib. & Curt. cōf. lxxiiij. Super memorata. col. xxv. & multo minus à legitimato substitutus excluderetur, si testator diceret expressè si hæres decesserit sine filiis legitimè natis, non autem legitimatis, nam tunc esset manifesta mens testatoris, & non contingeret dubitari, an per executionem, quæ fit à iure legitimè natis ad legitimatos, legitimatus excludat substitutū, quæ dubitatio suboriri posset, ut patet ex his, quæ scribitur Cur. consil. xvij. Viso puncto. col. j.

#### CAUTE LA. X. V. I.

Quo remedio substitutus pluribus non nisi post mortem eorum omnium admitteretur.

#### S V M M A R I V M.

1 Substitutio facta pluribus quando effectum habeat etiam uno moriente.

2 Substitutus pluribus verbo uniuersali non admittitur, nisi mortuis omnibus institutis.

Uniuersalis oratio requirit veritatem omnium particularium.

- Substitutio facta ultimo morienti in tota hereditate dicitur inuicem facta substitutio.*
- 3 *Substitutus non admittitur per mortem alterius copulatiue instituti.*
- 4 *Distio tunc, & eo casu, quam nim habeat in substitutione.*

1 **S**i Titium, & Seium testator instituat; & post eorum mortem si decederent sine liberis, aliu substituat; substitutus Titio sine liberis decedente fideicommissum pro portione defuncti; protinus vendicabit; hō expectata morte alterius; l. Lucius. §. Caio. ff. ad Treb. Bal. consil. cccxxv. Viso testamento. li. iij. nisi persona superstes ex verisimili mente testatoris. excludat substitutum. l. pe. C. de impub. vbi per Doct. & per Bal. consil. ccccvij. in quaestione. lib. j. & consil. ccccv. Viso testamento. lib. ij. & Abb. consil. lvij. Quidam Nicolaus. li. ij. & fac. dicta per Bar. in l. quidam in testamento. ff. de vulg. & pup. & opi. communiter approbatur; vt patet ex relatis, & dictis per Barb. consil. lxxj. Illud. col. si. lib. ij. & Io. de Ana. cum additis. per Lud. Bolo. cōs. xxij. Ad comptobandum. & per

2 Alex. cons. cix. Super prima. lib. vij. † Sed si testator nolit substitutum admitti, nisi ambo heredes decederint sine liberis, & post mortem vtriusque substituti, remedium est quod substituatur pluribus, non simpliciter, sed verbo vniuersali, hoc modo, videlicet, si praedicti omnes decederint sine liberis. Tunc enim necesse est, quod in omniū persona impleatur conditio vt substitutus admittatur, nam ad veritatem orationis vniuersalis requiritur

quiritur veritas omnium particularium. l. si is. §. vtrum. ff. de reb. dub. nisi aliud. ex mente testatoris dicendum sit; l. heredes mei. §. cum ita. & ibi Bart. & Alex. ff. ad Trebellia & Bal. consil. cclxxj. Substitutio. lib. iij. & ideo videtur non bene consuluisse consil. xcix. Super primo in fin. li. iij. Vel substitutio fiat vltimo morienti. & vt heredes videatur inuicem substituti adiciatur verbum quo nouissime moriens totam hereditatem restituere rogatus intelligatur. l. Titia. §. Seia ff. de lega. ij. et per Ias. in l. potest. ff. de vulg. & pup. & Ale. consil. ciiij. Ponderatis. col. ij. ver. quinto. li. iij. vbi tenet institutos videri inuicem substitutos, si vltimus moriens totam hereditatem restituere rogatus fuerit, licet contrarium teneat in consil. xcj. Ponderatis. col. v. lib. ij. & Corn. cons. cccxxx. Placet. lib. j. Et verior opi. est. quod quando fit substitutio vltimo morienti in tota hereditate, videatur inuicem facta substitutio, per alios per Ias. consil. xxxiiij. Factum sic se habet. & consil. xlj. Dominus Romaninus. col. iij. ver. quarto principaliter. li. j. Secundum remedium est, † quod copulatiue verba conditionis concipiantur hoc modo, si A. & B. decederint. & c. arg. l. si heredi. ff. de condi. inst. vt per Pau. de Ca. consil. xiiij. Visis, & consideratis. Tertium remedium est, † quod testator heredes institutos expresse inuicem substituat, vt omnis quaestio cesser. l. si pater impubes. vbi Doct. ff. de vulg. & pup. Sed & si ita substitutio facta sit, si ambo moriatur sine liberis, tunc, & eo casu, & c. extremus dies vtriusque heredis expectabitur, rag. l. si is. §. si. ff. de cond. & de mon. secundum Lud.

consil. cxxxj. Prima dubitatio. & consil. cxxxviii. Noua. per l. uxori vsumfructum villas ff. de vsumfructu leg. & substitutus non admittetur, nisi utroque herede sine liberis decedente, ut per Cum. consil. xxiiij. Testator. & ad materiam hanc vide prolixius scripta per Doct. in d. §. cum ita. & in d. l. pen. & Soc. in l. si is. §. si pater. ff. de reb. dub. vbi inter cetera declarat d. §. Calo, locum non habere quando instituti essent filij testatoris. & idem dicunt Doct. in d. l. pen.

## CAUTE LA XVIII.

Quo remedio substitutus hæredis filia non excludat.

## S V M M A R I V M.

1. Filia scemina continetur appellatione filiorum.
2. Masculinum concipit scemininum.
3. Masculinum in materia differenti nunquam concipit scemininum.
4. Substitutio est interpretanda, ut sit statuto conformis, uti statutum facit differentiam inter masculos & sceminas.
5. Masculorum appellatio excludit sceminas, & masculos ex sceminis.
6. Liberos appellatio continet sceminas.
7. Filia exclusa per substitutum multo magis excluduntur eius filij etiam mares.

**S**I testator ita substituatur, si hæres, decesserit sine filiis, & c. B. fratrem eiusque liberos substituo, substitutus à filia hæredis excluditur. Nā intelligitur omnino defecta conditio si hæres scriptus filiam habeat mortis tempore, cum masculinum concipiat scemininum, l. si ita. ff. de leg. ij. & l. j.

& l. j. ff. de verb. signi. ita decidunt Io. And. & Anro. de Bu. in c. Rainaldus. de testa. duos refert & sequitur Alex. consil. lv. Ponderatis. col. fin. lib. iij. & consil. xvij. Circumspectis li. vij. Nepos quoque, vel neptis ex filia excludit substitutum. l. j. & ibi Doct. C. de condi. infer. & per Alex. consil. lxxx. Vifo. col. j. lib. ij. & consil. xxxviii. Perspectis lib. vj. Hoc tamen non procedit vbi statutum, vel testamentum inter masculos, & sceminas in succedendo differentiam faceret, quia in materia differenti nunquam à masculino concipitur scemininum, ut per Bartol. in d. l. j. ff. de verb. sign. fac. not. per Bar. in l. si. ff. ad Treb. & hoc tenet Fulg. consil. xvij. Columucia. Corn. consil. cxxxviii. Placet. col. ij. li. vij. & consil. cclxxv. In præsentibus consultationibus. col. iij. & si. lib. iij. & alij relati per Dec. consil. xv. Diligenter consideratis. & consil. cclxx. Dominus Rainaldus. col. iij. & opinio hæc ratione non caret. Nam si statutum differentiam facit inter masculos, & sceminas, ita substitutio interpretanda est, ut sit statuto conformis. per not. per Bartol. in l. hæredes. §. cum ita. ff. ad Treb. & per Ale. post alios Doct. in l. Gallus. §. quidam. in ff. de lib. & posth. Fulg. consil. xxxiiij. Domina Catharina. cū alleg. per Alex. consil. xv. Vifo testamento. i. b. iij. de quo latè videas per Soc. in l. cum auus. ff. de cond. & demon. & per eundem consil. lv. Vifo consiliis. & consil. xiiij. Vifo testamento. col. si. lib. iij. vbi referens Paul. de Cast. consil. lxxix. casus iste dicit etiam vbi non esset statutum prædictum præferri substitutos filiabus hæredis mortui quando masculi substituti sunt ex descendensibus te-

statoris, quasi hoc operetur cōiectura voluntatis  
 testatoris ex præsumpta ratione conseruandæ di-  
 gnitatis agnatorū, vt pater ex relatis per Lau. Cal.  
 cōf. xlvij. Viso dicto casu. col. iij. cū seq. & de hac  
 materia vide per Dec. d. cōf. cclxx. & cōf. xxxvij.  
 Omisso testamēto. & Cor. cōf. lxij. Antiquissima.  
 & cōf. xlv. Statuto. & cōf. xl. Cū in præsentia.  
 2 Et quia materia dubia est in qua diuersa stu-  
 diorum collegia diuersa senserunt, vt omnis que-  
 stio, cesset, si testator velit hæredis filias excludere  
 substitutum, verba ita concipienda sunt. si hæres  
 decesserit sine filiis, vel filiabus. Quod si testator  
 substitutum præferri velit: ita verba cōcipiantur,  
 si decesserit sine filiis masculis, secundum Abb.  
 cōf. lxij. Videtur. l. ij. & Ioan. de Ana. cōf. xxi.  
 ad approbandam, in si. nam masculi appellatio for-  
 minas non continet. propter diuersam significa-  
 tionem vocabuli inuenti ad differentiam femi-  
 nei sexus demonstrandam, l. quæritur. ff. de statu  
 homi. & vt verbum illud masculi, aliquid opere-  
 tur, l. si quando. ff. de leg. j. c. si Papa. de priuil. li. vj.  
 Lau. Cale. cōf. xlvj. Casus in forma. in si. cū cōf.  
 seq. & quia vocatio masculorum est exclusio femi-  
 ninarū, l. cum prætor. ff. de iud. Fulg. cōf. xxxvij.  
 Inproposita col. ij. Abb. cōf. xxxvj. Videtur pri-  
 4 mo. lib. j. Et nota quod si diceretur si sine liberis  
 decesserit, ex verbi significatione conditio defi-  
 ceret existentibus filiabus, quia nomē liberorum  
 latiorē habet significationē, quā nomē filiorū,  
 & à filiabus excluderetur substitutus, vt per Deci.  
 cōf. ccxxxvj. non parua. col. ij. ver. & in tali. nisi es-  
 set adiectum verbū masculis per prædicta. Et de  
 hac

hac materia vide per Corn. cōf. cccij. Pluries. li.  
 iij. & omnino vide Iaf. cōf. cxi. Spectabilis. &  
 cōf. cxlij. Christophorus. & cōf. cxlij. Venerabilis.  
 parte j. Et notandum est, quod filia instituta  
 in re certa, & filio scripto vniuersali hærede, &  
 substitutio data, facta si hæres decesserit sine libe-  
 ris masculis, si hæres nepotem ex filia præmorta  
 reliquerit, substitutus nō excluditur. Si enim ex-  
 clusa est filia, multo magis nati ex ea excludendi  
 sunt. arg. l. si viua matre. C. de bon. marer. cū aliis  
 rationibus relatis per Bal. cōf. xl. Quidam magni-  
 ficus. li. iij. & Fulgo. d. cōf. xxxvij. in si. & Iaf. in  
 l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & posth. quāuis  
 Corne. contrarium sentiat cōf. ccxlvi. Videtur  
 in si. lib. ij. & Fulg. cōf. lxxxvj. Ex facto propo-  
 nitur. vbi dicit conditionem illam si decesserit si-  
 ne filiis masculis, deficere existentibus filiis mas-  
 culis ex filia. Sed ibi non præsupponitur exclusio  
 filia, ideo nepotes ex filia faciunt deficere condi-  
 tionem, etiam si testator dixerit, si filius meus de-  
 cesserit sine filiis ex suo corpore natis, vt per Bal.  
 cōf. lxxij. Punctus talis est. lib. iij.

## CAVTELA XVIII.

Quo remedio substitutus monasterio præfera-  
 tur, & quo remedio substitutio fideicommissaria  
 vires amittat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Monasterium excludit substitutum sub conditione  
 si hæres decesserit sine liberis.
- 2 Substitutus quando succedit excluso monasterio.
- 3 Testatoris expressa præmissio tollit tacitam legis  
 prouisionem.

*Monasterium excluditur ex coniectura voluntatis testatoris.*

4 *Filiorum causa est favorabilior quam causa ecclesie.*

*Pater magis amat filios, quam seipsum.*

5 *Substitutio fideicommissaria expirat si hæres fiat clericus sicut si fiat monachus.*

- 1 **S**iquis ita substituatur si hæres decesserit sine liberis, &c. si scriptus hæres ingrediatur monasterium, excluso substituto, hæreditatem monasterium obtinebit. auth. nisi rogati. C. ad Treb. & ibi docto. & per Bar. consi. j. Calde. consil. xliij. An si testator. de testa. Bal. consil. cclxxxvj. Pater tres. lib. iij. cum aliis relatis. per Lau. Calc. consi. lxxvij. Magister. & est communis opi. vt dicit Barba. consi. xx. Stat difficultas. col. j. lib. j. Sed si testator substitutum monasterio præferri velit, remedium est, quod ita conditionis verba concipiat, si hæres decesserit sine filiis masculis, hæc enim qualitas masculini monasterio non conuenit, sed solum ueris filiis, vt late per Barba. consil. xliij. Circa hæc habitationem. lib. j. Vel dicatur sine filiis, & descendentibus legitimis, & naturalibus, secundum Corn. consi. xvij. Circa hæc. & consi. eclij. Ardua. lib. iij. quia uerbum illud naturalibus, debet aliquid operari. l. si quando. ff. de lega. j. c. si Papa. de priui. lib. vj. hoc tamen remedium non est satis tutum, quia tacite inierant uerba illa legitimis, & naturalibus, l. ex facto. §. si quis rogatus. cum ibi late scriptis per Imo. & Alex. ff. ad Treb. & expressio eorum, quæ tacite in sunt, nihil operatur. l. non restet. C. de fideiul. l. iij. & ibi per doct. ff. de leg.

Comunis  
opin.

2

leg. j. quinetiam si testator dixisset, si hæres decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus ex suo corpore procreatis, hærede religionem proficiente uideatur de iure monasterium excludere substitutum, quia subintelligitur, nisi hæres monasterium ingrediatur. §. sed & hæc præsentem in authen. de sanc. Epif. secundum Dyn. & Bart. in l. si ita quis. §. j. ff. de leg. ij. Paul. de Castr. in d. auth. nisi rogati. & opi. hæc comprobatur ex dictis, & alleg. per Alex. consi. xxxv. Super contentis. lib. iij. & consi. cxxix. Vifo themate. lib. ij. remedium igitur tutius est, quod testator expressè prouideat substitutum debere admitti si scriptus hæres decesserit sine liberis legitimis, & naturalibus ex suo corpore & uero matrimonio natis, etiam si hæres monasterium ingressus fuerit. Est enim in potestate testatoris substituere quem uelit hæredi, etiam monasterium ingressuro. l. Deo nobis. C. de episc. & cleri. & tacitam legis prouisionem tollit expressa prouisio testatoris. l. cum filio. §. j. ff. de vulg. & pup. & hoc omnes tenent. vt dicit Lauren. Calc. consi. vij. Quia à me. col. xv. Nam iustum est quod testator possit, quam uelit legem imponere rebus suis. l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. c. uerum. de condi. appo. & ualde iniquum esset, monasterium habere bona testatoris inuiti, cum nemo bene facere compellatur. c. ad fidem. xxij. q. v. vt per Deci. consil. ccccix. Vifo elegantem consilio. Et confirmatur remedium hoc ex dictis per Cor. d. consi. xvij. col. vj. & per Fulgosiū consi. liij. Quoniam superius. & per Alex. d. consi. xxxv. & d. consi. cxxj. col. iij. est enim in hoc seruanda testato

Communis  
opin.

statoris voluntas, vt patet ex alleg. per Deci. in c. presentia. col. xxxiii. de proba. & conf. cclix. Visus his. vbi tenet, quod ad excludendū monasterium sufficiant etiam coniecturæ voluntatis, vt si testator substituatur adiecta causa, quia velit bona sua in familia remanere. † An autem coniectura affectus paterni sufficiat ad excludendum monasterium, quæstio dubia est, nam Deci. conf. ccccxxvj. in duobus sentit nõ sufficere. Ias. autem est in contraria opinione consil. ccxij. Alta, & valde profunda. parte j. Mihi videtur æquior, & benignior opinio Ias. Nā causa filiorum fauorabilior est, vt ibi per eum, & per Barb. consil. lv. col. vij. & viij. li. ij. & consil. xliij. Illud. col. iij. & consil. lxxxj. Illud. li. iij. & per Feli. in c. si quis Episcopus. de hære. Præterea sicut testator magis ipse voluit habere bona, quàm monasterium, ita credendum est eum voluisse bona potius deuolui ad suos filios, quàm ad monasterium, cum pater magis diligat filios, quàm seipsum, l. isti quidem. ff. quod met. cau. Et interpretatio hæc congruit voto parentum, l. scilicet pro. ff. vnde lib. & officio paterno. c. cum apostolus. de censu. & rationi naturali, l. cum ratio. ff. de bon. dam. Et notandum est, quod si quis velit facere expirare onus fideicommissi sibi iniunctum, & habere liberam dispositionem bonorum, quæ substitutioni subiecta sunt, remedium est, quod fiat clericus. Nam sicut non est locus substituto si hæres fiat monachus, ita etiam substitutio vires amittit, si hæres suscipiat ecclesiasticum ordinem. Nam d. §. sed & hæc presenti. alternatiuè loquitur, si monasterium ingrediantur, aut clerici fiant

fiat. Et licet aliqui contrarium teneant, tamen hæc opinio verior videtur, vt dicit Deci. in d. c. in presentia. col. xxix. ver. in ea glo. ibi, exiguntur duo. Et conclusione hac multum latari debent clerici, quia per eam habent liberam bonorum dispositionem, quæ per substitutionem erat eis sublata, si in seculari vita permansissent. l. fin. §. si. C. communia de lega.

## CAVTELA XIX.

Quo remedio non inutiliter substituatur filiis hæredum institutorum.

## S Y M M A R I V M.

- 1 *Gravare non possumus, quos non honoramus. Substituti nõ intelliguntur positi in cõditione, etiam si eis fideicommissum fuerit iniunctum.*
- 2 *Filij hæredum institutorum fideicommissõ gravari non possunt, si non substituuntur.*
- 3 *Substitutionis uerba si in rem scribantur intelligitur gravatus restituere qui rogari poterat.*

**S**ubstitutio facta, si filij & heredes, aut filij eorum decesserint sine filiis, substituit eis sic decedentibus, &c. inutilis est substitutio si filij filiorum moriantur sine filiis, quia per substitutionem eis factam ex fideicommissõ vocati ad hereditatis commodum non videntur, & quo quis non honorat, onerare non potest, l. ab eo. C. de fideic. Nec obstat athen. sed & si quis. C. de secun. nup. nam vbi est aliud ex dispositione legis, vt ibi per Ci. & Bald. consil. cccclxxxvj. Ad euentiam, libr. iij. & Paul. de Castr. consil. clxx. Ne impropriis. j. part. & hæc est vera, & cõmunis opinio secundum Ias. in l. centurio. col. xxj. vers.

Communis opinio.



vers. circa illam quaestionem. ff. de vulg. & pup. & Alex. consi. cxxxij. Stantibus. libr. vij. cum alleg. per eum. & per Ias. consi. xxxv. Magnificus. lib. iij. nam positi in conditione etiam si eis fideicommissum fuerit iniunctum non intelliguntur substituti. glo. in l. Lucius. ff. de hære. insti. quam Alex. dicit communiter approbari consil. cv. Perspectis. col. ij. li. j. & opin. hæc est verior, vt per Alex. in d. l. centurio. col. xxix. & communior, vt patet ex alleg. per Dec. cōf. cccxj. Visis. col. fi. & cōf. ccccxxij. Diligenter visis. col. j. & Ias. consi. xxxv. Viso testamento. lib. iij. & con. cxlij. dominus Augustinus. cum locupletissimè allegatis per Curti. cons. xlvj. Sæpe reuoluta. contra opin. Bart. in d. l. centurio. col. ix. & Barb. cons. lv. Præclare. col. vj. li. iij. † Sed vt substitutio vires habeat, remediū est, quòd testator filiis hæredibus institutis liberos substituat, sic enim non casu, vel fortuna, sed testatoris iudicio liberi succedentes per fideicommissum onerari poterunt. l. sed & si sic vbi Bart. ff. de leg. iij. Secundum remedium est, † quòd substitutionis verba in rem scribantur: vt si dicatur, si filij aut filij filiorum decesserint sine filiis, hæreditas perueniat ad Titium: tunc enim non filij filiorū, sed ipsi filij hæredes scripti intelliguntur rogari restituere hæreditatem si eorum filij decesserint sine filiis. arg. l. quoties. ff. de reb. dub. secundū Alex. in d. l. centurio. col. xxix. quod notandū est. Nam sæpe fit substitutio filiis filiorū & hæredum non institutis, neque substitutis, & si nō seruetur prædicta, viribus carebit substitutio, vt per Alex. ibi, & cons. xcj. Ponderatis his. & cōf. cv. Perspectis. lib.

lib. j. Et comprobantur hæc ex relatis per Curti. d. consi. xlvj. Sæpè reuoluta. col. ix.

## CAVELA XX.

Quo remedio filius masculus tantū intelligatur substitutus, quando filia sunt instituta in re certa.

## S V M M A R I V M.

- 1 Soror instituta in re certa, succedit fratri unā cum alio fratre, etiam si fratres fuerint uniuersaliter instituti.
- 2 Pluralis numeri locutio in pluribus debet esse vera.
- 3 Numerus, an accipiatur pro singulari, an pro plurali ubi dictio est incisa.

**P**ARENTES soliti sunt filias instituere in re certa, vel eis certam summam pro dote, vel pro sua legitima, seu falcidia relinquere, & vires habet testamentum, secundū opi. magis communem, vt patet ex dictis per Alex. & Deci. in l. humanitatis. C. de impu. & aliis subst. & latius per Soci. tertiu. ff. de lega. j. in rub. col. ij. & in l. cum filiosa. col. iij. & v. Filios autem masculos uniuersales hæredes facere, & si quis eorum quodocunque decesserit sine filiis superstites substituere, tunc altero ex masculis defuncto sorores substitutione vnā cum vnico fratre superstite admittentur, quia illa locutio pluralis numeri in pluribus vera esse debet. l. vbi numerus. ff. de testa. c. pluralis. de reg. iur. lib. vj. Pau. de Ca. consil. cccclvj. Testamento Michaëlis. Sed si testator velit filium masculum duntaxat ex substitutione vocari, remedium est, † quòd substitutio fiat in numero singulari, dicendo, substituit superstitem. Sed & si incisè hoc

modo scribatur superstit. Idem iuris erit. arg. l. j. C. de impub. & aliis substi. secundum Bart. in l. fi. ff. ad Treb. cuius decisionem notabilem dicit Alex. in l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pup. fac. scripta per Cum. consi. xvj. Ioannes comprobantur quoque prædicta ex scriptis per Ias. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posthu. & per Soci. consil. cxxiiij. Fortes. lib. iij. & Deci. col. cclxxxvij. In ciuitate. col. pe. & consi. dcxxvij. In casu. col. ij.

## CAVTELA XXI.

Quibus remediis vtrinque coniuncti in successione ex substitutione aliis præferantur, & proximi testatoris in re dubia vocati censeantur.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Substitutio habet vim iuris accrescendi.*  
*Frater utrinque coniunctus quando præfertur aliis in substitutionibus.*
  - 2 *Substitutio dubia declaratur ab institutione præcedenti.*
  - 3 *Testatoris proximitas, an heredis in fideicommissaria substitutione inspiciatur.*
- S**I filios ¶ ex diuersis matrimoniis procreatos pater instituat, eosque inuicem substituatur ad portionem deficientis non solum vtrinque coniuncti, sed omnes superstites æquè admittuntur, quia substitutio habet vim iuris accrescendi. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vul. & pup. & vbi agitur de iure accrescendi, accrescit portio portioni. l. si Titio vsufructus. §. si. ff. de vsufu. vt per Bart. & Ale. in l. Lucius. in fi. ff. de vulg. & pupil. Sed si testator vtrinque coniunctum præferri velit ex substitui

substitutione vulgari remedium est, ¶ quod institutio filiorum vtrinque cõiunctorum fiat separatim, sic enim substitutio dubia declarabitur ab institutione præcedenti, d. §. qui discretas. & per docto. in l. fi. ff. ad Trebel. & comprobatur remedium hoc ex dictis per Dec. consi. clxxxvj. Et diligenter. & per Ias. consi. cxliij. Spectabilis. par. ij. Et hoc in vulgari substitutione necessarium est. In pupillari namque substitutione vtrinque eoniunctus præfertur aliis, quia per eam de successione pupillari tractatur, & censeatur testator voluisse præferri vtrinque coniunctum, iuxta auth. itaque. C. commun. de success. & hoc tenet Bart. in l. re coniuncti. col. vlt. ff. de legat. iij. ¶ In fideicommissaria verò substitutione ius ambiguum videtur esse. Nam quidam proximitatem testatoris in ea inspicere putant, vt per Deci. consil. ccciiij. In casu proposito. col. j. quia in ea de testatoris hereditate agitur. & per Alexand. consi. xxx. Viso testamento. col. ij. li. ij. per d. l. cohæredi. §. cum filia. Sed Socin. in l. si cognatis. circa fi. ff. de reb. dubiis, decidit ex substitutione fideicommissaria eos præferri, qui heredis proximiores sunt. per l. cum ita. §. in fideicommissio. ff. de leg. ij. & c. j. de nat. success. seu. verior tamen, & communior opi. est, quod in substitutione fideicommissaria ipsius testatoris tantum proximitas attendatur. vt patet ex alleg. per Alex. consil. ccciiij. Ponderatis. lib. vj. & Ias. consi. clx. Oldericus ij. parte. Cautius tamen est, quod testator manifestioribus verbis declaret, quid velit, & sentiat, nam voluntas defuncti in vltimis voluntatibus totum facit. l. ex

facto proponebatur. ff. de hared. instit. secundum Soc. d. conf. cc.lix. col. j. vers. sed arbitror.

## CAVTELA XXII.

Quo remedio fœminæ ab hareditate restituenda familiæ repellantur.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Familia appellatio continet etiam fœminas.*
- 2 *Fœminæ non sunt de stipite seu cippo domus.*  
*Masculi agnati quomodo substituuntur ad excludendas fœminas.*
- 3 *Neptis quoque ex filio uocabitur ad hareditatem ex substitutione descendantium per lineam masculinam.*  
*Masculina linea utrum comprehendat neptes ex masculo.*  
*Descendentes per lineam masculinam dicuntur etiam neptes ex masculo.*
- 4 *Linea masculina quos comprehendat.*

1 **A**D fideicommissum † relictum his, qui de familia sunt, fœminæ quoque descendentes ex masculis admittuntur, quia familiæ appellatio ad fœminas quoque refertur. l. pronunciaro. ff. de verb. sign. l. voluntas. & ibi doct. C. de fideicom. Sed si testator pro conseruanda dignitate agnationis suæ velit masculos agnatos, & non fœminas ex fideicommissaria substitutione succedere, 2 **remedium est**, † quod testator substituatur ipsum agnationis stipitem, quem vulgò dicimus cippum domus, sic fœminæ non comprehenduntur verbis substitutionis, quia mulier ramusculis, & frondibus, & non stipiti comparatur, vt dicit Corn. consil. lv Pro decisione. col. iij. lib. j. & consil. xcvj. Licet videatur. col. iij. ver. vt tunc pondero. lib. iij. Et si

† Et si testator substituatur descendentes per lineam masculinam, neptis quoque ex filio masculo ad hareditatem ex substitutione vocabitur, per not. per Bal. in l. Gallus. §. nunc de lege. col. ij. ver. sexto & ultimo. ff. de libe. & posthu. Sed si testator neptem admitti nollit, remedium est, quod ita substitutionis verba concipiat, videlicet, substituit masculos per virilem sexum descendentes per not. per Bald. in auth. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccle. Spec. in titu. de loc. §. nunc aliqua. quæst. cxlvj. Alexand. & Ias. in d. §. nunc de lege. & Alex. consil. xliij. Consideratis his. li. iij. & Soci. consil. ccxxvij. Præsens consultatio. col. viij. versu. confirmantur optimè. parte ij. † Et notandum est, 4 quod si testator substituatur lineam masculinam intelliguntur etiam substituti agnati ex linea transfuersali, quia indefinita æquipollet vniuersali, l. si pluribus. ff. de leg. ij. Cuma. consil. ij. Proponitur. Sed si testator aliud sentiat, substituatur masculos ex ipso testatore descendentes, per ea quæ scribit Decius consil. ccclxxix. Requisitus. col. ij.

## CAVTELA XXIII.

Quo remedio spes substitutionis conditionalis fiat transmissibilis ad haredes.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Substitutus moriens antequam substitutionis casus eueniat, spes substitutionis expirat, & non transmittit eam ad haredes.*  
*Substitutio quælibet dicitur conditionalis.*  
*Conditionale ius non transmittitur ad haredes.*

- 2 *Conditionalia non transmittuntur, etiam ad descendentes testatoris.*
- 3 *Substitutionis spes etiam deficiens quomodo transmittatur ad heredes.*
- 4 *Substitutio superstitum & pramortuorum liberorum in stirpem facit, ut fratrum filij una cum patruo succedant.*
- 5 *Substitutio facta per testatorem, ut locus semper sit iuri transmittendi ad heredes, operatur ut spes substitutionis nunquam pereat.*  
*Fideicommissum etiam non agnitum transmittitur ad heredes.*

x **S**I substitutus† moriatur antequam substitutio- nis casus eueniat, spes substitutionis expirat, & non transmittitur ad heredes, l. si ex pluribus. ff. de su. & legi. l. si in personam. C. de fideicomm. Bart. consil. xciiij. Punctus quæstionis. lib. ij. & consil. cccxl. Dicta domina. & consil. ccccxxxv. Punctus. in fin. lib. iij. & consil. cxv. Super isto. lib. v. Ratio est, quia substitutio quælibet dicitur conditionalis, l. cohæredi. §. cohæres ff. de vulg. & pup. & eius conditionale non transmittitur ad heredes, l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de lega. j. l. j. §. si autem sub conditione. C. de cadu. tollen. Ful. consil. xiiij. In quæstione. & conf. lxx. Proponitur Alex. conf. xlix. Viso themate. col. si. lib. vj. & consil. xxv. Quo ad vnum. & consil. cclij. Praclare. lib. vj. & Deci. consil. ccccxxxv. In causa mihi.

2 † **Q**uod procedit etiam si heredes substituti sint ex descendantibus testatoris, l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. gl. valde not. in l. j. C. de his qui ante aper. tab. & ibi Bal. & idem Bar. in l. j. col.

col. fin. ff. de leg. j. sequens Cin. in l. j. C. commu. de leg. Bald. in l. cum ex filio. ff. de vulg. & pup. Corn. consil. ccxlvij. Circa hanc. lib. j. & Soc. cōf. excvj Circa præmissa. & gloss. in d. l. j. communi- ter approbatur, vt per Alex. in d. l. cum ex filio. & improbatur gl. quæ contrarium sensit in l. is cui. ff. de actio. & oblig. vt patet ex alleg. per Deci. consil. ccxciiij. Pro vera. & consil. lv. Et pro te- nu. & Cur. consil. lxiiij. Antiquissima. col. xvij. & consil. lxxv. Dominus Ludouicus. Soci. in l. j. ff. de vulg. & pupil. Iaf. in l. si cui legetur. §. hoc au- tem. ff. de lega. j. & consil. lxxx. Iste casus. li. j. Et procedit etiam si testator substituisset filios, & heredes, vel eorum pramortuorum liberos, nec enim admittentur filij hæredis pramortui donec supersit aliquis ex filiis substitutis, & per not. in l. heredes mei. §. fin. ff. ad Treb. vt per Alexan. consil. xvj. Viso testamento. lib. vj. nisi iure accre- scendi hæreditatem habere possit filius substituti, l. qui patri. ff. de acqui. hæredi. quod mirabile dicit Bal. consil. ix. Factum tale est. lib. ij. quod ta- men limita, vt per Alexand. in d. l. qui patri. & per Bal. consil. xxvj. Non credo. lib. iij. & consil. xx. Vi- so processu. col. iij. lib. j. † Sed si testator velit spem 3 substitutionis transire ad heredes substituti, re- medium est, quod ita substitutio fiat, videlicet; substituit Titium, & eius liberos, & heredes, vt colligitur ex scriptis per Bart. & alios Docto. in l. Gallus. §. etiam. ff. de libe. & posthu. & Bald. consil. cclxvj. Proponitur. libro v. † Et si pluribus 4 hæredibus institutis pramorienti sine liberis alios testator substituatur, vt liberi pramortuorum cum

superstitibus hæredibus admittantur, ita scribatur, substituit superstites, & præmortuorum liberos in stirpem, vt per Soci. consil. lxxix. Viso testamento. col. ij. lib. iij. & est admodum æqua substitutio hæc, vt fratris filij vnà cū patruo succedant: auth cessante. C. de leg. hære. vt per Ful. consil. xv. Proponitur. Secundum remediū est, quod testator decernat in substitutionibus à se factis locum fore iuri transmittendi ad hæredes. Nam potest facere testator, quod id quod non est transmissibile transmittatur l. in conditionibus. ff. de cond. & demon. no. Bald. in l. si pater. quæ. 4. C. de insti. & sub. & in d. l. j. co. fi. C. de his qui ante aper. rab. & Dec. d. consil. cccxcvij. & consil. cxvij. Visis cō filiis. & consil. cccccxciiij. Viso testamento. Ias. cōf. iij. Dominus. lib. ij. & Ias. consil. liij. Ioannes. col. fi. lib. iij. Sufficit etiam tacita voluntas testatoris vt substitutionis spes transeat ad hæredes, quæ colligitur ex coniecturis, de quibus per Deci. consil. cccxcvij. Viso puncto. In fideicommissō autē cuius dies cessit in vita fideicommissarij, prædicta non sunt necessaria: nam illud etiam non agnitum transmittitur ad hæredes, l. cogi. §. idem Martianus. & l. apud Iulianum. §. vtrum. ff. ad Trebel. & Bar. in l. cū filiofamilias q. vj. ff. de leg. j. consil. xiiij. Ex facto proposito. in fi. & est communis opi. vt patet ex dictis & allega. per Soci. tertium in d. l. cū filiofamilias. col. antepen.

## CAVTELA XXIIII.

Quo remedio hæres hæredis in substitutionibus comprehendatur.

S V M

## S V M M A R I V M.

- 1 Hæres hæredis in substitutionibus quando comprehendatur.
- 2 Substitutus substituto an intelligatur substitutus instituto.
- 3 Hæredis appellatio an referatur etiam ad hæredes extraneos.

*Omnium appellatione nullus excluditur.*

**S**I testator filiam instituerit in re certa eique si decefferit sine liberis, substituerit vniuersalem hæredem, hæres hæredis non intelligitur substitutus si adiectum fuerit superscriptū, vel infra scriptum, aut dictum sit suum hæredem, vt per Old. consil. xxj. Thema tale. & Doct. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. fac. no. per Ale. in l. fin. C. de hæ. insti. At si pater velit ex substitutione filios quoque hæredis admitti remedium est, quod testator substituat hæredem eiusque liberos, vt colligitur ex dictis per Alex. consil. clxxiiij. Videtur. lib. iij. & Corn. consil. clxxx. Multitudo quesitorum. lib. iij. Hoc etiam remedio provideatur ne euanescat substitutio hoc modo facta, Lucius hæres esto, & si sine liberis decefferit, substituo Sempronium. Et si Sempronius sine liberis decefferit substituo Caium. Nam mortuo Sempronio superstitibus eius liberis si moriatur Lucius sine filiis ad hæreditatem ex substitutione, neque filij Sempronij admittentur, qui non sunt vocati, sed in conditione positi, l. Lucius. ff. de her. insti. cum ibi no. per glo. & Doct. & latè per Curt. consil. lxxiiij. Antiquissima. & Ias. in l. centurio. col. xxj. ff. de vulg. & pupil. vbi dicit hæc

*Communis opin.*

M 5

esse communem opi. quod melius explicabimus infra hoc tit. caut. xxxvj. neque Caius secundo loco substitutus hæreditatem habebit, quia deficit conditio sub qua vocabatur. l. qui habebat. ff. de vul. & pu. & quod dicitur ultimo loco substitutum subrogari per omnia in locum primi quando primus substitutus non admittitur, non procedit ubi impleta non est adiecta conditio, ut per Alex. in l. cohæredi. in princi. ff. de vulg. & pup. & ita limitatur doctrina Bar. in l. quandiu. ff. de acquir. hære. ut per Bal. consil. ccccxxvij. Quia in substitutione. lib. iij. & ad comprobationem doctrinæ Bart. in dicta l. quandiu. vide scripta per Pau. de Cast. consil. cccxlix. Præfens dubiū. & per Deci. consil. ccccxxvij. Licet in casu. in fin. ubi dicit opi. Bar. cõmuniter approbari, & cõs. ccxxvij. Proponitur. Et licet Old. consil. ccxxvij. Testator. contrariam opi. tenuerit, tamen à doctrina Bart. non est recedendum, ut dicit. Ias. consil. cxxxij. Salomon. & cõs. cxlvij. Nobilis. j. par. † Et quoniam hæredis appellatio ad extraneos quoque hæredes refertur, l. in annalibus. C. de lega. & per Ful. consil. xvij. Testator. Dubium oritur ex substitutione sic concepta. Titium hæredem instituo, & si decesserit sine filiis, substituo Lucium, & eius hæredes, utrum intelligantur substituti etiam extranei hæredes Lucij, ut sensit Bar. in l. Gallus. §. etiam. col. ij. ff. de lib. & post. arg. l. publius. in fin. de condi. & demonstra. & Paul. de Cast. consil. clxxxvij. Videtur dicendū. Articulus dubius est: nam multi contrariam sententiam sequuntur, ut patet ex dictis per Doct. in d. §. etiam. & per Ful. consil.

Comunis  
opin.

consil. lvij. Paterfamilias, & Bal. consil. cclxvj. Proponitur. lib. v. Sed si testator nolit ex substitutione vocari hæredes extraneos, dicat, substituit Lucium, eiusque liberòs. Quod si etiam hæredes extraneos substituti nõ dubiè admitti velit, scribat, substituit Lucium eiusque hæredes omnes, & quoscunque. Nam qui omnes vocat nullos excludere creditur, l. Iulianus. ff. de lega. iij. c. solitæ. de maio. & obe. Et comprobatur hoc ex dictis, & allega. per Decium consil. ccxcij. In testamento Comitum.

## CAVTELA XXV.

Quo remedio substitutus non excludatur ob filios, qui momento post mortem patris vixerint.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Substitutus utrum excludatur ob filios hæredis qui momento post patris mortem uixerint.*
- 2 *Qualitas adiecta uerbo refertur ad tempus uerbi. Omissus casus remanet in dispositione iuris communis.*
- 3 *Clausula deficientibus liberis prolata sine præfinitione temporis, tempus omne completitur.*
- 3 *Substitutio facta sub conditione si hæres decesserit sine filiis, evanescit existentibus filiis etiam non succedentibus.*

**S**ubstitutio † sic facta, si hæres scriptus sine liberis moriatur, expirat, si mortis tempore scriptus hæres filios reliquerit, quâuis illi statim mortuo patre decesserint sine liberis, quia conditio substitutionis impleta non est. Nam qualitas adiecta uerbo, refertur ad tempus uerbi. l. ex facto. §. si quis

si quis autem. ff. ad Treb. fac. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. Præterea casus omniſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, l. commodiſſimè. ff. de libe. & poſth. & ſufficit momento liberis patri ſuperuiſſe ad excluſionem ſubſtituti. arg. l. ij. C. de poſth. hære. inſtr. l. quæ duos. ff. de reb. dub. & l. inter ſtipulatè. §. ſacram. ff. de ver. ob. vt per Doc. in c. j. §. quin etiam. Epif. vel Abb. in vſi. feu. Old. conſi. xxj. Thema tale eſt. Ful. cõſ. xlvj. Andreas. cum in hunc caſum teſtator nõ pro uiderit, l. quidam cum filium. ff. de hæ. inſtr. vt per Deci conſi. lxij. Diligenter conſyderatis. col. ij. cū alleg. per eum ibi, & conſ. cxxvij. In caſu. col. ij. & conſi. cclxix. Conſultus ab illuſtri. col. v. conſ. ccxcj. Viſis. col. ij. & conſi. ccccxiij. Viſo eleganti conſilio. col. ij. & quòd ita euaneſcat ſubſtitutio, tenent quoque alij relati per Alex. conſi. xx. Ponderatis his. lib. iij. & per Barb. in c. Rainutius. col. xxxiiij. de teſta. Sed ne ſubſtitutio euaneſcat, remedium eſt, quòd teſtator ſubſtituat liberis hæredis, & illis morientibus ſine liberis aliũ quem velit ſubſtituat, vt colligitur ex ſcriptis per Corn. conſi. cxlvj. In hac conſultatione. col. j. li. ij. & per Abb. conſi. iij. Venio ad primum. lib. j. & Deci. conſi. lxiiij. Pro tenui facultate. colum. ij. Secundum remedium eſt, ¶ quòd ſubſtitutio fiat in defectum liberorum, vel deficientibus liberis hæredis inſtituti, tunc enim quandocunque liberi hæredis defecerint, ad hæreditatem vocabitur ſubſtitutus, vt per Soci. in l. ſolemus. ff. de cõditio. & demõ. Ale. conſi. xliij. Conſyderatis. col. ij. lib. iij. & conſi. cj. Super primo. colum. iij. li. vij. & Deci. conſi. 594. Viſo

Viſo teſtamento. colum. ij. Nam clauſula illa deficientibus liberis prolata ſine præſcriptione tẽporis tempus omne complectitur, l. j. §. generaliter. ff. de lega. præſt. Zab. conſi. xlix. Anno ab incarnatione, col. ij. Et ſciẽdum eſt, ¶ quòd etiam filij qui 3 volunt vel non poſſunt hæredes eſſe, huiuſmodi conditionem ad excluſionem ſubſtituti deficere faciunt, l. filiuſfamilias. §. cum quis. & illi Bart. ff. de leg. j. & per Deci. conſi. cccclxxxij. Viſo puncto. col. ij. quamuis Cuma. aliter ſenſerit cõſ. cxxj. Gerardus quondam. Quare ſi teſtator velit eo caſu ſubſtitutum non excluſi, verba conditionis ita concipienda ſunt ſi hæres ſcriptus deceſſerit ſine liberis & hæredibus, per no. per Bar. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. lib. & opi. hæc communiter approbatur, vt patet ex alleg. & dictis per Iſo. conſi. lyij. In cauſa mora. lib. j.

Comunis opin.

#### CAUTE LA XXVI.

Quo remedio fideicommiſſum vires habeat etiam hæreditate non adita.

#### § V M M A R I V M.

- 1 Fideicommiſſaria ſubſtitutio euaneſcit ſi hæres ſcriptus moriatur hæreditate non adita, limita ut ſibi.
- 2 Fideicommiſſum ab hæredibus ab inteſtato repetitum cenſetur uirtute clauſulæ codicillaris. Aditto hæreditatis ex teſtamento non eſt neceſſaria, ubi eſt clauſula codicillaris. Fideicommiſſa quando d-bentur hæreditate non adita.
- 3 Fideicommiſſa & legata omnia uidentur repetita ab his qui ſunt ab inteſtato ſucceſſuri, licet ex teſtamen

*stamento nõ adatur hæreditas, si testatoris iuramento confirmetur testamentum.*

4 *Donatio causa mortis non requirit hæreditatis aditionem.*

5 *Fideicommissa debentur etiam hæreditate non adita per abintestato successuros, si sic fuerit a testatore dispositum.*

6 *Fideicommissario consulitur contra hæredes hæredis minoris qui decesserit hæreditate non adita.*

1 **F**ideicommissaria substitutio euanescit si hæres scriptus moriatur hæreditate non adita, Lille. §. si de testamento. ff. ad Treb. vbi Docto. & Alex. confi. j. col. iij. li. j. Sed ne hoc modo fideicommissum reddatur inutile, remedium est quod fiat substitutio cõpendiosa veluti si dicatur quan docunque hæres decesserit, Lucium substituo. Nã hærede scripto non adunte vulgaris erit substitutio, & ex ea substitutus hæreditatem obtinebit, per no. per Docto. in l. centurio. ff. de vulg. & pup. & in l. precibus. C. de impube. & aliis substi. & in c. Rainutius. & c. Rainaldus. de testa. Bal. conf. ccccviij. Factum tale est. lib. ij. Alex. confi. xxij. Vis. col. ij. lib. iij. Deci. confi. ccxxvij. In casu proposito. Calca. confi. cvj. Tradita sunt. Secundum

2 remedium est, quod adiiciatur clausula codicillaris per quam fideicommissum ab hæredibus ab intestato repetitum censetur, l. ex testamento. C. de fideic. Bar. in l. j. ff. de iure codi. & in auth. ex causa. C. de lib. prate. ita dicit Soc. consil. ccxviij. Consideratis. col. iij. cum allegatis per Alex. cõf. iij. Attentis narratis. col. ij. lib. vij. Intelligitur ta-

men

men facta repetitio sub eisdem conditionibus, ideo si testator ita substituerit, si hæres decesserit sine filiis, & hæres scriptus cum filiis decedat ante aditam hæreditatem, vi huius clausulæ hæreditatem fideicommissarius non habebit, secundum Soci. in præallegato consil. ccxviij. col. v. Et est notandum quod idem operatur clausula illa, videlicet voluit valere iure cuiuslibet vltimæ voluntatis. Nam vltimæ voluntatis in genere reperitur, gl. & doct. in l. licet inter priuatos. C. de pact. & per Barb. in ru. de testa. fo. 17. ver. iij. limita. Tertium remediũ est, quod testator iuramento confirmet testamentum, tunc enim videntur fideicommissa & legata omnia repetita ab his qui successuri sunt ab intestato, & vires habent, licet ex testamento non adatur hæreditas, vt per Barbat. in rub. de testamento, fo. 18. ver. octauo limita argum. l. cum pater. §. filius matrem ff. de lega. ij. Quartum remedium est quod adiiciatur clausula: voluit etiam valere iure donationis causa mortis solenni modo, vt sæpe docuimus, nam donatio causa mortis non requirit aditionem hæreditatis, l. j. ff. qui si manu. ad liber. peru. cū aliis allegatis per Barb. in rub. de testa. fo. 18. ver. xx. limita. Quintum remediũ est quod testator disponat fideicommissa deberi etiam hæreditate non adita ex testamento per eos qui succedent ab intestato per not. per Bar. in l. pactum inter hæredes. ff. de pact. & sic concepta clausula non obstabunt dicta per Ang. in l. eam quam. C. de fideic. & per Barba. in rub. de testa. col. pen. illud etiam notandum est quod si hæres scriptus esset minor, qui non adita



adita hereditate decesserit fideicommissarius posset cogere minoris heredes ad petendum restitutionem in integrum aduersus hereditatis aditionem non factam, & illa obtenta heredes minoris hereditatem adibunt & fideicommissario restituent, & quod sit concedenda restitutio probatur in l. qui duos. & ibi per Barto. ff. de reb. dub. facit ad id l. Pantonius. ff. de acquir. hære. no. per Bart. & docto. in l. si infanti. C. de iur. delibe. & remedium hoc eo casu competere scribit Alex. in d. §. si de testamento.

## CAUTE LA XXVII.

Quo consilio uti debeat testator ut substituti admittantur quemadmodum succederent intestato.

## S V M M A R I V M.

1 *Substitutis agnatis, familia, seu stipite domus testatoris præferuntur remotioribus in gradu proximiores.*

*Filij fratris an succedant unâ cum patruo ex substitutionibus.*

*Successio ex testamento an reguletur secundum naturam successionis ab intestato.*

2 *Successio ubi sit in capita erit in stirpes uoluntate testatoris.*

**S**ubstitutis agnatis seu familia aut stipite domus testatoris proximiores in gradu remotioribus præferuntur, l. peto. §. fratre. ff. de le. ij. ut per Doct. in l. Gallus. §. quidam. ff. de lib. & posthu. & Barb. in c. Rainutius. col. xxiiij. de test. & regula. §. cum filius. Inst. de hær. quæ ab intesta. in substitutione fideicommissaria non procedit, l. cum ita.

§. in

§. in fideicommissio. ff. de lega. ij. & licet ibi glo. dicat quodocunque qui sunt in gradu impari, æqualiter admittuntur ut fratrum filij cum patruis, non est putandum gl. sensisse id procedere in successione ex testamento, sed quando succeditur ab intestato, nam gl. intelligenda est secundum legem quam allegat, ut per Bar. in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de lib. leg. & videtur facienda distinctio, & differentia inter successionem testamentariam, & legalem, quia præsumitur ad proximiores maior affectio testatoris, ut patet ex dictis Bal. in d. §. in fideicommissio. & ex allegatis per Ale. cõsil. iij. Ponderatis col. iij. lib. iij. & consil. cxxix. Perpectis his. lib. v. & consil. lxxxviii. quod concurrere. & consil. cxxxvij. Præclarè. lib. j. & quod in fideicommissio filius non assumat locum patris sui dicit esse magis communem opin. Dec. consil. j. col. iij. & consil. ccxvij. In casu proposito. & consil. cccxix. In causa. & consil. ccccviii. In presenti. in fi. ubi dicit ita per Rot. iudicatũ fuisse Romæ. & consil. ccccxiij. Viso eleganti, rationibus, & authoritatibus per eum relatis. Sed contrariam opin. veriorem esse arbitror, quia successio, ex testamento regulatur ex natura successionis ab intestato per doctrinam Bar. in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib. Doct. in l. Gallus. §. qui dam. ff. de lib. & posth. Soc. consil. xc. Abundè. & Io. de Imo. in d. §. cum ita. Præterea non videtur minor affectio aui ad nepotes quàm ad filios liberorum. ff. de verb. sign. & quod in fideicommissaria substitutione filius succedat in locum patris

N

sui esse magis commu. opi. dicit Alex. consil. xxvj. Videretur. col. pen. lib. iij. & Ias. cōf. clvij. Magnifica. col. ij. par. ij. † Quæstionis igitur tollendæ gratia cautus testator aperiat mentem suam, & si nolit nepotem pariter cum patruis ex substitutione vocari, adiiciat verba hæc, salua gradus prærogatiua, ita vt remotiores non possint ex persona patris cum proximioribus in successione concurrere, aut testator substituatur proximiores suos, l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de lega. ij. Bal. consil. cccclxxxvij. Casus talis est. lib. iij. At si contrarium velit declaret ex substitutione succedendum esse secundum regulas successione ab intestato, seu eo modo quo successuri essent ab intestato, & cessabit quæstio vbi testatoris manifestus erit sensus, vt colligitur ex dictis, & allegatis per Deci. d. consil. j. lxxxix. Diligenter viso puncto expedit quoque, quod testator declaret vtrum velit succedi in capita, an vero in stirpes, potest enim testator etiam circa hoc immutare ius commune, vt per Alexan. consil. lv. Perspectis his. col. ij. lib. iij.

## C A V T E L A X X V I I I.

Quo remedio restitutioni, prælegata quoque, & fideicommissa ex fideicommissaria substitutione subiaceant.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legata prælegata, seu fideicommissa utrum subiaceant restitutioni ex fideicommissis.
- 2 Quarta deductione permittentur omnia. Quartam fideicommissarius fideicommissario non detrahit.
- 3 Impersonalis loquutio quid operatur.

Hære

**H**æreditatem † restituere rogatus quod iure legati vel fideicommissi ceperit restituere non teneatur quia hæreditatis appellatio neque ad legata, neque ad fideicommissa porrigitur, l. si Titius. ff. de lega. iij. Sed si testator velit substituto legata etiam & fideicommissa restitui, remedium est quod testator roget hæredem suum restituere simpliciter, ea que ad eum ex testamento peruenerint, l. hæredes. §. cum ita. ff. ad Treb. vt per Bar. & Ale. in lege Marcellus. §. quidam. ff. ad Treb. & per Bart. consil. cxxlv. Dominus Cato. Bal. consil. xciiij. Punctus quæstionis. in fi. lib. ij. & consil. xl. in legitima. lib. iij. Alex. consil. xxxij. Videretur super dicto. li. iij. Secundum remedium est, † quod testatur vtatur verbis generalibus, veluti, si ita roget, volo hæredem restituere quicquid acceperit, l. cum virum. C. de fideicom. vt per Ale. in d. §. quidam. & Dec. consil. lxxx. Visis duobus. & consil. lxxxvj. Viso puncto. cum allegatis ibi per eum, & per Corn. consil. cv. Licet in hac. lib. iij. & de hac materia vide Bart. in d. §. quidam. cuius doctrina communiter approbatur, vt dicit Ias. consil. clxxv. Egregius. ij. parte. & per Dec. d. consil. lxxx. & consil. ccliij. Viso puncto. & Ias. consilio lxxxix. Aggredior. li. j. & verbis ita vniuersaliter conceptis tenebitur hæres substituto restituere quicquid habuit, tam ex substitutione pupillari, quam fideicommissaria detracta tamen hoc casu legitima, ac Trebellianica si prohibita non sit nõ solum ex parte hæreditaria in qua ipse hæres fuerat institutus, verum etiam ex portionibus præmortuorum cohæredum. Omnia nanque per-

N 2

miscentur in deductione quartæ, l. in ratione. §. quod vulgò. ff. ad leg. Falcid. secundum Bal. conf. cj. In dicto testamento. lib. iij. cuius opi. non videtur tuta, quoniam fideicommissarius fideicommissario secundo quartam non detrahit. l. j. §. denique. ff. ad Treb. & ibi per Alex. præterquam vbi heres primo fideicommissario Trebellianicam nõ detrahit secundum commu. opi. vt per Soci. tertium l. cum filiosa parte iij. col. si. ff. de legat. j. Tertium remedium est, i quodd testator mandet herede moriente sine liberis ad proximiores liberè deuenire hereditatem, & bona sua impersonaliter loquendo. runc enim omnia comprehenduntur quæ fuerunt testatoris, & fideicommissio subsistebunt. Cuma. consi. iij. Testator. arg. not. in l. Lucio. ff. de legat. ij.

## CAUTE LA XXIX.

Quo remedio breuiloqua substitutio impuberibus facta etiam substitutionem fideicommissariam comprehendat.

## S V M M A R I V M.

1. *Substitutio breuiloqua facta impuberibus continet etiam fideicommissariam, si addatur clausula codicillaris.*
  2. *Clausula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, quid operatur.*
  3. *Substitutio fideicommissaria continetur in substitutione breuiloqua propter compendiosam.*
- 1 **S**I testator filios impuberes instituerit, eosque inuicem substituerit, his verbis vulgaris, & pupillaribus tantum substitutiones inter impuberes, inter puberes autem solum vulgaris factæ censeantur,

tur, & si alter sine liberis moriatur post pubertatē, alter ex substitutione nõ succedet. l. iam hoc iure. ff. de vulgari & pup. vbi Bartol. & ita dicit se consuluisse idem Bar. in l. hereditatem. C. de impu. & al. subst. Io. de Ana. cons. xlvj. Circa primum. & est communis opi. vt dicit Ias. in l. Lucius. col. antepe. ff. de vul. & pu. licet affirmet stricto iure posse sustineri, q̄ fideicommissaria quoq; substitutio contineatur. Dicit tamē non esse à communi opi. recedendū. Sed vt breuiloqua substitutio adueniente pubertate in fideicommissum conuertatur remediū est quodd adiiciatur clausula codicillaris ita concepta si non valet, vel valebit iure testamenti, valeat iure codicillorū. Hac enim clausula adiecta post pubertatē substitutio valebit iure fideicommissi, decedente aliquo ex cohæredibus sine liberis, l. si frater. vbi hoc tenent Raph. & Philip. Cor. C. de fideicom. quos refert & sequitur Socr. consi. vj. In præsentia consultatione. lib. iij. Sed si per verba præsentis temporis clausula hæc concipiatur, non operabitur hunc effectum, vt patet ex allegatis per Deci. cons. ccxcj. Visis & diligenter. col. ij. Secundum & tutius remedium est, quodd testator vtatur illis verbis; substituit eos inuicem vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum Nam sic videretur etiam facta substitutio fideicommissaria in tempus mortis ei qui sine liberis decederet, vt per Fulg. consil. xlij. in primo. col. ij. & Ale. consi. ccviij. Ponderatis. lib. vj. & hoc operatur illud verbum per fideicommissum, vt per Dec. consil. lxxxvj. Viso puncto. col. j. remedium etiam est, quodd breuiloqua substitutio fiat verbo habente

tractum futuri temporis cum commemoratione mortis: vt si testator dicat quādocunque alter ex heredibus deceſſerit sine liberis alterum ſuperſtitem ſubſtituo, tunc enim propter compendioſam etiam fideicommiſſaria ſubſtitutio cōtinetur, vt per doct. in d. l. Lucius. & iſta eſt vera, & commu. opi. vt dicit Iaſ. cōſ. cxxxiiij. In cauſa quæ. lib. j.

## CAUTE LA XXX.

Quo remedio mater filio impuberi non inuoluntate ſubſtituat.

## S V M M A R I V M.

1 Mater filio impuberi pupillariter ſubſtituere non poteſt.

Mater filios in poteſtate non habet.

2 Legitima patitur temporis dilationem, quando mala mente non eſt adiecta dilatio.

3 Mater quando poſſit filio pupillariter ſubſtituere.

- 1 **M**ater filio impuberi pupillariter ſubſtituere non poteſt, quia fœminæ filios in poteſtate non habent. §. fœminæ. inſtit. de adop. iuncta l. moribus. ff. de vul. & pup. Sed remedium eſt, q̄ mater filio heredi inſtituto ſubſtituat verbis obliquis. §. extraneo. inſtit. de pupil. ſubſt. Cald. conſil. xj. Quia ſubſtituit. de teſta. Secundum remedium eſt, q̄ quod filius à matre inſtituatur in diem, hoc eſt cum ad pubertatem peruenerit, & alius ſubſtituatur, ſi pupillus heres non erit. & ita ſubſtitutus hereditatem habebit filio impubere decedente, ſimile conſilium datum fuit à iureconſulto, cum pater veller ſubſtituere filio emancipato. l. cum ex filio. ff. de vulg. & pup. & mater hoc modo ſubſtituens cauſam adiciat, dicatq; ſe ita inſtituere filium,

lium, ne vitæ filij ſucceſſuri ab inſtato moliantur inſidias. Sic non poterit conqueri filius quaſi præteritus interim ſit. Nec dies etiā quantum ad legitimam reicietur, cum tempus non mala mente inſtitutioni adiectum ſit, ſecundum Ale. & Iaſ. in d. l. cum ex filio. per l. ſi patronus. §. ſi quis nō mala mente. ff. de bon. lib. & l. mulier. ff. de lib. & poſth. & ibi doct. Tertium eſt remedium q̄ quod mater à principe impetret priuilegiū ſubſtituendi pupillariter impuberi filio. arg. l. ex facto. cum ibi irradis. per doct. ff. de vulg. & pup.

## CAUTE LA XXXI.

Quo remedio fideicommiſſarius nullam detractionem Trebellianicæ vel legitimæ patitur.

## S V M M A R I V M.

1 Quarta Trebellianica poteſt ab herede rogato hereditatem reſtituere, detrahi.

Quarta due detrahi poſſunt ibidem c. nu. 5.

2 Quarta detractionem quādo fideicommiſſarius non patitur.

3 Quarta Trebellianicæ detraçtio prohiberi poteſt. num. 4.

4 Legitime detraçtio in reſtitutione hereditatis ex fideicommiſſaria ſubſtitutione quo remedio ceſſet.

5 Quarta canonica ex legatis ad pias cauſas prohiberi non poteſt.

**H**eres rogatus hereditatem reſtituere ex ſenatusconſulto Trebelliano, quartam retinere poteſt, §. ſed quia ſtipulationes. inſtit. de fideicom. hære. & ſi filius ſit, vltra Trebellianicam poterit detrahere legitimam, quando vtriuſque quartæ detraçtio eodem tēpore non concurrat. c. Rainu-

tius, & c. Rainaldus. de testa. doct. in l. quanquam. C. ad leg. Fal. Bal. cōf. cccclxxviii. Factum super quo. lib. j. Bart. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. Fulg. con. xxvj. Stante statuto. cū allegatis per Alex. in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad leg. Fal. & conf. xliij. Attēta. in fi. lib. ij. vbi dicit ius deducēdi quartā transire ad heredes per tex. in l. quanquam. C. ad leg. Falc. & conf. cxliij. Circa primam dubitationē col. iij. li. ij. & hęc est cōmunis opi. quam approbavit vsus mundi volentis in hoc stare canonibus, vt legitur inter consi. Bal. consil. cclxxxij. Quidam Ser Cola. & cōf. cccclxxvij. Quidam Alex. lib. iij. † Sed si testator velit sine Trebellianicā detractiōne hęreditatem ad fideicōmissarium peruenire remediū est, quōd detractiōnem Trebellianicā expressē prohibeat, quōd facere potest. §. si verō expressim. in auth. de hęc. & Falc. secundūm glo. in d. §. sed quia stipulatōnes. in versi. liceat. Bart. in auth. sed cūm testator. C. ad leg. Falc. & opinio hęc ratione nō caret, quia tex. in §. si expressim. loquens in Falcidia est ad Trebellianicam extendendus. Nā per hoc ad ius commune reuertimur. l. verbis. ff. de verb. sig. & vbi reditur ad ius cōmune, lex noua etiā correctoria recipit extensionē glo. in c. statutū. de pręb. lib. vj. maximē vbi sublata significatione vocabuli casus de quo fit extensio cōprehenditur. glo. in cle. j. de elect. & appellatiōē Falcidię ad Trebellianicam portigi certum est per not. in authent. vnde si parens. C. de inoffi. testa. & opinionem hanc communiter approbari dicit Alexander in l. Marcellus. ff. ad Treb. post Io. de Imo. ibi. & quōd ista sit

commu

communis opinio dicit etiam Barba. consi. x. Ilud. col. x. li. iij. & Iaf. consil. lxxxiiij. Omiffa. col. viij. parte j. & consi. cxlvj. Pręsupposito. ij. parte. Et notandum est, † quōd si testator hęreditatem restituī mandauerit totam, vel integram, vel pleno iure, vel vsus fuerit his verbis restituar omnia bona, vel residuum bonorum, aut quicquid ex bonis peruenerit: videtur Trebellianicam prohibuif se per ea quę not. glo. in l. decem. ff. de fideic. libertat. quam singularem esse dicit Ange. ibi & Bald. in dicta auth. sed cūm testator. facit l. fi. C. ad leg. Falci. & hoc approbat Alex. in l. centurio. col. xxij. ver. nota tamen. ff. de vulg. & pupi. & cōf. ccj. Perspectis verbis. col. j. libr. vj. & communem sententiam hanc esse scribit idem Alex. consil. v. Circa primum. versi. bene facit lib. iij. fac not. per Alex. consi. cxxxij. Super quę sitis. lib. v. & comprobatur ex aliis relatis per Corfe. in tracta. de potesta. reg. q. lxxxij. §. ij. licet contrarium teneat Lud. Rom. consil. lxxv. Nescio. & consi. lxxix. Totum fundamentum. & consi. ccxxxix. In re hac. & Feli. in c. auditis. col. iij. de pręscri. & Iaf. consil. lxxxiiij. Puto cum aliis allegatis ab eo. lib. j. Cautius tamen est geminare verba iubendo totam, & integram hęreditatem plenē restituī, per l. si post manumissionem. ff. ad leg. Falci. & l. Balista. ff. ad Treb. fac. not. per Alex. in d. l. centurio. col. xxij. ver. nota tamen. & melius per Corne. consi. ccvij. De pluribus. col. iij. ver. Possēt quis instare. lib. ij. Prohibuif etiam Trebellianicam intelligitur testator prohibendo bona alienari, authen. sed in ea re. C. ad leg. Falc. Zab. consil. cxij. Respōdeo.

Communis opi.

& Corf. d. q. lxxiiij. §. j. col. iij. Nullum autē tutius remediū est, quā expressa prohibitio detrahendi Trebellianicam. d. §. si verò expressim. vt per Iaf. d. c. lxxxiiij. col. x. † Et ignorandum nō est multos opinari, quòd prohibitio detractionis Trebellianicæ inefficax sit, quando filius primi gradus rogatur hæreditatem alteri restituere, per l. iubemus. C. ad Treb. & ibi hoc tenet Bald. & sequitur Alex. d. consi. v. in fi. & communiter opi. hanc teneri scribit Iaf. in d. l. Marcellus. & in consi. xcix. Dominus. parte ij. vbi dicit non posse hoc casu fructus in Trebellianicam imputari ex expressa voluntate testatoris. Er Deci. consi. lxxxj. In casu. col. ij. & consi. cxcix. Consultus. in fi. Quamuis Corf. d. q. lxxiiij. §. j. col. iij. per allegata per eū ibi dicat communem opi. esse in contrarium. & Ale. consi. xxix. Perspectis. lib. v. & Cor. consi. xxij. In hac consultatione. col. ix. lib. ij. Dec. autem consi. cccclxxx. In casu. nititur opiniones ad concordiam reducere, vt videre poteris: & nolo te ignorare, quòd nouissimis temporibus Rota cū iste casus vtilaretur coram ea, & dubitaretur an testator prohibere posset Trebellianicam in liberis primi gradus propter conflictum opinionum noluit causam sententia decidere, sed litigantes ad transigendum induxit, vt refert Casiod. in titul. de testa. decis. iij. vtrum Trebellianica. † Vt autem etiam filius primi gradus duas quartas non detrahat sed solam legitimam retineat, melius remedium est, quòd pater iubeat Trebellianicam in legitimam computari. potest enim testator facere per indirectum, quod directo prohibere nō posset.

Communis opinio.

Communis opinio.

fer. l. si debitor. cū ibi relatis per Alex. ff. ad leg. Falc. & per Barb. in d. c. Rainurius. fol. 30. Item notandum est, quòd † filius rogatus hæreditatem restituere post mortem suam potest legitimam detrahete. l. ex tribus. & l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. & ibi per Doc. & per Ful. consi. xix. Tertio principaliter. Sed vt in restitutione hæreditatis legitima detraçtio cesset, remedium est, quòd testator roget filium etiam legitimam restituere, adiiciendo quòd si onere fideicommissi filius non sit contentus, tunc intelligatur, & sit tantum in legitima institutus, & in residuo instituat, atque substituat quos per fideicommissum substituere proponebat. Nam si filius hæreditati se immisceat per approbationem testamenti non solum legitimam, sed & bona sua propria, & non à patre habita fideicommissario dimittere tenetur. Si ita iusserit testator, l. cohæredi. §. cū filiæ. cū glos. in ver. tenebuntur. ff. de vulg. & pup. l. ex facto. ff. ad Treb. l. Imperator. §. si centum. ff. de leg. ij. Deci. consi. delxxxvij. Visis & diligenter. Nec obstat consilium Deci. delxxxvij. Ad confirmationem. col. ij. vbi dicit filium non obstante approbatione testamenti posse legitimam detrahete. non responderetur, quòd illud potest procedere quando testator non rogasset filium expressè restituere legitimam substituto. Confirmatur prædicta ex dictis per Cuma. consi. xxv. Franciscus. & consi. lij. Ad primum quæsitum. Sic igitur poterit testator hæreditatem integram ad suos posteros, vel agnatos deuoluere, mortuo filio hærede instituto, & æquitatem habent remedia hæc, quo

quoniam agnationi bona sunt quasi debita, & rei pu. expedit bona agnatis deferri. Nam diuitiis familiarum dignitas conseruatur, l. j. §. si feruus. ff. de vent. in spi. in authen. de defen. ciui. circa prin. & in authen. vt omn. ob. iu. prou. §. j. fac. l. pietatis. C. de susp. ru. cum aliis allegatis per Barba. in rubrica de successio. ab intestato. col. iij. <sup>†</sup> Quarta autem canonica, quæ detrahitur ex legatis ad pias causas à testatore prohiberi non potest, c. of ficij. de testa. & ibi Docto. Si tamen pius testator pia legata vellet integra præstari, remedium est, q̄ leget personis, & non loco vel pro ornamentis ecclesiasticis, vt pro calice, patinis, vestibus, vel pro ecclesia reparanda, pro cruce, & fabrica ecclesie, vel aliorum piorum locorum, vel aliàs ad cultum diuinum. c. de his. cum ibi congestis per Barba. de testam. & Paul. de Castr. consil. cccxlij. Videtur mihi.

## CAVTELA XX XII.

Quo remedio hæreditatis restitutio nunquam fideicommissario necessaria sit.

## S V M M A R I V M.

- 1 Fideicommissarius ante restitutam hæreditatem ius in re non habet.
  - 2 Possessionem fideicommissarius etiam uniuersalis per seipsum nancisci non potest.
- Liberè quid significet. ibid. & nu. 3.

<sup>1</sup> Fideicommissarius <sup>†</sup> ante restitutam hæreditatem ius in re non habet, l. facta. & l. restituta. ff. ad Treb. & ibi. docto. & Paul. de Castr. consil. cxxxj. Viso puncto. col. iij. j. par. Corne. consil. ccj. Licet videatur. col. j. lib. j. nec autoritate propria potest

potest bona hæreditaria capere, l. Paulus. ff. ad Trebellia. vbi Alex. Bar. consil. xcj. In quaestione. & Alex. consil. xxxij. Viso processu. col. fi. ver. præterea dato. lib. iij. cum aliis allegatis per Deci. consil. ccccxxxvij. Accuratè. vbi tenet, quod si propria autoritate fideicommissarius capiat bona priuatur iure suo, argu. l. non est dubium. C. de legat. <sup>†</sup> Sed vt fideicommissarius non indigeat restitutione, & per seipsum possessionem rerum hæreditariarum nancisci possit, remedium est, quod ei in testamento detur licentia res apprehendendi propria autoritate secundum Ang. & Alex. in d. l. Paulus. per l. Titia. §. Lucius. ff. de lega. ij. Quod Ias. dicit esse signandum in repeti. l. nemo. ff. de lega. j. vbi dicit videri talem licentiam datam esse, si testator dixerit bona liberè deueniant, quoniã verbum liberè, facit non oportere licentiam requiri, c. quæ in ecclesiarum. cum ibi not. per Bal. de cõstit. c. de multa. cū ibi not. per Abb. de præb. quod confirmatur ex dictis per Barb. consil. xl. Clementissimi. col. xij. lib. iij. & Laur. Cal. consil. iij. quod dictus dominus. col. ij. Cautius tamen est, <sup>†</sup> quod <sup>3</sup> detur ad id expressa licentia vt tollatur quaestio voluntatis testatoris, nam posset quis non ab re dubitare, an verbo illo liberè, intelligatur data potestas sibi ius dicendi, vt per Cuma consil. cxliij. Anronius. col. iij. Verbum nanque hoc liberè, non simpliciter accipitur, sed restringitur ad alias leges de materia loquētes, c. ij. de feud. iunctis not. per Bart. in l. j. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & per Dec. consil. cxxj. Reuocatur. col. ij. Magis tamen placet opi. contraria, quoniã legatarius, & fidei

fideicommissarius non solum quando habent expressam licentiam à testatore, verum etiam ex cōiectura voluntatis possunt res accipere propria autoritate, vt patet ex allegatis per Deci. consil. cccxviii. Visa. col. j. Et si fideicommissarius timeret aliquod impedimentum sibi inferri in adipiscenda possessione, posset implorare officium iudicis, vt manu militari impedimenta remoueat, quod iudex facere debet, ita tenet Bald. consil. ccxxxiii. Veritas. lib. iij. arg. l. si. ff. de offic. procu. Cæsa. & l. quibus diebus. ff. de condition. & demonstration. fac. not. per Bald. & Alex. in l. si super. C. de transaction.

## CAVTELA XXXIII.

Quo remedio illegitimi comprehendantur in relicto familiae testatoris.

## S V M M A R I V M.

- 1 Spurij non dicuntur de domo seu familia. Familia appellatio non porrigitur ad spurios.
- 2 Spurij non admittuntur ad fideicommissum relicto familiae seu stipiti domus, nisi appareat ex mente testatoris.

**N**on legitimè nati nequaquã familię & agnationis nomine cōtinentur. Instit. de leg. agn. suc. §. qui vulgò Bar. in l. tutelae. de cap. dimi. cū alleg. per Imo. & Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. & per Docto. in l. si. C. de ver. sig. ideo ad fideicommissum relicto familiae, seu stipiti domus vulgò concepti nō admittentur, cū non dicantur de domo secundum iuris consonam interpretationem. Bart. in l. pronuntiatio. §. familia. ff. de verbo. signifi. Sed si testator ꝑ legitimè

timè natos velit saltem in defectum legitimæ prolis admitti, remedium est, quòd id exprimat & declarat: nam quando constat de mente testatoris etiam non legitimè nati vocabuntur ad fideicommissum relicto familiae, vt no. per Bar. in d. l. tutelae. & Imo. & Alex. in d. §. si quis rogatus. & per Soci. consil. cij. Visis. col. iij. lib. iij.

## CAVTELA XXXIII.

Quo remedio fideicommissarius ex codicillis cōsequi possit hæreditatem pupilli mortui integram, & sine detractioe legitimæ.

## S V M M A R I V M.

- 1 Pater, qui prius fecerat testamentum, non potest filio impuberi dire. & an substitutionem pupillarem in codicillis facere, secus per fideicommissum.
- 2 Legitima non subiacet fideicommissio, potest tamen testator rogando successuros pupillo, ut etiam legitimam restituant.

**I**mpuberi ꝑ filio pater qui prius fecerat testamentum, nō potest in codicillis directã pupillarem substitutionem facere, sed per fideicommissum substituere potest, l. hæreditatem. C. de codi. & eo casu si filius fuerit rogatus post mortem hæreditatem alteri restituere poterunt, hæredes eius legitimam deducere, l. ex tribus. C. de inof. testamen. Sed si testator velit contra fideicommissarium ab hæredibus pupilli legitimam non deduci, remedium est, ꝑ quòd non filius, sed successores eius rogentur hæreditatem restituere, tex. est no. in l. si fundum. §. fin. ff. de leg. j. & ibi latè per Ias. post Bar. & per Bal. consil. xxxix. Testator relinquit. lib. j. Paul. de Castr. consil. clxxxvij. In casu præ



Communi  
opini.

præsenti.col.vlti.& per Corn.conf.cxxxviij.Nul-  
li dubium.lib.iiij.& consil. clviij. Viso suprascri-  
pto.col.pen.lib.iiij.& est communis opinio,vt per  
Ias.in dicta lex tribus. planè in re dubia intelli-  
gur fideicommissum iniunctum non filio, sed eius  
hæredi.arg.l.quoties.ff.de reb dub.vt per Paul.de  
Cast.& Ias.in d.l.ex tribus.Alex.confil.lxviij.Con-  
syderatis.col.ij.& iij.lib.iiij.& Ias.in l.cohæredi.s.  
cùm filia.ff.de vulgar.& pupil.conf.xcix. Domi-  
nus.parte ij.cum relatis per eum, vbi dicit opin.  
hanc communem esse contra Bar.qui aliter sen-  
tit in l.cohæredi.s.cùm filia.ff.de vulgar. & pupil.

Communi  
opin.

CAVTELA XXXV.

Quo remedio hæres rogatus sub conditione  
restituere hereditatem à legatariis cautionem pe-  
tere impediatur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Hæres rogatus sub conditione hereditatem resti-  
tuere utrum impediatur petere cautionem à le-  
gataris.*
- 2 *Partem potest, qui totum potest.  
Legata pura an patiantur deductionem aliquam  
de consuetudine, si fideicommissum sit conditio-  
nale.*
- 3 *Consuetudo an probetur per dictum Doctoris scri-  
bentis sic de consuetudine seruari.  
Doctori asserenti aliquid de consuetudine seruari  
quando credatur.*

**H**Æres † cui alius substitutus est si decesserit  
sine liberis, potest, vt quidam opinatur, quar-  
tam deducere de legatis, non expectato mortis  
euentu, sed Bart.tenet contrarium, & dicit rece-  
ptum

prum esse, quòd ratione conditionalis fideicom-  
missi legatarij caueant de restituendo hæredi, si  
quid vltra Falcidiam eueniente conditione fidei-  
commissi eos cœpisse constiterit, l.j. s. si legata. ff.  
si cui plus quàm per l.Falc. & opi. hanc totus mû-  
dus seruat, vt post Bart. dicunt Pau. de Ca. & Ias.  
in l.Marcellus. s. idem Pöponius. ff. ad Treb. Sed  
si testator velit occasione fideicommissi cõditio-  
nalis non grauari legatarios ad huiusmodi cau-  
tionem præstandam, remedium est, quòd testa-  
tor legatariis, seu fideicommissariis remittat ne-  
cessitatem cauendi, l.ij. C. vt in pos. leg. vt per Ias.  
in l.nemo.col.vlti. ff. de lega. j. Secundum reme-  
dium est, † quòd mandat legata integra, & sine 2  
vlla diminutione persolui. Nam si testator in totum  
potest quartæ deductionem prohibere. s. si verò  
expressim. in auth. de hæred. & falci. facilius po-  
terit ex parte minuere, l. videamus. s. iurare. ff. de  
in lit. iur. hæc de iure scripto procedunt. De con-  
suetudine autem seruat, quòd vbi legata pura  
sunt, & fideicommissum est conditionale, nihil de  
legatis detrahatur, & quarta tantum deducatur  
ex bonis fideicommissario restituendis, & ita cõ-  
muniter seruari dicit Barba consil. lviiij. Illud. col.  
ij. & iij. lib. iij. Vti tamen dicto remedio expedit,  
quia sic legatarij releuantur ab onere probandi  
consuetudinem quæ aliàs probanda esset, † quia 3  
non creditur Doctõri dicenti aliquid de consue-  
tudine seruari, vt patet ex dictis per Alexand. in  
l. post dotem. ff. sol. matr. & per Dec. consil. cxlij.  
Et pro tenui. col. ij. & consil. clxxxv. Et pro tenui.  
in fi. & consilio cccij. In causa col. fi. & consil.

cccclxxij. Testator. col. ij. Et licet secundum quosdam assertio Doctoris inducat presumptionem, & transferat in partem aduersam onus probandi secundum veriores opin. & conclusionem hanc sequitur idem Decius consi. cccclix. In casu. & consil. dcxcv. Pro resolutione. Hoc tamen procedit tantum in Curia, in qua versatus est Doctor ille, qui suis scriptis de re aliqua esse consuetudinem attestatur, vt per Par. de Put. in tract. syndic. in vers. Doctor, seu aduocatus. Alex. consil. v. Circa primum. col. vlt. lib. iij. & Dec. consil. cccclxxij. Testator. col. ij. Et hoc modo posset procedere dictum Bar. in repe. l. de quibus. col. ix. ff. de legi. & ita seruauit tam in generali Curia prouincie Marchie Anconitanæ dum ibi essem auditor, & locum tenens reuerendissimi D. domini Ioannis Cardinalis Tranensis, tunc Legati iustissimi, optimique, eiusque prudentissimi, ac integerrimi vicelegati R. D. Bernardini Tempestiui, quam in Rom. Curia, dum ibi essem locum tenens reuerendissimi D. Hieronymi Ghinuti, tunc generalis auditoris Cam. Apostoli. nunc Cardinalis meritisissimi, re mature discussa cum excellentibus earundem curiarum aduocatis.

#### CAVTELA XXXVI.

Quo remedio positi in conditione vocati ex testamento censeantur.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Conditionalis oratio non disponit.*  
*Filij positi in conditione censeantur ex fideicommissa uocati.*
- 2 *Masculorum expressio an faciat filios hæredum intelligi*

*Intelligi uocatos ex fideicommissis in illa conditione, si decesserit absque filiis masculis.*

- 3 *Coniecturæ in fideicommissis habentur pro uoluntate testatoris expressa.*

**S**i pauper † filium hæredem instituat, eique si decesserit sine liberis substituatur, liberi ex filio non censeantur vocati ex fideicommissis ad hæreditatem aui, quia ea quæ sunt in conditione in dispositione non sunt, l. si quis sub conditione. ff. si quis omis cau. test. gl. in l. Lucius. ff. de hæc. instit. quæ cõmuniter approbatur, vt patet ex dictis & alleg. per Ias. in l. ceturio. col. xxj. ff. de vul. & pup. & Alex. consil. xcj. Ponderatis his. col. iij. lib. j. & consil. clxxxiiij. Viso. col. v. lib. ij. Dec. consil. ccxlij. In casu. Cur. consil. xliij. Prima fronte. col. vj. cum seq. & consil. xlvj. Sape reuoluta. col. vj. & consil. lxiiij. Antiquissima. Soci. consil. ciiij. Quoniã præsens. col. pe. & consil. cxvj. In causa filiorum. col. j. lib. iij. & Ias. consil. cxliij. Dominus Augustinus. col. iij. par. j. & quod hæc sit cõmunis opi. apparet etiã ex dictis & relatis per Cor. consil. ccvij. De pluribus. col. ij. lib. ij. Sed in contraria sententia uideatur esse gl. in l. si filius familias. §. cū quis. ff. de le. j. & quod liberi positi in cõditione censeantur ex fideicommissis vocati. Barb. dicit esse magis communẽ opi. rationibus & autoritatibus ab ipso relatis, cõf. lv. Præclarè. col. vj. li. ij. Sed si testator agnationi consulendo uelit liberos vocari ex substitutione ad succidendã omnem quæstionẽ, vt descendentes ex filio, & hæredes ex fideicommissis admittantur, remediũ est, † q̄ testator dicat, si hæres decesserit sine liberis masculis, nã illa vox masculi,

facit videri liberos vocatos esse ex testamento, vt per Dec. conf. cccxviiij. In causa. Verum hoc remedium friuolum videtur propter friuolas rationes Decij, vt videre poteris, & contrarium tenet ipsemet Decij. consil. cccxj. Visis. & Ias. dicto consil. cxiiij. † Optimum remedium est, quod testator ipse expressim substituatur filio instituto liberos ipsius hæredis, & si illi decesserint sine filiis, tunc substituatur alium quem substituere velit, vt in verbis nulla sit ambiguitas, & cesset quæstio voluntatis, l. ille. §. si ff. de leg. iij. Sed & si ex cõiecturis posset apparere testatorem voluisse vocare ex testamento ad fideicommissum filios positos in conditione, habenda erit pro expressa voluntas testatoris, vt patet ex alleg. per Soci. consil. lxxvij. In præsent. col. ii. lib. j. faciunt ad hoc scripta per Cor. consil. lxxiiij. Viso prolixo, & consil. cxlvj. In hac. lib. ij.

### CAVTELA XXXVII.

Quo remedio hæres non perdat Trebellianicam ob omissionem inuentarij, & alienata non imputentur in quartam.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Hæres rogatus alteri restituere hæreditatem tenetur inuentariũ facere ut Trebellianicam non amittat. Inuentarium hæres si non faciat, perdit Trebellianicam.*
- 2 *Inuentarij faciendi necessitatem remittere testator potest.*  
*Legitima non perditur omissione inuentarij.*
- 3 *Hæres si non fecerit inuentarium, tenetur legatariis etiam ultra vires hæreditarias.*

Hæres

**H**æres rogatus alteri restituere hæreditatem inuentarium facere cogitur, vt Trebellianica non amittat, §. si verò non fecerit. in auth. de hæ. & falc. qui text. generaliter de fideicommissariis loquens, vniuersalem quoque fideicommissarium comprehendit, l. j. §. generaliter. ff. de leg. præst. c. fi. Romanorum. xix. dist. Docto. in l. Marcellus. ff. ad Treb. & quod fideicommissarius qui non fecit inuentarium Trebellianicam perdat, tenent Old. consil. cxxxiij. Satis credo, & Bar. consil. lj. Bonauentura. & cõs. 234. Helena Mattarelli. sibi tamen contrarius consil. ij. Et eandem opi. sequitur Fulgo. consil. xxiiij. Humanissime & consil. xcviij. Pro decisione. Bald. consil. cccliij. Ad euidentiam. lib. v. Paul. de Cast. consil. ccviij. Super primo. & Cor. cõs. cccij. Plura. col. iij. lib. j. & procedit opi. hæc etiam si hæres sit filius testatoris, vt per Bald. consil. ccccij. In substitutione. lib. ij. & Cor. consil. clxviij. In hac consultatione. col. iij. lib. iij. vbi dicit hanc esse magis communem opin. idem dicit Dec. cõs. cccxxvj. Non parua difficultas. col. iij. & Corn. consil. xxiij. In hac consultatione. lib. ij. Eandem opinionem sequitur Barba. consil. xlvj. Difficile. col. fi. lib. iij. Sed si testator velit hæredi omissionem inuentarij non nocere, remedium est, † quod ipse testator remittat hæredi necessitatem faciendi inuentarium, l. fi. C. arb. tut. l. cum tale. §. j. vbi Bald. & Imo. ff. de cond. & demon. Corn. consil. xxix. In regno Hispaniæ. in fi. cum allegatis per Dec. consil. 4. 8. Visa & iterum lecta. col. ij. & Soc. consil. l. Viso testamento. libr. iij. & vt prædicto remedio proderit ad tollendam li-

tem inter fideicommissarium & hæredem, quoniam licet prædicta opinio dicatur communis per doctores supra relatos, valdè tamen dubia est, & de ea sunt diuersæ iuris interpretum sententiæ, vt patet ex his, quæ congerunt Doct. in d.l. Marcellus. & Alex. consil. lxxvij. Visis. li. iij. dicit communem opinionem esse, quòd hæres non amittat Trebellianicam, si inuentarium non fecerit, & quæstio adedò ambigua est, vt decisionem principis desideret, vt dicit Ro. in ti. de testa. deci. iij. In eadem. in collectis per Casiad. De legitima conueniunt Doct. quòd omissione inuentarij non perdat. gl. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. Old. d. consil. cxxxiiij. Bar. in auth. sed cum testator. C. ad leg. Falc. & vide allegata per Corf. in trac. de potest. regu. in materia Trebellianicæ. q. lxxiiij. ideo quantum ad detractionem legitimæ, remedium prædictum non est necessarium. † Proderit quoque contra legatarios huiusmodi remissio inuentarij, nam licet hæres non faciens inuentarium teneatur legatariis ultra vires hereditatis, tamen testator potest prouidere, ne ultra vires patrimonij legata præstentur, vt per Bal. consil. ccxx. Considerandum. lib. iij.

## CAVTELA XXXVIII.

Quo remedio restituere hereditatem rogatus nihil fideicommissario seruare cogatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Hæres rogatus per fideicommissum hereditatem restituere post mortem suam quando possit alienare aliqua bona hereditatis.

Quar

Quartam saltem fideicommissario reseruare compellitur hæres rogatus restituere post mortem quicquid ex hereditate supererit.

- 2 Alienandi potestatem dare potest testator hæredi rogato hereditatem restituere.

Disponendi potestas qualis sit.

Alienationis appellatione continetur etiam dispositio per testamentum.

Hæres rogatus per fideicommissum restituere hereditatem post mortem suam, bona restitutioni subiecta, non nisi in quibusdam casibus, lege permisis alienare potest, auth. res quæ. C. commu. de lega. Sed & rogatus restituere quicquid post eius mortem supererit omnia non poterit alienare, sed fideicommissario quartam reseruare compellitur. auth. contra rogatus. C. ad Trebel. & quæstio non leuis est inter Doct. an comodo grauatus in vltima voluntate possit disponere citra quartam per l. Titius. ff. ad Treb. cum ibi traditis per Alexand. Sed si testator velit hæredi esse arbitrium alienandi, & disponendi tam per actus inter viuos, quàm per vltimam voluntatem, remedium est, † quòd ipse testator in testamento dei hæredi potestatem alienandi, & relinquendi bona, & de his disponendi prout hæres ipse voluerit. Nam potest testator hæredi talem potestatem dare, etiam in subuersionem totius fideicommissi, cum liberum fuerit testatori etiam non fideicommittere, l. si fundum. §. si. ff. de lega. j. & poterit tunc hæres totum alienare, tam contrahendo, quàm legando, aut etiam hæredem instituendo, l. si quis prioris. §. cum tamen. C. de se-

Q 4

cun.nup.Nam ibi verbum relinquendi, significat ultimam voluntatem, l. j. §. fin. ff. de tabu. exhib. l. his verbis. ff. de hæred. instit. & ibi Doct. Potestas quoque disponendi facit vt hæres possit bona qua fuerunt testatoris in testamento relinquere, quoniam disponendi facultas aptatur ultimæ voluntati. Alex. post gl. in rub. ff. sol. matri. col. iij. & per Ias. consil. l. j. Vertitur. col. ij. & consil. l. ij. Verè, & iuridicè. col. ij. lib. ij. etiam si dictum esset quòd hæres disponere possit in vita, quia cui permittitur alienatio, multò magis dispositio permittitur per viam ultimæ voluntatis, quia hæc fauorabilior est: glo. in l. quidam ita. §. si quis filium. in gl. magna. ff. ad Treb. Bar. & Alex. in l. à filio. ff. eod. tit. licet fecus esset si quis in actu inter viuos sibi reseruasset potestatem disponendi in vita, nam ratione subiectæ materiæ significatio verbi disponendi restringitur ad actum inter viuos, & ita intelligi potest Bart. consil. lxxvj. Pater filio. & Alex. consil. xliij. Circa. lib. j. Cautius tamen est expressè seruire quod diximus. Confirmantur prædicta ex dictis per Ias. consil. cxxx. Institutio, parte ij.

De legatis. Tit. vi.

## CAVTELA I.

Quo remedio adscribens sibi legatum pœnam falsi euitet, & relicti commodum consequatur.

## S V M M A R I V M.

<sup>1</sup> *Notarius adscribens sibi legatum incidit in crimen falsi.*

<sup>2</sup> *Subscriptio specialis est efficacior generali.*

Nota

<sup>3</sup> *Notarius potest sibi, aut filio, aut patri adscribere legatum in testamento nuncupatio.*



Vt sibi, vel patri in cuius potestate est legatum vel fideicommissum adscripserit, pœna legis Cornel. de falsis teneretur, l. j. §. inter filium. ff. ad legem Corne. de fal. l. Senatusconsulto. C. de his qui sibi adscri. in testa. & relictum non valet, l. si testator. C. eo. Bar. in consil. lxxj. Filiusfami. Sed vt is qui sibi, vel patri legatum, vel fideicommissum adscribit pœnam euitet, & relictum habeat, remedium est, quòd sibi adscribens per subscriptionem testatoris specialiter factam in calce scripturæ faciat sibi relictum approbari. Generalis autè subscriptio non sufficiet, l. diuus. §. item senatus. & ibi Bar. ff. ad legem Corne. de fal. Sal. in d. l. si testator, cum allegatis per Alex. consil. cxlvij. Ponderatis his. colu. ij. lib. ij. Notandum tamen est quòd in testamento nuncupatio potest notarius sibi adscribere, & valet legatum, vt per Spec. in tit. de instr. ædi. §. postremo. ver. item excipitur. Ratio differentiæ illa est, quòd qui sibi adscribit in testamento nuncupatio potest suam innocentiam probare per testes, qui audierint voluntatem testatoris, vt per Bald. in d. l. ij. & confirmatur opi. hæc ex dictis per Cum. consil. lxxviii. Quidam fecit testamentum. Cautius tamen est seruire cautelam prædictam etiã in nuncupatio testamento, vt res in controuersiam non reuocetur. secundum Bal. consil. xcvi. Factum tale est. lib. ij. vbi dicit esse etiam adulterinam scripturam quando pater adscribit filio etiam in nuncupatio te-

stamento, nisi filius esset emancipatus, l. si pube-  
rem. §. j. & ibi Doct. ff. ad legem Corne. de fal. &  
Bal. consi. cccxx. Præmittendum. lib. ij. vel pro-  
bareretur veritas scripturæ per testes, vt per Bald.  
1 3 consi. xcij. Dispositio. lib. v.

## CAVTELA II.

Quo remedio sustineantur relicta, ab eo qui  
scriptus est hæres vniuersalis, hæreditate non  
adita.

## S V M M A R I V M.

- 1 Hæreditate non adita nihil valet ex his, quæ in te-  
stamento scripta sunt.  
*Legata uiribus carent si non adeatur hæreditas.*
  - 2 Institutio in re certa non euanescit, si vniuersalis  
hæres non adierit hæreditatem.  
*Paria sunt non fuisse institutum & institutum non  
adire.*
  - 3 Legata repetita uidentur ab his, qui ab intestato  
succedunt uirtute clausulæ codicillaris.
  - 4 Donatio causa mortis ualet quamuis non adeatur  
hæreditas. & supra de subiti. caute. 26. num. 4.
  - 5 Clausula omni meliori modo & c. facit ut relictis  
simpliciter subintelligatur clausula iure institu-  
tionis.
  - 6 Legata debentur, etiam hæreditate non adita ex  
testamento; si sic dicatur à testatore.
  - 7 Amicitia magna facit uideri insertam testamento  
clausulam codicillarem in gratiam amici.  
*Ultima uoluntas in genere reperitur.*
- 1 S I nemo ꝑ hæreditatē adierit nihil ualet ex his  
quæ in testamento scripta sunt. l. si nemo. ff. de  
test. iure. Ludo. Roma. consi. ccccxxviii. In termi-  
nis.

nis. Alex. consi. cxcviiij. Viso processu. col. vlt. libr.  
vij. Sed vt hærede vniuersali scripto non adeunte  
irrita legata non fiant, remedium est, ꝑ quod res <sup>2</sup>  
quas testator legaturus erat, relinquat institutio-  
nis titulo non legati, & si non omnibus saltē eis  
quos magis diligit, quia si vniuersalis hæres non  
adierit morte præuētus, vel repudiatione, aut tem-  
pore exclusus ad eū, qui in re certa institutus est,  
hæreditas deuoluetur, quia paria sunt non fuisse  
institutum, & institutum non adire, l. ij. §. sed &  
si sint sui. ff. ad Tertu. nec alteri est impedimento,  
qui non succedit, l. si necem. §. si deportatus. ff. de  
bo. lib. Fulg. consi. cij. Præsupposito. col. ij. Et pa-  
ria sunt ab initio non fuisse, & postea desinere. l.  
si quis sub conditione. ff. de testa. iure. & qui non  
adiuit hæreditatem habetur perinde ac si ab ini-  
tio hæres scriptus non fuisset, l. j. in princip. ff. de  
suis & legit. cū aliis allegatis per Bal. cōf. cccclxxix.  
Thema lib. iij. Et si ab initio nullus fuisset hæres  
scriptus ad institutum in re certa tota hæreditas  
pertineret, l. j. §. si ex fundo. ff. de hæredi. instituē.  
& Barb. in c. Rainutius. col. lxiiij. de testa. & quod  
hærede vniuersali non adeunte institutus in re cer-  
ta ex asse sit hæres. Communis est opinio, vt testa-  
tur Alex. in l. quoties. C. de hære. insti. & instituto  
in re certa adeunte quoad omnia testamentum  
confirmabitur, vt per Alex. consi. lvij. Habita su-  
per narratis. colum. j. lib. iij. Secundū remedium  
est, ꝑ quod adiiciatur in testamento clausula codi-  
cillaris, per quam legata repetita uidentur ab his, <sup>3</sup>  
qui ab intestato succedunt, l. ex testamento. C. de  
fideicom. Bar. in l. j. ff. de iure codi. Idem quoque  
opera

Communi-  
nis opinio.

proben Iudici se fuisse testatori magna amicitia iunctos. Nam ardor liciti amoris habet vim clausulae codicillaris gloss. in l. in testamento. ff. de fideicom. liber. & in l. si iure. vbi Bal. C. de man. testa. & Barb. in d. rub. de test. col. lxxvj. in xj. limitatione. & in c. requisisti. col. xj. eod. titu. gloss. in l. cohæredi. ff. cum filio in versic. voluit. & quæ ibi not. doct. ff. de vulga. & pupil.

## CAVTELA III.

Quo remedio legatum irreuocabile fiat.

## S V M M A R I V M.

1 Legata possunt à testatore tam adimi quàm in alium transferri.

*Ambulatoria est voluntas testatoris usque ad exitum uitæ supremum.*

2 Contractus potest fieri etiam in testamento.

3 Testandi facultas non tollitur per contractum factum in testamento.

1 Legata possunt à testatore tam adimi, quàm in aliū transferri. l. si cui. ff. de adim. lega. Ambulatoria est enim voluntas testatoris vsque ad vitæ supremum exitum. l. quod si iterum. eo. tit. Sed si testator sine spe ademptionis velit cuiquā rem legare, sibi que facultatem mutandi propositum tollere, remedium est, quod legatario, seu pro eo tabellioni stipulanti promittat legatum non reuocare cum clausula, quod si reuocetur res legata intelligatur, & sit tunc donata inter viuos, & vires habeat donatio. Nam ꝑ in testamento potest fieri contractus, vt not. in l. hæredes palam. §. si. ff. de testa. vbi hoc tenet Imo. & de tali cōtractu iudicatur, vt de actu inter viuos, & nō subiaceret reuoc

uocationi. vt probatur in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. iij. cum ibi not. per Bar. & per Bald. in l. si auia. col. j. C. de iur. delib. Nec bonis moribus repugnat, quod ꝑ vnā aliquam rem quis purè, vel sub conditione donet irreuocabiliter. l. j. ff. de don. l. possessionem. C. de reuo. don. Nam non tollitur per id libertas testandi iuxta l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obliga. cum in aliis rebus remaneat facultas faciendi testamentum. arg. l. cum ita legatum. ff. de condi. & demon. & opinio hæc communiter approbatur vt patet ex dictis, & relatis per Lud. Roma. consi. clxxj. Pro decisione. col. pe. & per Dec. col. ccxcij. Viso testamento. col. ij.

*Comunis opin.*

## CAVTELA IIII.

Quo remedio legata re communi legatarius rem integram consequatur.

## S V M M A R I V M.

1 Legata re communi legasse testator intelligitur partem suam tantum.

2 Sui, sua, suum, pronomen restringit legatū rei communi in parte tantum testatoris.

REꝑ communi legata sepe nascitur questio voluntatis vtrum testator totum, an partem suam reliquerit. & communis conclusio est partem suam testatorē reliquisse videri, etiam si fundus suis omnibus finibus, & iugerum numero demonstratus esset, quia ea demonstrationis tantum gratia expressa viderentur. l. Iulianus. §. si Titius. ff. de act. empt. secundum Bald. in l. cum alienam. col. vl. ver. dubitatur etiam. C. de lega. Alexan. & Soc. in l. serui electione. §. cum fundus. ff. de leg. j. Sed

*Comunis opin.*

Sed si testator totū fundum legare intendat ne legatum restringatur ad partem testatoris, remedium est, † quod legato adiiciatur verbum integritatem significans, veluti si testator dicat vineam totam, vel integram lego. Argu. l. Iulianus. ff. de lega. iij. vt per Bar. in d. l. cum alienam. & Abb. in c. filius. de testa. Sed tunc cauendum est ne apponatur pronomen suum, quia tali pronomine adiecto videretur tantū relicta portio testatoris, quamuis totus fundus fuisset finibus designatus. l. legata. §. fin. ff. de sup. lega. secundum Ias. in d. §. cum fundus. Cautius tamē est, quod testator indubitanter verbis declaret an partem suam, an verò totum fundum leget, & si totum fundum legare velit, dicat lego fundum ita vt integer præstetur secundum Bar. in l. Meuius. §. fundo. ff. de lega. ij. fac. not. in l. decem. ff. de fideicom. libert.

## CAVTELA V.

Quo remedio legatarius suum creditum cum legato compensare teneatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legatarius quando tenetur compensare legatum cum suo credito.
- 2 Legatum quando cum debito compensatur.
- 3 Compensatio legati ad creditum fit, si constat ex voluntate testatoris.
- 3 Legatarius prohibitus plus petere tenetur indistincte suum creditum cum legato compensare, & num. 4.

Compensatio non fit de quantitate ad speciem.

**L**egatum † cum debito necessario compensatur. veluti si lex municipalis vxore præmorta

tua

tua sine liberis deferat marito lucrum partis dotis, nam si vxor leget viro aliquam summam, compensabitur legatum cum lucro quod ex legis necessitate descendit. l. cum dotem. §. si pater. ff. sol. mat. & ibi per doct. Bal. consil. lvij. in restitutione. lib. ij. & per Pau. de Ca. consil. lxij. Videtur dicendum, Fulg. consil. lxxxj. Testator. Et mulier eo casu quodammodo debitor, per legē facta intelligitur, cum ipsa, seu hæres eius teneatur nō petere illam partem à qua potest exceptione repelli. per not. per glo. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. Cum debito autem voluntario contracto facto hominis, ad id principaliter ordinato, legatum non compensatur. l. j. §. sciendum. C. de rei. vxor. actio. per doct. in d. §. si pater. & in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Sed si testator velit legatum etiā cum debito voluntario compensari remediū est, † quod testator compensationem fieri mandet, nā<sup>2</sup> compensatio indistincte fiet si euidenter sit testatoris mens compensari volentis. l. creditorem. ff. de leg. ij. & fiet compensatio vsque ad concurrentē legati quantitatem. l. ciuitatibus. §. fin. ff. de leg. j. Sed si testator velit legando extinguere solidum debitum acceptatione legati subsequuta, remedium est, † quod testator prohibeat legatarium<sup>3</sup> occasione debiti aliquid exigere, vel petere ab hærede. l. imperator. §. si centū. ff. de leg. ij. c. officij. de test. Bal. consil. lxxxiiij. Testamentū. li. ij. Paul. de Ca. consil. ccxxxij. Licet ista. col. iij. cum allegatis per Alex. in l. si compensandi. C. de hære. insti. & in d. §. si pater. Et supra dictum remedium necessarium est etiā in debito necessario, quando relinquere-

P



tur creditori species, aliter enim non fieret compensatio, vt per Bar. & alios doct. in l. huiusmodi. § cum pater. ff. de leg. j. & est communis opin. vt per Corn. confi. ccxlij. Circa primum. col. ij. lib. j. Et expedit adijcere quod testator relinquit pro omni eo, & toto quod legatarius ab hærede quomodolibet petere, vel exigere possit, vt per Corn. confi. cxv. Quanquam videatur. lib. iij. Sed & si testator iusserit legatariū stare tacitum, & contentum relicto & plus petere prohibuerit, intelligitur legatum factum animo compensandi, secundum Bald. in l. si adulta. C. de here. act. & Cuman. consil. cxxxij. Dominus Nicolaus.

## CAVTELA VI.

Quo remedio irreuocabilis reddatur confessio testatoris.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Confessio testatoris habet vim legati tantum.
- 2 Confessio testatoris an intelligatur acceptata si legatarius sit præsens & taceat.
- 3 Confessio testatoris iuramento firmata fit irreuocabilis.

*Iuramentum facit confessionem testatoris irreuocabilem & ius acquiri absenti.*

- 4 Confessio testatoris male ablatorum reuocari minime potest: limita ut ibidem.

1 **C**onfessio in testamento facta nõ habet vim probationis, sed legati, l. qui vxori. ff. de auro & arg. leg. Bar. in l. cum quis decedens. §. codicillis ff. de leg. iij. cum aliis alleg. per Cuman. consil. xxxvij. Quidam legauit. in fi. Quare potest testator talem confessionem ad libitum reuocare. l. iij. ff.

ij. ff. de adim. lega. Sed si testator velit confessionem irreuocabilem facere, remediū est † quod 2  
is cui uilis est confessio si præsens sit acceptet verbis expressis, & transibit confessio in actum inter uiuos iuxta not. in l. heredes palam. §. si. ff. de testa. ideo non poterit reuocari. l. sicut. C. de actio. & obli. secundum Bar. in d. §. codicillis. & Cuman. consil. lxj. Petrus hæres. Pro absentibus autem potest Notarius stipulari. l. iij. vbi Bar. ff. rem pup. salu. for. c. quanquam. de usu. libr. vj. Et sciendum est non sufficere hoc casu presentiam, & taciturnitatem eius, qui ex confessione sensurus est commodum, quoniam confessio utriusque partis verba requirit, vt per Sali. in l. generaliter. C. de non nu. pec. & per Ial. in l. error. C. de iu. & fact. igno. Sed opin. hæc est rigida, quia in commodis taciturnitas est pro consensu. glo. in l. qui patitur. ff. mand. ideo videtur quod presentia sine verbis sufficiat. glo. in l. hac scriptura. ff. de dona. Bal. consil. cccclxxxvij. In quodam. lib. iij. Secundum remedium est, † quod testator iuret ea 3  
quæ confiteretur vera esse, & sic hæres veniße non poterit contra confessionem testatoris iuramento corroboratam, auth. quod obrinet. C. de prob. d. §. codicillis. vbi Bar. & Abb. in c. fi. de suc. ab intest. Bal. consil. xiiij. Antonius lib. ij. & consil. cclxij. Suadeo. lib. iij. Quinetiam ipse testator non poterit postea suam confessionem iuratam infringere, etiam si confessio facta esset non presente eo cui ex confessione acquiritur commodum, vt patet ex allegatis per Feli. in c. si cautio. col. v. de fid. instr. quod tamen videtur limitandum, vt per Ial.

conf. xxxvj. In causa mora. lib. iij. Et ignorandum  
 † non est circa confessionem male ablatorum in  
 4 testamento factam. prædicta remedia necessaria  
 non esse, nam confessio male ablatorum reuoca-  
 ri non potest, vt per Angel in d. §. codicillis. & per  
 Barba in c. Rainurius. col. lxij. de testa. quatenus  
 tamen confessio tēderet in damnum creditorum,  
 vel in diminutionem legitimæ, filiorum confessio  
 non valeret, per not. in l. qui testamentum. ff. de  
 prob. cum aliis allegatis per Barb in d. c. Rainu-  
 tius. col. l. iij. & Ale. confi. lviij. Visa breui. lib. v.

## CAVTELA VII.

Quo remedio legatum non loco, sed personæ  
 vel collegio acquiratur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legatum factum capelle seu sacello, utrum ei uel ec-  
 clesie debeat.
  - 2 Collegia non improbata sunt legatorum capacia.  
 Trebellianica de relicto ecclesie non detrahitur, se-  
 cus de relicto personis, aut collegio, seu frater-  
 nitati.
  - 3 Loci contemplatione relictum intelligitur quando  
 legatur personis cum commemoratione loci.
- 1 **I**n ecclesiis solent esse Sacella habētia collegia,  
 quæ vulgò fraternitates appellantur, quale est  
 Sacellum corporis Christi in ecclesia sancti Be-  
 nedicti, oppidi Gualdi patriæ meæ, cui cum te-  
 statrix quandam pecuniæ summam legasset, &  
 dubitaretur vtrum ecclesie sancti. Benedicti, an  
 collegio, & societati corporis Christi legatum de-  
 beretur: respondi legatum ad ecclesiam non ad  
 collegium pertinere. arg. l. statua. ff. de vsufr. cum  
 ibi

ibi not. per Flor. & Inno. & Ioan. Andr. in c. cum  
 super. de caus. pos. & proprie. Quare † si testator  
 velit collegio legatum deberi, sit cautus vt leget  
 2 ipsi collegio: nam collegium relictorum capax  
 est, l. patet. §. Tusculanus. ff. de leg. iij. l. cum sena-  
 rus. de reb. dub. vbi Bar. & Doct in l. j. C. de sacro-  
 fan. eccle. Multum enim interest vtrum legetur  
 loco, seu ecclesie, an verò personis, seu collegio ec-  
 clesie: nam relictum ecclesie vt pium non pati-  
 tur deductionem quartæ, secus est in relicto per-  
 sonis, collegio, seu fraternitati, ecclesie vt patet  
 ex dictis per Lauren. Galc. confi. xx. Retento the-  
 mate consil. ij. col. ij. Et † si indeiūitē legetur per-  
 3 sonis certi loci videtur relictum factum loci con-  
 templationē secundum Bar. in l. ciuibus. ff. de reb.  
 dub. cuius opin. communiter approbatur, vt dicit  
 Barba. conf. j. col. xij. lib. iij. De quo videre potes  
 latius dicta per Doct. in c. requisisti. de testa. Qua  
 re cautius est, quòd testator expressè declaret lo-  
 co, an collegio velit legatum acquiri. Nam po-  
 test testator esse interpres mentis suæ, l. hæredes  
 palam. §. si quid post. ff. de testa. & ibi Doct.

## CAVTELA VIII.

Quo remedio possit testator dispositionem  
 suam committere alterius voluntati.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legatum est inutile quod committitur alterius vo-  
 luntati.  
 Voluntati meræ alterius relictum committi non po-  
 test, nisi ad pias causas.
- 2 Expressa nocent, non expressa non nocent.

3 Arbitrium boni viri quibus uerbis demonstratur per testatorem.

Voluntas libera pluribus modis demonstratur.

4 Legatarij declaratio & non legati substantia potest in uoluntate alterius committi per testatorem.

5 Pecunia iussu testatoris eroganda per ministrum electum à testatore cuius sit, si minister ea non erogata moriatur.

1 **I**nutile est relictum est quod committitur in meam uoluntatem alterius, l. fenatus. §. legatum. ubi gl. & Doct. ff. de leg. j. cum allegatis per Cor. consil. cclviii. In hac consultatione. col. j. lib. j. nisi relictum factum sit in causam piam: hoc enim casu ualeat captatoria uoluntas de iure canonico, c. cum tibi. de testa. & est communis opinio, ut dicit Ias. consil. cx. Magnificus. lib. j. dummodo alio uicio non ruat testamentum, ut per Bal. consil. cxij. Quæritur. lib. iij. Sed si testator uelit legatum pendere à mera uoluntate alterius ut legatum ualeat, remedium est, quod testator id non expressè faciat, sed tacitè legendo sub potestatiua conditione implenda ab illo, à cuius uoluntate uelit testator pendere legatum, ueluti si ita dicat, Si Titius Capitolium ascenderit, centum Sempronio lego. Nam hoc modo ualeat legatum, & pendet à uoluntate Titij, an Sempronio legatum debeat, & tamen expressè non posset testator legati substantiam committere in alienam uoluntatem: expressa nanque nocent, non expressa non nocent, l. si quis Semproinum. ff. de hære. instit. l. nonnunquam. ff. de condi. & demon. Secundum remediū est, quod testator committat substantiam legati

gati uoluntati alterius per uerba significantia boni uiri arbitrium, l. j. ff. de leg. j. & ibi Bart. & per Ang. in l. si. C. de fideicom. quem refert, & sequitur Barba. in c. cum tibi. col. x. de testa & est communis opi. ut per Ab. consil. iij. In questione. in fi. lib. ij. Et uerba quibus arbitrium boni uiri significantur sunt hæc, uidelicet, uerbum si placebit, uidebitur, putauerit, astimauerit. Secundum conscientiam, secundum discretionem. Illa autem quæ meram, & liberam uoluntatem significant, sunt uerbum si uoluerit, si ei libuerit, & alia de quibus per Doct. in l. si sic. ff. de leg. j. & per Abb. consil. cx. In causa hospitalis. l. ij. Tertium remedium est, quod testator in uoluntatem alterius committat non substantiam legati, sed nominationem personæ, quæ habitura sit commodum legati, l. utrum. §. j. ff. de reb. dub. l. unum ex familia. ff. de leg. ij. Bar. in l. illa institutio. ff. de hæred. insti. & in l. captatorix. ff. de leg. ij. Alb. de Rosa. in l. nulli. col. vj. C. de epif. & cler. Alexand. & alij Doct. in l. captatorias. C. de testa. mili. Barb. in d. c. cum tibi. col. vj. Pet. de Anch. consil. cccxxxvj. Primum igitur. Pau. de Ca. consil. cxliij. In questione. Abb. consil. xj. Factum sic proponitur. & consil. cx. In causa lib. ij. Alex. consil. lvij. Perspectis. col. iij. lib. ij. & Lau. Calc. consil. evij. In causa reuerendissimi. Est notandum est, quod si testator mandauerit ab hærede solui Titio mille, & ille rogatus sit eam summam erogare in causas er à testatore in secreto dictas, & is recepta pecunia ante impletam uoluntatem defuncti moriatur, pecunia non redibit ad hæredem testatoris, sed erit

hæredum Titij, l. pater. §. Tusculanus. ff. de leg. iij. Sed si testator eo casu velit pecuniam restitui hæredi ipsius testatoris, remedium est, quod testator declarat se velle vti nudo ministerio Titij, l. si quis Titio. & ibi Doc. ff. de leg. ij. & per Cuma. consil. cvij. Testator legauit.

## CAVTELA IX.

Quo remedio ad ea quæ comprehendi non consueuerunt legatum mobilium porrigatur.

## S V M M A R I V M.

1 Mobilium appellatione legatorum non continentur uenalia, neque pecunia, neque nomina.

Pecunia numerata non continetur legato auri uel argenti.

Legato generali non ueniunt uenalia.

2 Voluntas testatoris facit in legato comprehendi quæ non comprehenderentur propria significatione uerborum.

1 Mobilium legato non continentur res quas testator uenales habebat, l. generali. §. vxori. ff. de usufr. leg. Item non comprehenduntur nomina debitorum, quauis debitores ad danda mobilia teneantur, quia nomina debitorum sunt tertia species, & non annumerantur mobilibus, vel immobilibus, ut no Bart. in l. potest. ff. de aut. tut. & in l. mouentium. ff. de verb. oblig. & Doct. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. cum relatis per Iaf. consil. v. Strenui. col. iij. lib. iij. ubi dicit hanc esse communem opi. Item legato mobilium non continetur pecunia, quas habebat testator non præsidij causa repositas, sed ad erogatione paratas, l. si chorus. §. j. ff. de lega. iij. etiam si testator

testator expressè argentum legasset, l. Quintus. §. an cui. vbi Barto. ff. de aur. & arg. leg. Item legato non cedent instrumenta nominum debitorum, quamuis testator leget alicui omnia quæ domi habeat, l. Caius. ff. de leg. ij. Item si legetur omne aurum & argentum, legato non continetur numerata pecunia, l. cum aurum. & ibi Bar. ff. de au. & arg. leg. Nam uenalia generali legato non cedunt, l. pediculis. §. item cum quæreretur. eo. titu. Abb. consil. cv. Ex processu. lib. j. & pecunia signata tanquam uenalis habetur, l. j. ff. de contrahen. emp. Sed in omnibus præmissis casibus si testator velit ea legato mobilium contineri, remediū est, quod hoc exprimat secundum Deci. col. ccclxxxj. 2 Visis his. nec enim est recedendum ab expressa voluntate testatoris. l. ex facto. ij. ff. de hæ. insti. l. cum quæstio. C. de lega. & pro declaratione conclusionis prædictæ, vide Iaf. consil. lxxv. Spectabilis. par. j. ubi magis consideratè loquitur meo iudicio quam Deci. d. consil. ccclxxxj. Et quæ continentur appellatione mobilium, vide per Old. consil. ccxix. Factum tale est. & Deci. consil. dclij. Casus. & Iaf. consil. cxciij. Superuacuo. par. j. & d. consil. v. colum. iij.

## CAVTELA X.

Quo remedio animalia supernascentia cedant legato.

## S V M M A R I V M.

1 Animalia supernascentia post testamentum, legato non cedunt.

2 Futura quando legato cedant.

1 **S**I testator ¶ leget equos suos non debetur fructus aditus post testamentum, l. si ita. ff. de leg. iij. Sed ut capita armenti, seu gregis nata post testamentum legato cedant, remedium est, ¶ quod testator utatur nomine collectiuo legando armentum equorum, vel gregem pecudum, & sic pertinebit ad legatarium futurum incrementum, vel pecus etiã viuo testatore natum, l. grege legato. vbi. gl. Bar. & Alex. ff. de leg. j. faciunt quæ scribit Bal. conf. cccclxxxv. Qui legat. lib. iij. Sed & si testator utatur verbo generali, vel oratione indefinita ut comprehendantur in legato quæ sita post testamentum, remedium est, quod testator non dicat mea, sed quæ mea erunt, l. nuper. & l. nomen. §. filio. ff. de leg. iij. & ibi Docto.

## CAVTELA XI.

Quo remedio quo ad fructus rei legatæ consulatur legatario vel hæredi.

## S V M M A R I V M.

1. Hæres non tenetur legatario restituere fructus bona fide perceptos.
2. Tempus in dubio censetur adiectum in fauorem hæredis & non legatarij.

Legatarius quando lucratur fructus.

1 **F**Ructus ante aditam hæreditatem, vel postea, sed bona fide perceptos hæres legatario restituere non tenetur secundum glo. in l. Herennius. ff. de vsur. quem sequitur communis opi. ut dicit Ale. in l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. j. & in l. in fideicommissaria. ff. ad Treb. licet Bart. & Ang. in l. seruo legato. ff. eo. aliter sentiant. Sed ut legatarius vel fideicommissarius fructus etiã post testa

Communis  
opi.

testatoris obitum, & ante aditam hæreditatẽ perceptos habeat, remedium est, ¶ quod testator leget fundum cum commodis suis, tex. est cum gl. & ibi hoc sequitur Bar. in l. Lucius. j. ff. de lega. ij. & illam glo. notabilem dicit Ale. d. §. cum seruus. vel leget rem & fructus, ut in verbis nulla sit ambiguitas. Hæres autem ut per aliquod temporis spatium lucretur fructus prædiorum legatorum, sit cautus ut faciat sibi præfigi terminum ad soluendum relicta: nam si testator intra certum tempus, puta intra biennium à die mortis suæ legata solui mandet, fructus ante diem percepti hæredis erunt, quoniam in dubio tempus cõsetur adiectum fauore hæredis, l. eum qui. ff. de ann. leg. j. si ita. §. pegalus. ff. de leg. ij. & ibi Doct. Zaba. cõf. cxxxij. Et primo ad primum.

## CAVTELA XII.

Quo remedio possit testator facere quod legatarius possessionem rei legatæ possit propria auctoritate nancisci.

## S V M M A R I V M.

1. Legatarius occupans rem legatam auctoritate propria quando cadat à iure suo.
2. Hæres institutus etiam in re certa, potest possessionem rei auctoritate propria nancisci.
3. Possessio transfertur in legatarium, si testator conueniat se possidere nomine legatarij.
4. Licentia rei apprehendendæ auctoritate propria potest à testatore dari fideicommissario, ut supra de subtitu. cau. xxij. nu. 3. & etiam legatario, ut supra de leg. cau. xij. nu. 4.

Possessio potest accipi auctoritate propria per legatari

gatarios & fideicommissarios de licentia testatoris, & supra de testamen. ordin. caut. ij. & de lega. caute. xij.

**L**egatarius etiam si non vi sed clam occupet rem legatam cadit à iure suo, l. non est dubium. C. de leg. & ibi doct. quod specialiter indutū est in debito ex causa lucratiua, ex vltima voluntate, cum in aliis vis expulsiua, vel compulsiua requiratur, vt sibi ius dicens cadat à iure suo ita communiter intelligitur, l. extrat. ff. quòd met. cau. secundum Alex. in d. l. non est dubium Legatarius igitur priuatur iure suo, & incidit in l. si quis in tantam. C. vnde vi. siue hæredem alium. ve possessorem vi expulerit, siue non admittat reuertentem secundum Corn. conf. ccvij. De pluribus. col. fi. lib. ij. per l. clam possidere. §. fin. ff. de acqui. pos. quod procedit si legatarius apprehendat rem post aditam hæreditatem non aliter, l. j. §. rediguntur. ff. quorum lega. vt per Lud. Ro. còf. cccxij. Circa propositam. cum allegatis per Deci. conf. cclxij. Vt clarior reddatur. col. fi. & conf. ccccxiiij. Proponitur col. fin. Sed vt liceat legatario impunè rei relicte possessionem apprehendere, remedium primum est, quòd res relinquatur titulo institutionis, quia hæres institutus etià in re certa potest possessionem propria autoritate nanciisci per regulam, l. cum hæredes. ff. de acqui. pos. secundum Bar. in l. ex facto. ij. ff. de her. inst. Cuius dictum sequitur, & notab. le reputat Alex. in l. quous. col. ij. ff. de her. inst. & Barb. in c. Rainutius. col. lxij. de testa. & Deci. in l. fin. col. vj. C. de ædi. di. ADR. tol. Secundū remedium est,

Comunis opin.

est, quòd testator constituat se legatarij nomine possidere, vt per Ias. in rep. l. nemo. colum. ix. ff. de leg. j. potest nanque testator tradendo mortem præuenire, l. Lucius. ff. de lega. ij. & constituendo se possidere nomine legatarij rem tradidisse censetur l. quod meo. ff. de acqui. pos. glo. & Doct. in lab. emptione. ff. de pact. Tertium remedium est, quòd testator det legatario licentiam apprehendendi rem propria autoritate, quod testator facere potest secundum Ale. in d. l. quoties. & in d. l. non est dubium. per l. Titia testameto. §. Lucius. ff. de leg. ij. Cuma. conf. lxj. Petrus hæres. Zabar. conf. ij. Titius còdidit. col. vlti. cum allegatis per Ias. in l. iuste possidet. col. pen. ff. de acqui. pos. & per Dec. conf. ccccxvii. Visa col. ij. vbi dicit videri datam huiusmodi licentiam eo ipso quòd testator prohibet molestiam fieri legatario per ea que ipse allegat ibi.

#### CAVTELA XIII.

Quo remedio habeat ius eligendi vbi electionem legatarius non haberet.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Electio est debitoris in alternatiuis.  
Electio cuius sit, hæredis an legatarij.
- 2 Hæres est eadem persona cum defuncto.
- 3 Legatarius prius nominatus à testatore, præferitur aliis legatariis in eligendo.

**I**n alternatiuis test electio debitoris. l. plerumque. ff. de iur. dor. c. in alternatiuis. de reg. iur. lib. vj. Quare si testator leget Titio fundum, aut centum, electio non erit legatarij, sed hæredis. Sed si testator velit legatarium habere facultatè eligendi,

gendi, remediū est, quod verba executiua legati ad legatariū dirigat, quoniam electio ad eum pertinet, ad quem verba executiua diriguntur, l. Lucio. ff. de leg. ij. vbi hoc not. glo. & Barto. sequitur Ange. Arc. in tracta. de testa. ver. item reliquit A. vestem. & Alex. in l. qui duos. ff. de leg. j. vbi dicit dictam glo. esse singularem. Sit ergo cautus notarius, vt verba executiua dirigat in eum quem testator velit electionem habere. Sed & si verba essent ambigua, legatarius eliger, vt per Bar. in d. l. Lucio. & per Alex. in d. l. qui duos. Cautius quoque erit, † quod testator expressè optionem det legatario, vel hæredi, cui potius velit competere facultatem eligendi. §. optionis. Instit. de lega. & ff. de opti. lega. per totū. Sed si testator magis hæredi, quàm legatariis fauere velit, potest generaliter hæredi dare potestatem declarandi voluntatem ipsius testatoris, quia ad hæredem spectare æquum est, cum sit eadem persona cum defuncto. auth. quod obtinet. C. de probatio. l. si quis à filio. §. si plures. ff. de lega. j. cum relatis per Barb. in c. indicante. col. vj. de testa. inter legatarios autem † vt in eligendo alius alij præferatur sufficit eum quem testator velit habere ius eligēdi prius nominare, nam intelligitur prius nominatus habere ius eligendi l. quoties. ff. de vsuf. c. mandato. de præb. lib. vj. & Iaf. in l. legatum. ff. de leg. j. faciunt quæ de ordine scripturæ not. Fel. in c. cum dilecta. ver. ordo scripturæ. de rescrip. & per Deci. confi. 609. Quaritur. in fin.

## CAVTELA XXVIII.

Quo consilio circa partium quantitatem tollatur ambiguum.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Hæredes grauari in legatis iudicantur à nominatione nominis propriij uel appellatiui an pro uirilibus an pro hæreditariis portionibus teneantur. Nomen proprium præmissum operatur diuisionem in partes uiriles.*
- 2 *Legata soluenda per hæredes, pro hæreditariis portionibus testator declarare debet.*
- 3 *Coniectura uoluntatis defuncti sequenda est in distributione partium.*

**M**ultum interest utrum propriis, an uerò appellatiuis nominibus onus soluendi legata hæredibus iniungatur, quia nominati appellatiuis nominibus pro hæreditariis portionibus, nominati autem propriis nominibus, pro uirilibus tenentur, l. si hæredes. ff. de lega. l. l. Lucius. §. Meuius. ff. ad Treb. & l. turpia. §. si. ff. de leg. j. Sit ergo cautus notarius in scribendo testamentum, vt non temere, sed præcognita uoluntate testatoris nominibus propriis, uel appellatiuis utatur, prout magis per ea dispositio consonet uoluntati testatoris faciunt not. per Ang. Arc. in tracta. de testa. in verb. B. & S. & ignorandum nõ est, quod si nomina propria, & appellatiua exprimantur præualent nomina quæ præcedunt, l. si seruus communis. ff. de stip. ser. † Optimū igitur erit remedium ad tollendas huiusmodi difficultates, ne quis contra mentem testatoris grauius oneretur, quod ipse testator declararet pro quibus partibus hæredes legata soluere debeant, quando ipsi sunt ex disparibus partibus instituti. Nam stabitur declarationi testatoris, vt per Deci. confi. ccclxxxij. Verba testamenti.

menti.col.fi.Imprimis nanque attenditur voluntas testatoris, vt per Deci.confi.ccccij. Vifo eleganti. Econtrario † quoque hæredes vocati ad commodum per nomina propria viriles partes habebunt, si per nomina hæredum pro portionibus hæreditariis admittuntur, l.quoties.ff.ad Treb. Sed si testator velit eos aliter ad partes admitti hoc exprimat, eius enim voluntas seruabitur. Nam sufficit etiam coniectura voluntatis, vt patet ex dictis per Alex.& Iaf in l.legata inutiliter. §. fi. ff. de lega. j. Et si alij propriis nominibus, alij vno, & appellatiuo nomine vocentur, vocati appellatiuo nomine omnes habentur pro vno, nisi testator per dictionem æque, vel per verbum in partes viriles aliter suam voluntatem declarauerit, l. interdum. ff. de hære. insti. & per Soci. in l. vtrum. §. fi. ff. de reb. dub. Fulg. conf. xxxj. Ex facto proponitur. & Deci.confi. clxxxvj. Diligenter. & con sil. cccxx. Dum legerem. col. iij.

## CAVTELA XV.

Quo remedio possit facere testator quòd non sit ius accrescendi inter legatarios, vel hæredes.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ius accrescendi est inter legatarios coniunctos.  
Soror legataria præfertur hæredibus in legato sororis collegatarum: limita, ut ibid.
- 2 Legatarius non succedit legatario iure accrescendi in quantitate separatim legata, etiam si eorum nomine coniungantur.
- 3 Ius accrescendi in legatis prohibere potest: secus inter hæredes.  
Legatum alimentorum natura taxatum est.

4 Insti

4 Institutus hæres in certis rebus quando totam hereditatem consequetur contra testatoris voluntatem, etiam in foro poli. & nu. 6.

5 Hæres contentus esse iussus certis rebus residuum intelligitur rogatus per fideicommissum restituere.

**S**I filiabus† vel neptibus testator legauerit aureos ducetos, altera defuncta priusquam dies legati cesserit, in parte sororis mortua, soror altera hæredibus præferetur, l. re coniuncti. ff. de leg. iij. & §. his ita. C. de cad. tol. Nam & nomine collectiuo coniunctio verbalis inducitur, & ex ea ius accrescendi est inter coniunctos, l. qui quartam. §. fi. & ibi Bart. ff. de lega. j. Bal. conf. ccccxix. Testator legauit. in fi. lib. v. & confi. cccxcv. Factum tale est. lib. iij. Sed si testator nolit esse inter filias ius accrescendi, remedium est, quòd separatim eis relinquat, quia proculdubio cessat ius accrescendi, si disiunctim pluribus legetur, l. j. ff. de vsuf. accresc. dummodo inter legatarios coniunctio realis non sit. Secundum remedium est† ( si nomina coniungantur) quòd quantitas disiungatur, veluti si ita legetur. Itē reliquit Zenobiæ, & Catherinæ aureos centum pro qualibet, quia non est locus iuri accrescendi quādo legatariis separata quantitas legatur etiam si eorum nomina coniungantur, l. huiusmodi. §. quibus ita. ff. de lega. j. & hoc ibi tenet Bar. qui dicit sapius id vidisse in facto, & sequitur ibi post alios Iaf. & in d. l. re coniuncti. col. xxxij. Tertium remedium est, † quòd ius accrescendi testator prohibeat, nam potest ius accrescendi expressè prohibere testator, l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trebel. Bar. in l. pater filium.

Q



col.vlt.ij.lec.ff.de inoffi.testa. Ange. Are. in tract. de testa. ver. item inter dictos B. & D. prohibuit ius accrescendi cum allegatis per Barb.conf. lxxj. Illud in medio. lib. ij. Et si usufructus pluribus coniunctim legetur vt inter eos non sit ius accrescendi, satis est dicere legauit usufructum ad alimenta, l. dominus. §. j. ff. de usufru. quia legatum alimentorum natura taxatum est. l. legatis. ff. de leg. iij. & ius accrescendi taxatione perimitur. d. §. quæ habebat. Ias. in d. l. qui quartã. §. si. Et quod diximus testatorem posse prohibere ius accrescendi intelligas hoc procedere in legatis. † Nam secus est inter hæredes. l. si quis ita hæres instituitur excepto fundo. ff. de hæred. instituen. & glos. in l. si seruus extero. eod. tit. & est communis opi. vt dicit Alex. in l. si quis priore. col. fin. ff. ad Treb. & idem tenet in l. quoties. C. de hæredi. iustit. & quod hæc sit communis sententia patet ex relatis per Curt. conf. lxxv. Andreas. col. ij. Ad eod quod hæres institutus in certis rebus totam hereditatem consequetur, non obstante prohibitione testatoris contra opin. Bart. in l. quoties. §. si duo. ff. de hære. instituen. & consil. clvj. Titius fecit testamentum. Et procedit hoc etiam in foro poli, vt per Fede. de Sen. consil. cxxxj. Casus talis est. Sed vt institutus in re certa contra voluntatem testatoris nõ habeat omnia bona defuncti. remedium est, † quod testator in prohibitione iuris accrescendi addat verba hæc, videlicet, Et voluit dictum hæredem dictis rebus esse contentum. Sic enim residuum intelligitur rogatus restituere successoris ab intestato, l. peto. cum ibi no. per Bart. ff. de leg.

leg. ij. & idem operatur etiam clausula codicillaribus vt per fideicommissum hæres intelligatur rogatus restituere his, qui ab intestato succedunt, arg. d. l. si quis priore. vt latius per Curt. d. consil. lxxv. col. si. Ias. autem conatur sustinere opi. Bart. consil. viij. Super duobus. col. ix. lib. iij. dicēs communem opinionem esse cum Bar. Tutum tamen est vt dictis remediis ad controuersiam tollendam. Illud etiam scire expedit inter plures, quibus legatus est usufructus, vel omnium honorũ, vel certi prædij esse ius accrescendi etiam post quæsitum usufructum, l. j. §. j. de usufruct. accr. Sed si testator velit non esse locum iuri accrescendi remedium est, quod leget usufructum pro alimentis, sic enim de usufruct. & ibi doct. notat, quod dicit esse valde notabile Abba. conf. lxxvij. Circa primum. in si lib. ij.

## CAVTELA XVI.

Quo remedio filiusfa. rem legatam habere possit etiam cum emolumento fructuum, qui de iure patrifamilias quærentur.

## S V M M A R I V M.

- 1 *usufructus aduentitiorum acquiritur patri,*
- 2 *Pater rerum filiofamilias donatarum fructus non acquirit contra uoluntatem testatoris.*
- 3 *Pater etiam ubi non habet usufructum in bonis filij, habet saltem commoditatem nisi fuerit prohibitus à testatore.*

**E**X aduentitiis† bonis filiorum patri quæritur **I** usufructus, l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. Si quis autem filiofam. legaturus sit prædium, & nolit usufructum ad patrem pertinere, reme-

dium est, quod leget hac lege adiecta, vt ad patrem non pertineat vsusfructus, nam potest quilibet conditionem hanc addere. auth. accipitur. eo. tit. Quod etiam habet locum quantum ad legitimam si mater vel auus maternus sic relinquere, quia dispositio hæc non iniuriã filij, sed commodum respicit. l. filius matrẽ. vbi Bal. C. de inoffi. testa. & hoc tenet Bal. consil. clxviij. Proponitur. & consil. cccxxiiij. Omisissis opinionibus. libr. v. & gl. in auth. vt lice. mat. & au. in prin. in ver. participium. & ibi Ang. quorum opin. veram puto, licet Bar. in contraria opin. fuerit in d. auth. excipitur. per tex. in d. auth. vt lice. mat. & au. qui non obstat, nam tex. ille restringit libertatem donandi, vel relinquendi quantum ad legitimam filiis debitam, non autem ibi fit vlla prohibitio, quod in legitima non liceat ita filix providere, vt patet ex text. Præterea inductio Bar. est per argu. à contrario sensu, quod non procedit vbicunque. resultat absonus intellectus. gl. in l. ij. C. de cond. infert. & in c. j. de arat. & qual. lib. vj. Et norandum est, quod † non solum potest hæc conditio adici, ne patris vsusfructus quaratur. Verum & gubernator rerum relictarum poterit quispiam à testatore constitui, si filius fa. cui relinquitur minor sit. §. si verò & minores. in auth. vt lice. mat. & au. quod seruandum censeo quando pater luxui inserviret, ne ipse potestate patria ad licentiam corrumpendi effundendique bona filij abutatur. l. fi. C. de senten. pal. † Et quia in casibus in quibus patri non quaritur vsusfructus pater saltem bonorum filij commoditatem habet secundum Are.

in

in §. j. inst. per quas perso. nob. acq. quod dictum sequitur, & singulare dicit esse Iaf. in l. cum filiofam. col. xxxj. ff. de leg. j. per l. fi. ff. de vsufu. Ar si testator talem commoditatem patri acquiri nolit remedium est, quod expressè prohibeat ne patri ex bonis quæ ipse testator filiofam. relinquit, vsusfructus, seu aliqua commoditas acquiratur, vt per Are. in d. §. j.

## CAVTELA XVII.

In dote præleganda quibus consiliis sit vtendũ.

## S V M M A R I V M.

- 1 Dos prælegata quæ commoda consequatur.
- 2 Dos certa quantitate expressa, quod prælegetur interest uxoris.
- 3 Expense factæ in dote recuperanda, non repetuntur ab hæredibus viri prælegantis dotem in certa quantitate.

**D**Ote † prælegata tollitur omnis exceptio non minuens dotem ipso iure. l. j. cum ibi traditis per Bar. ff. de dot. præle. & Aret. in §. sed si vxori. inst. de lega. & per tale prælegatum aufertur hæredi beneficium dilationis anni dati à lege ad restitutionem dotis. de quo in §. exactio. C. de rei vxori. actio. habet enim prælegatum dotis commodum representationis. vt per gl. in d. §. sed si vxori. Pau. de Cast. consil. ccxxxix. Primo videndum est. Et si testator nolit auferre hæredi commodum dilationis, sit cautus vt ipse diem præfigat restitutioni dotis. l. omnia. ff. de lega. j. dum tamen annum dilatio non excedat si testator nihil ultra dotem vxori relinquat. Vxor † autem sit cauta vt curet sibi dotem prælegari, expressa certa quan-

Q 3

titate dotis, alioquin ipsam oporteret probare quanta fuerit dos, ut per Aret. in d. §. sed si vxori. vbi dicit hęc in practica esse menti tenenda, quia quotidiana sunt, & confirmantur prædicta ex his quæ tradit doct. in l. si prior. ff. solu. mat. post glo. ibi, quam Bar. dicit esse mirabilem, & per doct. in 3 l. qui sic stipulatur. ff. de verb. obli. † Aliud quoque consequitur commodum mulier si vir præleget dotem quantitate designata: nam si ita præleget, mille quæ habui in dotem vxori mea lego, hæredes viri non poterunt deducere expensas, quas fecit vir in recuperanda dote, ut per Salie. in l. si non designata. C. de fal. caus. adiect. lega. & per Ang. Aret. in tract. de testa. vers. item reliquit B. eius vxori. in si. cum allegatis per eum ibi.

## CAVTELA XVIII.

Quibus remediis coniux ad secunda vota transfrens euitet pœnas amissionis proprietatis rerum à coniuge præmortuo habitarum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Vidua conuolans ad secundas nuptias perdit dominium rerum, quas habuit à primo viro.
- 2 Mulier quando possit impunè secundo nubere. Nuptiæ secundæ, quomodo impunè contrahantur.
- 3 Iniuria, quæ fit filiis primi viro si mater conuolet ad secundas nuptias tollitur ipsorum consensu. Mulier mortuo viro nubit in domino. Iniuria non fit volenti.
- 4 Videat consensu viro vel filiorum secundo nubens adueat intra annum nubere.
- 5 Pœna imposita viduæ secundo nubenti, militat etiam in viro.

Mulier

**M**ulier† ad secundas nuptias transiens perdit dominium rerum, quas ex liberalitate primi viro consequuta est, & solam potestatem fruendi retinebit, illasque filiis ex primo patrimonio genitis restituere cogitur. l. fœminæ. C. de sec. nup. vbi doct. & Soci. consil. lvi. Viso testamento. lib. iij. Sed † si vir velit vxorem non perdere dominium dictarum rerum, remedium est, quod ipse vir licentiam det vxori ad secundas nuptias conuolare. Nam pœna secundo nubentibus imposita est, quia videtur inferri iniuria primo viro per secundas nuptias. §. quia verò. in auth. de rupt. & nulla iniuria fit volenti. l. j. §. vsque adeo. ff. de iniur. secundum Bal. in l. j. C. de sec. nup. ut per Lud. Rom. consil. ccxix. Ex themate consultationis. & Deci. consil. dcxx. Casus de quo quaritur. col. ij. † Quod si primus vir non dederit licentiam hanc vxori, cautâ sit mulier ad secundas nuptias migrare volens, quod procuret secundis nuptiis filiorum consensum accedere, & sic non perdet ea, quæ habuit ex liberalitate primi viro, secundum glo. in ver. copulantur. in auth. de non eligen. sec. nub. quoniam iniuria quæ fit filiis primi viro, si mater conuolet ad secundas nuptias tollitur eorum consensu. §. soluto. in auth. de secund. nup. l. cum donationis. C. de transact. & comprobantur prædicta ex latius dictis per Ias. in l. ambiguitates. C. de indi. vid. tollen. & in d. l. filium quem habentem. col. fi. & consil. liij. In questione. par. j. & per Dec. consil. ccvj. Quaritur & scire oportet directa remedia necessaria esse, quia pœnæ secundo nubentium inductæ fauore filiorum sublatæ

non sunt per dictum illud Apostoli: *Mortuo viro mulier nubat in Domino.* c. pen. & si. de secun. nupt. vbi hoc tenet Abba. & Corn. consil. xxj. Videtur. col. iij. lib. j. Bart. & Deci. in l. j. C. de secund. nup. Et est communis opi. vt ibi dicit Deci. & in consil. lxxxvij. Pro resolutione. col. ij. & consilio cccxx.

4 Proponitur. † Caueat tamen vidua ne sub prætextu huiusmodi consensus filiorum, vel licentiæ datæ à viro nubat intra annum luctus, nam hoc est contra bonos mores. d. l. j. & ideo licentia viri, vel filiorum consensus non prodesset. argu. l. si quis inquilinos. §. si. ff. de legat. j. vt per Ludo. d. consil. cccix. Ias. in d. l. filium col. iij. & Corn. d. consil. xxj. Licet quidam existiment hoc procedere de iure civili, secus autem esset de iure cano. gl. in d. l. j. cum aliis allegatis per Fede. de Sen. q. xxxvj. Casus talis est. Et notandum est, † quòd prædicta remedia sunt etiam vtilia viro ne perdat legata sibi in testamento vxoris, vel aliter ab eo donata, nam pœnæ binuborum tam mulierum, quàm viro impositæ sunt, vt per gl. in d. l. fœminæ. §. illud. quam ibi Bart. approbat, & est communis opi. vt dicit Deci. dicto consil. cccxx. & consil. lxxxvij.

## CAVTELA XIX.

Quo remedio legatarum etiam venalia comprehendat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Venalia non cedunt legato.  
 Legatum non comprehendit venalia, quæ non sunt in domo.

Legato

- 2 Legato cedunt, quæ aliàs non comprehenderentur, si alia nulla sint, quæ legato cedere possint.  
 3 Venale triticum quando comprehendatur in legato.

Negotiari non dicitur dominus uendendo fructus, quos percipit ex proprijs prædijs.

**T**riticum quod est domi legato, triticum quod testator venale habebat legatario non debet, etiam si omne triticum quod erat in domo repositum legasset testator, quia generalitas restringitur ex illa adiectione, quod in domo esset. l. ca tamen adiectio. ff. de legat. iij. & venalia non censentur domi esse. l. generali. §. vxori. ff. de vsufr. lega. l. pediculis. §. cum quæreretur. ff. de aur. & ar. lega. Sed † si testator venale quoque triticum legato contineri velit, remedium est, quòd dicat, lego triticum omne quod quoquo modo domi esset. Bart. in d. §. vxori. Alexan. consil. cxvij. In casu. col. j. lib. v. Nam illa dictio quoquo modo, id operatur, & non sufficeret dicere omne triticum. Corn. consil. xiiij. Circa primum in fin. libr. j. vel testator dicat etiam venale, per l. seruos. §. si. ff. de lega. iij. Deci. consil. cccclxxxj. Visis his. Hæc tamen remedia necessaria non essent. vbi testator in domo vel aliud frumentum quàm venale, non haberet, nam tunc venale triticum legato cederet. gl. in d. §. item cum quæreretur. quam ibi signandam, & menti tenendam dicit Bartol. & sequitur Bald. in rub. & Pau. de Castr. & Ias. in l. j. C. de ver. signi. Cederet quoque legato triticum venale, quod percipisset testator ex prædijs suis, quia in frumento huiusmodi negotiari dominus non dicitur, vt per

Q s

Abb.conf. vj. Casus super quo. libr. j. & ita tenet  
Deci consil. cccclxxij. Testator. in fin.

## CAVTELA XX.

Quo remedio vxor impediatur succedere viro  
in quarta, quam ei deferret ius authenticorum.

## S V M M A R I V M.

1 Vidua succedit in quarta parte bonorum viri, uel pro  
uirili, quando matrimonium est sine dote, uel cum  
parua dote.

Dos parua dicitur, quæ non sufficit ad alimoniam  
mulieris.

2 Quartam partem uxori debitam an testator prohi-  
bere possit.

Testator utrum possit prohibere, ne uxor habeat  
quartam, quæ deferretur ei iure auth. præterea. C.  
unde uir & uxor.

1 Uxor non habet querelam inofficiosa donationis.

**V**XOR succedit in quarta parte bonorum vi-  
ri, si liberi non sint ultra tres, alias succedit  
in uirili portione, & legatum factum coniugi nõ  
collit dictam successionem, sed cõputatur in par-  
tem. auth. præterea. C. unde uir & uxor. & locum  
habet dicta successio, quando matrimonium est  
sine dote, uel cum parua dote, ut ibi declarat Ale.  
& Ias. post alios docto. & dos intelligitur parua  
quando nõ sufficeret ad alimoniam vxoris, & hæc  
est communis opinio ut patet ex dictis, & relatis  
per Barb. consil. lxxiiij. Scripsit. lib. iij. Quod præ-  
cedit etiam si coniugi post acquisitionem huius-  
modi quartæ superuenirent diuitiæ, quia post ef-  
fect

fectum consummatum cessante causa non cessat  
effectus, l. si. ff. vnd li. ut late per Deci. consil. xxiiij.  
Pro uirili. Sed si testator ¶ uelit per legatum factum  
¶ factum vxorem quartam habere petere non posse, re-  
medium est, quod legent dicta clausula, quod  
plus petere non possit. Nam potest testator prohibere  
¶ detractionem huius quartæ, secundum Sal.  
in d. auth. præterea. Sed glo. aliter sentit in §. si ve-  
ro expressim. in verb. hæredem. in aut. de har. &  
falc. & cum gl. uideretur esse communis opi. ut pa-  
tet ex relatis per Alex. in d. auth. præterea. & per  
doct. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. mat. dum  
dicunt debitum descendens ex dispositione d. auth.  
esse necessarium. & cõfirmatur hoc ex dictis per  
Bald. in l. filium quem habentem. col. x. ver. deinde  
quæritur. C. fami. ercif. Secundum & tutius re-  
medium est, ¶ quod testator liberis, uel agnatis do-  
net inter uiuos bona sua usufructu sibi reserua-  
to. l. quisquis. C. de dona. Nam uxor non habebit  
querelam inofficiosa donationis. l. nõ usq; adeo.  
ff. si quis à par. fuer. man. ut per Corn. & Deci. in  
d. auth. præterea. & comprobatur remediũ hoc  
ex dictis per Soci. consil. cviiij. In hac consultatio-  
ne. ubi improbato primo remedio hoc secundum  
sequitur, & confirmatur etiam remedium hoc ex  
dictis per Corn. consil. clxxviiij. In hac consultatio-  
ne. lib. ij. & Soci. consil. xlviij. Capiò primum. col.  
ij. & humane faciet testator si legem donationi  
adiiciat, ut donatarius vxorẽ donantis alat dum  
uidua erit. Nam æquitas suggerit ut ex uiri fortu-  
nis vxor alimenta percipiat. l. si cum dotem. §.  
sin autem in sœuisimo. ff. solu. mat.

CAV

## CAUTE LA XXI.

Quo remedio iniungi possit onus ei qui ex testamento sentit inestimabile commodum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legatarius, qui commodum capit inestimabile puta libertatem, gravari fideicommissum non potest. Honor oneri iniuncto commensurabilis esse oportet. *ibid.*
- 2 Condicio implenda est ab eo, qui legati conditionalis velit consequi commodum.
- 1 Fideicommissum ꝑ ab eo relinqui non potest, qui commodum sed non pecuniarium ex testamento capit, ideo si seruo libertas, vel homini libero ius patronatus relinquatur, is fideicommissum inutiliter gravatur, quia onus honori iniuncto commensurabile esse oportet, l. Imperator. ff. de leg. ij. Libertas autem inestimabilis est, l. libertas. ff. de regul. iur. Ius quoque patronatus inestimabile est, l. naturalis. §. si. ff. de præscri. ver. vt per Soci. in l. filiofamilias, in princ. ff. de leg. j. Sed ꝑ vt onus ei iniunctum cui commodum aliquod nõ pecuniarium datur valeat, remedium est, qđ iniungatur per viam conditionis: nam si legatarius voluerit commodum legati cõsequi, oportebit eum conditionem implere, l. statuliberos. ff. de statulibe. vt per Ias. in d. l. cum filiofamilias.

## CAUTE LA XXII.

Quo remedio legatum vtile sit, etiam si ius quod testator habet in re legata ipsius testatoris interitu finiatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legatum, licet sit ex hoc inutile, tamen testator non intel

intelligitur legasse, nisi ius, quod habebat in re, quamvis morte finiendum sit.

- 2 Inutiles actus uoluisse multiplicare nemo præsumitur. Fideicommissum non potest ab eo relinqui, qui nullum commodum habiturus est ex testamento.

**T**estator ꝑrem legando simpliciter ius suum tantum legare præsumitur, etiam si tale ius extinguendum sit morte ipsius, & per hoc legatum reddatur inutile, veluti si leget prædium emphyteoticum per generatione finitam ad ecclesiam reuersurum, l. quod in rerum. §. j. ff. de legat. j. & ibi hoc tenet Bart. cuius opi. dicit esse magis comunem Alex. ibi, & Corn. conf. lxxxiiij. Viderur. col. j. lib. ij. & licet contra opi. hanc plurimæ rationes faciant, attamen eam communiter approbati dicit etiam Ias. conf. cix. Spectabilis. ij. parte. Sed si testator velit legatum omnino deberi, etiã, si ius suum per ipsius obitum expiraturum sit, remedium est, quod testator adiciat clausulã hanc videlicet, Et voluit testator omnia per eum relicta effectum habere, secundum Alex. conf. ix. Visis, col. fin. lib. ij. argu. l. iij. §. conditio. ff. de leg. iij. Est ꝑteriam cautela vt aliquod onus legatario iniungatur, per id enim censetur voluisse testator legatum præstari, etiam si ius eius morte desineret, quia non est credendum testatorem voluisse facere tot actus inutiles. l. iij. ff. de mil. testa. & fideicommissum non potest relinqui ab eo, qui nullum commodum est habiturus ex testamento, l. ab eo. C. de fideicom. vt per Alex. in d. conf. ix. col. v. Melius tamen esset, quod testator circa tale relictum manifestius exprimeret mentem suam.

Cau

## CAVTELA XXIII.

Cautela quædam in legandis alimentis à testatore seruanda.

## S V M M A R I V M.

1 Alimentorum legatum non est multiplicabile, limita ut ibid.

Vsusfructus ius alienari non potest.

2 Legato fundo quæd alimenta, uel ad usum, intelligitur legata proprietatis.

Legatum prædium pro alimentis differt à legatis alimentis ex prædio.

Legatum ad usum, uel ad alimenta quam uim habeat.

- 1 **A** Alimentorum legatum multiplicabile non est, l. dominus. §. j. ff. de usufr. l. libertis. ff. de ali. lega. Ideo si vir uxori alimenta legauerit, deinde filius, uel alius eidem alimenta relinquat, legatum secundum modicæ utilitatis est. Sed si quis habenti ab alio alimenta uelit legando commodum afferre, loco alimentorum quæ legare proponebat leget usumfructum alicuius fundi, sic legatarius habebit aliunde alimenta, & ex testamento usumfructum capiet, cuius commoda poterit in alios usus conuertere, uel donare, uel vendere, l. necessariò. §. fi. ff. de peri. & com. rei vendi. licet ipsum ius ususfructus alienari non possit. §. finitur. Insti. de usufru. vbi Aret. Et caueat testator qui legatario non proprietatem, sed usum fundi legare uelit, ne utatur his uerbis, uidelicet, lego fundum ad usum uel ad alimenta, uel (ut uulgò dicitur) ad gaudium, quia his uerbis intelligitur legata proprietatis, l. donationes. §. species. ff. de dona.

dona. & ad hoc illum text. notabilem putat Bart. & ibi hoc sequitur Imol. & aliud est dicere, relinquo alimenta ex prædio, hoc enim legatum alimentorum continet, aliud est dicere lego prædium pro alimentis, uel pro usu, uel ad alimenta. Nam hoc legatum etiam proprietatem continet. Bart. in l. iiii. ff. de alimen. leg. & ideo tale legatum transit ad hæredes legatarij, ut ibi per Bart. faciunt nota. per Imo. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui ff. de leg. j. & per Ale. consil. ccxiii. Ponderatis uerbis. lib. vj. nisi testator aliis uerbis declararet, quòd legatarius nihil ultra alimenta percipere debeat. Ale. consil. ccxxij. Visis uerbis. in fi. lib. ij. Roma. consil. 503. Visis & diligenter, & Soc. consil. cij. Visis. col. v. lib. iij.

## CAVTELA XXIIII.

Quo remedio legatum ususfructus per alia relicta non intelligatur imminui.

## S V M M A R I V M.

1 Legatarius fundi, & legatarius ususfructus eiusdem fundi ambo concurrunt in fructu, limita in num. 2.

Vsusfructus est pars substantialis fundi.

3 Uxor usufructuaria quando concurrat cum legatarijs prædiorum in usufructu.

Vsusfructus alteri relictus non minuitur per legatum proprietatis.

Proprietas separatur & distinguitur ab usufructu.

4 Hæredes instituti pleno iure cõcurrent in usufructu cum uxore relicta usufructuaria omnium bonorum.

**S**i alteri fundus, alteri eiusdem fundi ususfructus legatus sit, ambo in usufructu concurrerit. & uter

- & vterque partem vsusfructus obtinebit, l. si alij, vbi tex. not. ff. de vsuf. leg. Bal. cons. xxij. Super alio. lib. ij. Paul. de Castr. consil. ccxxxvij. Praefati Vannutius. Ratio est, quia vsusfructus est pars substantialis fundi. l. Meuius. §. fundo. ff. de leg. ij. l. qui vsusfructum ff. de verb. oblig. Iaf. in l. quod in rerū. §. j. ff. de lega. j. Sed † si testator velit vsuf. fructuariū integro vsuf. fructu gaudere, remedium est, quod ipse fundū leget, sine diminutione vsuf. fructus alij relictū; nā si constet de contraria mente testatoris non habet locum dicta l. si alij, secundum communem opinionem. vt patet ex dictis Bart. 3 ibi. Et quæ † diximus de fundo. dicenda sunt etiā in legato praediorum: nam si testator pluribus leget quaedam ex suis praediis, & relinquat vxori vsusfructum suorum bonorum ad legatum vsuf. fructus alij legatarij cui relictā sunt praedia, cum vxore concurrent, vt per Bart. in l. Sempronio. ff. de vsuf. leg. faciunt quæ scribit Bal. consil. ccxiiij. Punctus. lib. v. & opi. hanc sequitur Alex. cōf. lvj. Perlectis. libro iij. Sed si testator per legatū praediorum nolit diminuere vsusfructum vxoris, remedium est, quod leget proprietatē praediorum, quia per legatum proprietatis non minuitur vsuf. fructus alteri relictus, d. l. Sempronio. vbi Bartol. 4 Et † si vxore relictā vsuf. fructuaria omnium bonorum haeredes instituantur pleno iure partem vsusfructus habebunt haeredes, vt per Alexand. d. consil. lvj. Remedia autem contra hoc scriptimus supra de haered. institutio. cautel. iij. Si testator. & vide quæ dicentur infra eo. caut. xxvij. Generali.

Caute

## CAUTE LA XXV.

Quo remedio legata aestimatio rei etiam re perempta legatario debeat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legatario non debetur aestimatio legati per emphy. limita ut ibid.
- 2 Debitor quantitatis expressæ respectu alicuius speciei non liberatur etiam morte ipsius speciei.

**A** Estimatio † speciei relicta si species pereat nō debetur, l. quidam. §. si tibi. ff. de le. j. Quare si cui equi aestimatio legata sit, mortuo equo legatarius aestimationem non poterit petere. Sed vt equo mortuo nihilominus eius aestimatio legatario debeat, remedium est, † quod aestimatio certa, & designata relinquatur, quia quando aestimatio est expressa, & taxata, debitor quantitatis respectu speciei perempta specie non liberatur. l. vir vxori. vbi Bart. ff. de dot. praeg. & illum tex. dicit esse valde notabilem Alex. in l. Titia textores. §. fin. ff. de lega. j. & ibi vide Paul. & Iaf. redentes rationem huiusmodi varietatis.

## CAUTE LA XXVI.

Consiliū circa locū vbi res legata soluenda sit.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legata res debet solui legatario ubi legata est sumptibus haeredis.

Legatum declaratur à mente testatoris.

**R** Es † legata vbi est, ibi solui debet, nisi tempore testamenti res esset in longinquo, tunc enim suo sumptu haeres debet rem adducere, & legatio tradere, l. cum seruus. ff. de leg. j. & ibi per Bar. Alexan. & alios Doct. Sed si testator sumptu

R



huiusmodi velit ad legatarium pertinere, id declarat. Nam potest circa hoc testator liberè disponere, & voluntas eius seruabitur, l. cum res. §. j. ff. de lega. j. & totum hoc pendet de mente, & voluntate ipsius testatoris, & per Bal. conf. cxxv. Ad euentiam. lib. iij. & Barb. in c. indicante. col. vj. de testa. gl. in l. cum hi. §. in causa. in ver. alteruter. ff. de transact. & vide Bal. conf. cclv. Confirmans. lib. ij.

## CAVTELA XXVII.

Quo remedio actionem habeat contra debitorem, vel rei possessorem is cui legata est res debita testatori.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legatarius non potest agere contra debitorem testatoris nisi prius actione cessa.
- 2 Legatario queritur utilis actio ex legato nominis vel actionis.
- 3 Cessio id operatur in nominibus debitorum, quod operatur traditio in rebus corporalibus.

**A**ctione non cessa non potest legatarius agere contra debitores si testator rem sibi debitam legauerit, l. apud Iulianum. §. Titius. ff. de leg. j. Sed ut legatarius contra debitorem agere valeat, remedium est, quod ei non solum res debita, verum etiam & nomen debitoris, & actio legentur. Nam ex legato nominis vel actionis, utilis actio legatario queritur, l. ex legato. vbi Bal. & alij Docto. C. de lega. Alex. Areti. & Iaf. in d. §. Titius, Et si hoc in testamento seruatum non fuerit potest legatarius agere contra heredem, ut ipse agat contra debitorem, l. si sic. §. si. & ibi Bar. ff. de

ff. de leg. j. Potest etiã testator legatario presenti, vel notario pro eo recipienti actiones suas cedere: nam cessio id operatur in nominibus debitorum quod operatur traditio in rebus corporalibus, & ex cessione transit in legatarium exercitum actionum, ut per Alexan. in d. l. ex legato faciunt scripta per Deci. cõs. ccccxl. Viso eleganti consilio.

## CAVTELA XXVIII.

Quo remedio per legatum totius non intelligatur derogatum legato partis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Generi per speciem derogatur.  
Pars integralis legata differt à legato totius respectu illius partis.
- 2 Voluntas testatoris sequenda est, ubi de ea constat.

**G**enerali ꝑ legato per legatum speciale derogatur l. vxorem. §. codicillis. & felicissimo. vbi Bart. ff. de leg. iij. c. generi, de regul. iur. lib. vj. & per legatum partis integralis videtur recessum à legato totius respectu illius partis, l. cum quartio. C. de lega. Quare si testator alium heredem faciat, alij vsumfructum omnium bonorum relinquat, ab hereditate exemptus videtur vsumfructus, & heres in vsumfructu cum legatario non concurret. Deci. consil. dcviij. Viso pupetto. cum allegat. ibi per eum, aliud iuris est cum alij legatur totum integrale, & alij legatur pars substantialis, ut si alteri domus, & alteri eiusdem domus aliqua pars substantialis legetur, tunc in illa parte ambo legatarij concurret, l. si alij. vbi Bart. ff. de vsumfruct. leg. Sed si testator velit eum cui legatur pars substantialis integram partem habere, remedium est,

quòd ipse expressè disponat, quòd ille cui legatur huiusmodi pars substantialis eam integram habeat † Nam cum de voluntate constat, standum est dispositioni testatoris, l. cum viru. C. de fideicom. & est communis opin. vt per Bart. in d. l. si alij. faciunt quæ superius diximus hoc tit. caut. xxiiij. si alij.

## CAVTELA XXIX.

Quo remedio dominium rei legatæ transeat, vel non transeat recta via.

## S V M M A R I V M.

1 *Dominium rei legatæ transfertur in legatarium sine traditione seu recta via.*

*Hæredis res legata an transferatur sine suo consensu.*

2 *Legatarius quando rei legatæ fieri dominus non potest sine traditione hæredis.*

1 **D**ominium rei legatæ sine rei traditione transfertur, l. à Titio. ff. de furt. quod procedit si res sit testatoris, secus est si sit hæredis. glos. in l. si hæredis seruus. ff. de leg. j. Sed vt quãdo res hæredis legatur dominium transeat recta via in legatarium, remedium est, quòd res legetur consentiente hærede, & constituyente se nomine legatarij possidere, vt probatur ex dictis per Bal. in l. j. col. v. C. com. de lega. & Iaf. in d. l. si hæredis seruus. iunctis nota. per Alexan. & alios Doct. in l. quod meo. ff. de acqui. pos. & in l. ab emptione. ff. de pact. Solutum autem consensus hæredis non esset efficax ad transferendum dominium ipso iure, l. cum quis decedens. cum ibi traditis per Bart. ff. de leg. iij. Quòd si testator leget rem suam, & ratione aliqua nolit in legatarium dominium transire sine

ire sine traditione hæredis, remedium est, quòd disponat legatarium non fieri dominum ante traditionem hæredis. l. Sempronius. ff. de vsufu. leg. Bal. in l. ij. C. vt in pos. lega. & Iaf. post Pau. de Ca. in l. nemo. ff. de lega. j.

## CAVTELA XXX.

Quo remedio hæres iussus soluere debita, fideiussionis causa debitum soluere non cogatur.

## S V M M A R I V M.

1 *Hæres iussus soluere debitum ex causa fideiussionis solutum à principali debitore repetere non potest. limita ut ibidem.*

2 *Coniecturis non est locus in certis.*

*Principaliter, & ut principalem qui se obligat pro alio quomodo teneatur.*

*Fideiussor qui se obligauit ut principalem & principaliter, non iudicatur amplius fideiussor.*

3 *Testator legaturus etiam quod debetur ex causa oritura post testamentum, quomodo uerba cõcipiet. Præteritum imperfectum subiunctiuu modi significat etiam tempus futurum.*

*Legatario non debentur superuenientia post testamentum.*

**F**ideiussionis causa debitum si testator solui mandet in specie, vel in genere iubendo hæredem debita soluere, hæres soluere tenetur, & solutum repetere à principali debitore nõ potest, l. si fideiussor. & ibi Bal. ff. de leg. j. Quod procedit quando proprium debitum aliquod testatoris nõ apparet, arg. l. fundus qui locatus. ff. de fund. in stru. & l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demon. aliàs secus esset. vt per Doctor. in d. l. si

deiuſſor. vbi Alex. poſt Bald. dicit op̄i hanc veram eſſe, & dictum Bal. communiter improbari. Sed  
 2 † quia durum viderur heredem quod pro alio ſoluet non poſſe repetere, ſit cautus teſtator, vt quando mandat debita ſolui euidenter exprimat ſe intelligere de debitis, ad quæ ſoluenda ſuo nomine, & vt principalis tenerur, vt in certis non ſit locus coniecturis, l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. iij. Et ſit etiam cautus, vt adiciat ad quæ tenerur ſuo nomine & vt principalis, & pro ſe, & ſua cauſa. Nam per illa verba ad quæ tenerur ſuo nomine, & vt principalis non ſatis eſſet conſultū hæredi ſi teſtator pro alio (vt fieri ſolet) ſe principaliter, & vt principalem obligaffer. Nam hoc caſu fideiuſſor per omnia iudicatur vt principalis, vt tenent Petr. Cin. & alij Docto. in auth. præſente. C. de fide. quos refert, & ſequitur Alex. conſil. xxij. In cauſa exequutionis. col. pen. lib. iij. & Iaſ. conſil. lvij. Mihi quoque. lib. iij. de quo vide allegata per Barba. conſ. lxxxvj. Magnus. lib. iij. Dec. conſil. cclxvij. Concluſio. & per Iaſ. ſibiipſi contrarium conſil. cxxxij. Præſupponitur. col. vlt. ij. par. Et prædicta obliuioni danda non ſunt, vt verum intelligas circa q. motam per gl. in ver. fideiuſſorem. in auth. de fideiuſ. in prin. † Illud etiam  
 3 notandū eſt, quod ſi creditor leget debitori quicquid debet, & deberet, quamuis verbum præteriti imperfecti ſubiunctiu modi ſignificet etiam tempus futurum vt per Bart. in l. j. ff. de iur. codi. tamen hoc legato non continebitur debitū tempore mortis ex cauſa, quæ poſt teſtamentum ſuperuenit, arg. l. quod Seruius. cum ibi not. per doct.

doct. ff. de condi. ob cau. ſed ſi teſtator velit legare etiā quod debebitur ex cauſa oriura poſt teſtamentum, ita verba concipiantur, legauit quicquid debet, aut debebit ex cauſa præterita vel futura, vt colligitur ex dictis per Fulg. conſilio xxxvij. Quidam.

## CAVTELA XXXI.

Quo remedio legatarius non obſtante præſcriptione poſſit petere rem legatam.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Vſucapio, & præſcriptio ſunt inducta bono publico. Legatarius quomodo poſſit petere rem legatam non obſtante conſcriptione.*
- 2 *Pactum prælati locantis ad nouem annos cum pacto quod finito tempore locatio renouetur, non ualet.*
- 3 *Præſcriptio tolli poteſt pacto.*

**V**ſucapio & præſcriptio bono publico inductæ ſunt, l. j. ff. de vſuc. proinde non poteſt teſtator diſponere, quod legatarij poſſint ab hærede legata exigere, præſcriptione aliqua non obſtante, l. ius publicum. ff. de pact. l. quod de bonis. §. j. ff. ad legem Falci. Sed † vt legatatio non obſtet præſcriptionis exceptio remedium eſt, quod teſtator toties rem leget, quoties eſſet completa præſcriptio. Nam poteſt ius extinctum ſuſcitare teſtator obligationem repetendo. Et ſic finis vniuſ obligationis erit principium alterius, l. ſicut in annos ff. quibus mod. vſufruct. amit. Cautelam hanc docet Bar. in l. nemo. colum. vlti. ff. de leg. j. quem ſequitur. Bal. in l. ij. C. vt in poſſeſ. leg. Floria. in l. ſi vſufructus. ff. quibus mod. vſufr. amit.

& Veronenf. caut. lxy. In multis. Nec obstant ea quæ cōtra opi. hanc allegat Iaf. in d. l. nemo. dum dicit repēitionē obligationis tendentem in fraudem legis inutilem esse, sicut pactum quod finita tertia generatione emphyteosis renouari debeat, vel pactum prælati locantis ad nouem annos prædium ecclesiæ, ita quod post nouē annos ad alios nouem annos renouetur locatio. §. neque in authen. de non alienan. Nam respondetur † quod prælatus non habet potestatem liberā disponendi de rebus ecclesiæ; c. nulli. de reb. eccl. non alie. Priuatis autem rerum suarum libera est alienatio, l. nō vsque adeo. ff. si à par. quis manū. fue. Et ideo potest testator ius deperditum repetere in beneficium legatarij etiam in infinitum, l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de leg. iij. & ibi Bart. & comprobatur dictum remedium ex dictis per Barb. consil. xxvij. Clementissimum. col. vlt. libr. iij. vbi dicit communem opinio. esse quod pacto possit præscriptio tolli, quam opi. sequitur idem Barb. consil. l. j. Scripsit. lib. j. & consil. liij. lib. ij. de quo tamen vide scripta per Deci. in l. nam & potest. §. si his. ff. de iureiur. & in l. pētens. C. de pact. & Fel. in rub. de præscri. col. pēn. & vlti.

## CAVTELA XXXII.

Quo remedio legatum rei alienæ vires habeat.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Aliena si legentur quibus & quando debeantur. Amicitia magna iuri sanguinis exæquatur.*
- 2 *Legatum rei alienæ scienter à testatore factum ualet saltem in æstimatione.*

Legat

- 3 *Legatarius quomodo consequitur legatum rei alienæ ab hærede qui sit coniunctior testatori.*

**A**ctæ personæ legetur, vel testator sciat rem suam non esse, & hoc à legatario probetur, §. non solum. Instit. de lega. l. cum alienam. vbi Doct. C. eo. ti. Abb. consil. xlv. Videtur lib. ij. Vel nisi testator leget valdè amico. quoniam magna amicitia iuri sanguinis exæquatur. l. cum allegas. C. de cast. pec. lib. xij. glo. in c. requisisti. & ibi Abb. de test. & per Iaf. in l. si res obligata. ff. de lega. j. Sed si † testator velit de viribus legati dubitari nō posse, remedium est, quod legando dicat scire se rem alienam esse. Sic enim efficax erit legatum, & hæres euictionis periculo astringetur, l. si domus. §. de euictione. vbi Docto. ff. de lega. j. & est cōmunis opinio vt dicit Alex. in d. l. cum alienam. respondens ad c. filius. de testa. quod ille tex. procedit in re ecclesiæ, cuius alienatio difficilis est. c. si ne exceptione. xij. q. ij. vel d. c. filius debet interpretari secundum ius ciuile, vt si legatum rei alienæ sit factum à sciente, licet non valeat in dānum domini, cui res sua debet à legatario, vel ab hærede possessore restitui, legatario tamen æstimatio solui debeat ab hærede, vt sentit glo. in d. c. filius. & comprobatur ex dictis ibi per Barba. col. iij. Et notandum est, quod si testator leget rem alienam coniuncto, si hæres sit coniunctior, vt putā si sit filius testatoris legatum soluere nō tenetur, arg. l. cum acutissimi. C. de fideic. & l. si vnquam. C. de reuo. don. vt per Bald. in d. l. cum alienam. Sed vt legatarius possit legatum consequi, reme-

R 5

dium est, quòd faciat articulum, & pròbet, quòd ipse legatarius erat à testatore valde dilectus, & benemeritus de testatore, & quòd verisimile est, quòd testator etià habens filium sic merenti, & dilecto relinquere voluerit rem legatam, vel æstimationem eius, si legatarius rem habere non posset, hoc probato legatarius obtinebit. faciunt no. per Bar. in l. fin. ff. de hère. instit. in prin. & alia ad id allegata per Barba. in d. c. filius. col. vlti. & Iaso. in l. si res obligata. ff. de legatis j. & vide infra hoc titu. cautela xxxvij. Res alienas.

## CAVTELA XXXIII.

Quo remedio ab hypotheca, quam habent legatarij & seruitute, restantia hæredi prædia liberentur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legatarius habet hypothecam in bonis defuncti.
  - 2 Legato prædio debetur via, seruitus via debetur prædio legato.
- 1 **H**ypothecam legatarius habet in bonis testatoris, l. j. C. commu. de lega. Sed si testator velit prædia aliqua esse libera à vinculo hypothecæ, remedium est, quòd testator disponat ea hypothecæ non subiacere. gl. in l. j. C. vt in possess. lega. quam sequuntur Bal. & Sal. ibi & Barro. & Ias. in rep. l. nemo. ff. de lega. j. Item notandum est, quòd si cui legetur prædium rusticum, vel vrbatum, hæres debet pati legatariū ire, & agere per alia prædia, nam legato prædio debetur via, l. restatrix. vbi Pau. de Cast. ff. si ser. ven. Ideo in legatis non est in vsu clausula illa cum accessibus, & egressibus suis &c. vt per Bar. in l. binas. ff. de ser. vrb. præd. Sed

Sed si testator velit hæredem liberas ædes habere, remedium est, quòd hoc disponat argu. l. in re mandata. C. mand. l. in vendendo. ff. de contrah. emp. et per Bal. col. xxxiiij. Quidam Vannes. lib. v.

## CAVTELA XXXIII.

Consilium in remissione iniuriarum à testatore seruandum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Iniuriam remittens quando intelligatur remittere odium & omnem actionem.  
Testator caueat à verbis generalibus.
- 2 Testator non consequitur veniam peccatorum à Deo, nisi remiserit iniurias.

**I**niuriarum plenam remissionem faciens intelligitur, & odium, & omnem actionem remisisse. Bal. in c. j. §. iniuria. de pac. iur. firmam. Quare si testator iniuriam passus ab aliquo velit ei pacem facere, & offensam testamento remittere, salua tamen actione iniuriarum ad id quod interest, sit cautus vt iniuriam simpliciter remittat. gl. in c. si canonici. ver. damus. ff. de offic. ordi. libr. vj. & comprobatur hoc ex dictis per Bar. & Alex. in l. si tibi. §. quædam. ff. de pact. & Ias. in l. huiusmodi. §. ædes. ff. de leg. j. & caueat testator à verbis generalibus. quæ possent comprehendere etiam remissionem actionis secundum Alex. in d. §. quædam. Et sunt cauti testes volentes à Deo consequi veniam peccatorum, vt ipsi nõ verbo tantum, sed iniurias corde remittant, non enim aliter à Deo suorum delictorum remissionem, & veniam exorabunt, quia scriptum est: *Si non dimiseritis hominibus peccata*

eorum, nec pater uester cœlestis dimittet uobis peccata uestra. Matthæi vj. Actionem autem iniuriarū remittere non est opus, & potest quisque emendationem iniuriæ petere secundum ordinem iustitiæ, c. si illis. xxij. q. iij. vt per Ioan. de Tur. crema. in c. si quis contristatus. xc. distin.

## CAVTELA XXXV.

Quo remedio legatario conditionem implere offerente non habeatur conditio pro impleta.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Conditio implenda per legatarium habetur pro impleta, si stat per heredem quominus impletur.*
- 2 *Legatarius quando teneatur adimplere conditionem iniunctam sibi, habita re legata, uel non habita.*
- 3 *Heredi quomodo consulitur, qui oblatam à legatario pecuniam causa conditionis implenda semel accipere recusauit.*

**C**onditio à legatario implenda pro impleta habetur, si stat per heredem quominus impletur. l. iure ciuil. ff. de condi. & demon. c. cum stat. de leg. iur. lib. vj. Quare si legeretur Titio fundus, si heredi centū dederit, potest legatarius fundum petere si semel obtulerit centum heredi, & ille accipere recusauerit, nec legatarius iterum offerre, vel soluere cogitur. arg. l. si quis heredem. C. de insti. & substi. sub condit. fact. vt quidam arbitrantur. Sed si testator per oblationem semel factam velit heredem conditionis comodo non carere, qui semel obtulerit, & conditionem implere paratus fuerit, remediū est, quod ipse disponat

nat per vnam interpellationem, & oblationem non debere intelligi conditionem impletam esse, nisi quantum ad actionem consequendam, & quod legatarius, re habita, vel non habita semper teneatur adimplere conditionem iniunctam, & parandum erit voluntati testatoris, l. in conditionibus. ff. de condi. & demon. Bart. in l. vter ex fratribus. ff. de condi. inst. Soci. in d. l. iure ciuili. Ias. in rep. l. nemo. ff. de leg. j. Deci. in l. iure ciuili. ff. de reg. iur. Et notandum est quod licet conditio habeatur pro impleta, quando stat per heredem, tamen secundam veriotem opinionem habet hæres exceptionem, & legatarium potest exceptione repellere, si non impleat conditionem. l. cui fundus. & ibi doct. ff. de condi. & demonst. & per Soci. in d. l. iure ciuili. & per Deci. in d. regu. iure ciuili. in fin. quod tene menti, vt scias consulere heredi, qui oblatam à legatario pecuniā causa conditionis implenda semel accipere recusauit.

## CAVTELA XXXVI.

Remedium quo filia quantitatem dotis bis non possit exigere.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Dos si soluta sit à patre uiuo, nihilominus filia petere poterit legatam sibi quantitatem.*
- Filia non potest petere quantitatem legatam ultra dotem habitam.*
- 2 *Legatum dotis factum in codicillis in maiori quantitate quam fuerit in testamento an sit idem.*

**F**ilia cui pater in testamento mille reliquerit, & cuius viro superuiuens promissam dotem soluerit, nihilominus legatā quantitatem ab heredi

redibus exigere poterit secundum Bart. in l. Lucius. j. ff. de leg. ij. quia potest augeri. l. pe. C. de dona. ante nup. Sed si pater nolit filiam ita duplicatam dotem habere, remedium est, quod in testamento quod ei legat in dotem ita relinquat, vide licet, pro ea maritanda, ut finita causa legati legatum quoque finiatur. l. libertis. ij. ff. de alim. leg. & in opinione hac est Bart. in d. l. Lucius. Sed remedium hoc non est tutum, quoniam opi. Bar. communiter improbat, & posset filia petere quatenus plus esset in legato, ut per Alex. & Ias. in l. huiusmodi. §. si pater. ff. de lega. j. & in l. filia. C. de lega. Ad vitandam tamen quaestionem non erit inutile, quod pater in testamento, vel superuiuentum promittit dotem pro filia, declarat quod una summa in altera computetur, ut docet Ias. in simili in l. triticum. ff. de verb. oblig. Idem quoque seruandum est, quando prius in testamento pater filiae reliquit certam quantitatem, & postea codicillis maiorem summam relinquat, ut per Cuma. conf. xvij. Sine disputatione. Bald. consil. cxl. Casus. & conf. cxliij. Cuidam puella. lib. v. §.

## CAUTE LA XXXVII.

Quo remedio contra dominum rei legatæ, qui legato consensit legatarius habeat actionem.

## S V M M A R I V M.

1. Legatarius contra quem agat, quando testator legit rem alienam consentiente domino.  
*Aliena re legata legatarius habet actionem, si dominus rei consenserit.*
2. Pacto testatoris queritur actio legatariis.  
*Legatarius quodammodo hæres in re legata cæsetur.*

3. Hæres

3. Hæres cogitur cedere actionem legatario contra dominum rei legatæ à testatore.

**R**est alienas expedit domino consentiente relinquere, l. sicut. §. venditionis. ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. facit tex. in c. j. & quod ibi notat Bald. de prohi. feud. alien. per Fede. Nam ex tali consensu consequitur legatarius retentionem, licet ex hoc non possit agere contra dominum rei, qui consensit cui nihil testator legauit. l. ab eo. C. de fideicom. l. cum quis decedens. & ibi Bar. ff. de lega. iij. Sed ut legatarius contra dominum rei actionem habeat, remedium est, quod dominus rei non simpliciter testatori consentiat, verum etiam illi nomine legatarij stipulanti promittat soluere rem legatam, quia ex testatoris pacto legatariis actio queritur. Nam legatarius quodammodo hæres in re legata cæsetur, l. id tempus. §. j. ff. de vsuca. iurta. l. j. C. ut ab her. & con. her. & l. si tibi. §. pactus. cum ibi not. ff. de pact. Et quod ex promissione domini facta testatori legatarius agere possit, tenet Bar. & Ale. in l. nemo. ff. de leg. j. & comprobatur opinioem hæc Ias. in l. si fundum per fideicommissum. col. viij. ff. de lega. j. Sed si cautela hæc in testamento fuerit omittitur, remedium quo re legata legatarius consequatur est quod ipse agat contra hæredem. l. si duos. §. pe. ff. de legat. j. & hæres vel cedit actionem contra dominum rei legatæ, qui legato consensit, vel ipse agat contra eundem. Habet enim hæres contra illum, qui consensit actionem mandati. l. j. & ij. ff. mand. & comprobantur prædicta per Bar. consil. ccxj. Quidam sibi filius Pau. de Cast. conf. ccl. Circa primum. & Ias. conf. xliij. Casus talis lib. j.

Caut

## CAVTELA XXXVIII.

Quo remedio ad hæredes legata conditionalia transmittantur.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Conditio si impleta non fuerit in uita legatarij, legatum non transmittitur.*
  - 2 *Testator facere potest quòd non transmissibile transmittatur ad hæredes.*
  - 3 *Conditio quando fit per dictionem si, uel hac conditione quando modum & quando conditionem significat.*
- 1 **S**I legatarius † conditione pendente decedat, quamuis postea conditio extiterit, hæres legatarij lucrum legati non habebit, quia conditionale legatum nõ transmittitur ad hæredes. l. j. §. fin. autem. C. de cadu. tol. gloss. in §. ex conditionali. insti. de verb. obl. Abb. consi. lxxxv. Duo ut mõrem. lib. j. Bald. consi. xxviiij. Super primo. lib. ij. & consil. ccccx. Lucas. lib. ij. Sed ut legatum habeat hæres legatarij quancuncque impleta conditio fuerit, remedium est, quòd testator hoc disponat.
- 2 Nam † potest testator facere, quòd non transmissibile ad hæredes transmittatur secundum Bal. in c. Cumana. de elect. & Iaf. in l. nemo. in repe. col. ix. ver. item quòd legatum. ff. de leg. j. per l. j. C. ut actio. ab hæ. & cont. hæ. cum aliis allegatis per eundem Iaf. in l. testandi. col. vlti. C. de testa. fact. dicta supra de subtit. cau. xxiiij. si substitutus. Et transmissibile fiet legatum ad hæredes si testator leget hoc modo, Lego Titio, & heredibus eius, secundum Bal. consi. xciiij. Super dictis punctis. lib. i. & consi. cviiij. Domina Ioanna. lib. ij. Et notandum

dum est. † quòd si testator velit suspendere legatum in aliquem futurum euentum, & facere legatum conditionale, si relinquat ita dicendo sub conditione hac, &c. nõ erit legatum conditionale, nam huiusmodi verbo non conditio sed modus significatur. l. Meuia. ff. de manu. testa. l. ij. §. fin. ff. de dona. Bald. in l. ea conditione. ff. de condi. & demon. Barto. in l. quibus diebus. §. Terminus. col. ij. ff. eo. & consi. iij. Factum. Sed ut legatum conditionale reddatur, testator utatur dictione, si: quia dictio hæc si, facit propriam, & veram conditionem, ut per glo. & Bar. in l. j. ff. de condi. & demon. & Iaf. consi. clxij. In causa contradictionis. col. iij. parte j.

## CAVTELA XXXIX.

Quo remedio dispositio valeat si post mortem uxoris alio hærede instituto ipsa vxor usufructuaria relinquatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Ususfructus si relinquatur uxori & post eius mortem alius hæres instituatur ei, an ualeat legatum. Principium non potest res capere ab eo momento, quo debet desinere.*
- 2 *Notariorum imperitia mundus destruitur.*
- 3 *Vxor relicta usufructuaria singulorum prædiorum, an habeat integrum usumfructum etiam uiuis filiis. Hæres idem est quòd dominus.*
- 4 *Legata ualent etiam hereditate non adita ex testator id uoluerit.*
- 5 *Casta uiuere dicitur etiam illa quæ in matrimonio est.*
- 5 *Vxor cui legatum est si uidua remanserit consequitur.*



*tur legatum etiam si secundo nupserit, sufficit conditionem momento extitisse.*

**S**I vxor<sup>i</sup> vsusfructus omnium bonorum relin-  
quatur, & post vxoris mortem Titius hæres  
instituat<sup>ur</sup>, legatum vsusfructus videtur inutile,  
quia ante aditam hæreditatem dies vsusfructus  
legati non cedit, §. in nouissimo. C. de cadu. tol. &  
cùm ante mortem vxoris non possit adiri hære-  
ditas, quia hæreditas potest dari sub die incerto,  
nec reiicitur dies. vt no. glos. in §. hæres. in vers. ex  
certo. Insti. de hæredi. insti. Fede. de Sen. consi. lvi.  
Dominæ Franciscæ. Frustra videtur relictus vsuf-  
fructus vxori in tēpus quo vsusfructum habere  
desinet, si hæriditatis aditio expectetur, l. Titio  
cùm morietur. ff. de vsufr. facit glo. in l. qui filio.  
ff. de hæredi. insti. & ibi Ange. tenet hoc legatum  
esse inualidum, & sequitur Alexand. in l. extra-  
neum. C. de hære. insti. Quæstio est dubia, & de  
apicibus iuris, vt dicunt Doct. in d. l. extraneum.  
Alexan. tamen in consi. lvij. Habita super narra-  
tis. lib. iij. tenet legatū valere: ita etiam tenet Lud.  
Roma. consi. lxxj. Visis dubijs. ita etiam seruati in  
practica dicit Bal. in l. id quod pauperibus. C. de  
epif. & cler. & opinionem hanc sequuntur etiam  
Bal. Pau. de Cast. & Ias. in l. si filius. ff. de libe. &  
posthum. vbi dicit Ias. imprudentia notariorum  
eiusmodi difficultates nasci, subiungens ex tabel-  
lionum imperitia mundum destrui, ex sententia  
Bal. consi. vj. Viso testamento. lib. iij. & secundum  
Bald. consil. xxvj. Videtur dicendum. lib. v. Con-  
ditio post mortem respicit finem vsusfructus, sed  
interim testator vult hæredē proprietatem habe-  
re, ita

re, ita vt si hæres scriptus præmoriatur transmit-  
tat ad hæredes, nec hoc casu habet locum, l. hæ-  
res meus. ff. de cond. & demon. Vt autem † vxor<sup>2</sup>  
sine controuersia vsusfructum habeat, remediū  
est, quòd non simpliciter vsusfructuaria relinqua-  
tur, sed adiiciatur hæres. Nam si vxor hæres, &  
vsusfructuaria relinquatur, & alius ei post mortē  
substituatur, vxor erit hæres in solidum, l. si quis  
ita hæres. ff. de hære. insti. etiam si filij communes  
superfint, vt per Bal. consi. lxxxij. Viso puncto. lib.  
iij. & institutio, vel substitutio aliorum in fidei-  
commissum resoluetur, secundum Ang. in l. filius  
à patre. ff. de lib. & posthu. & Salic. in d. l. extra-  
neum. & hoc casu hæres vxoris retinebit quartā. l.  
quanquam. C. ad leg. Falci. secundum Deci. consi.  
cclxxvij. Non leuis perplexitas, & A. e. consi. clxij.  
Circa. li. ij. Idem iuris erit si vxor domina, & vsuf-  
fructuaria relictā fuerit, quia hæres idem est quod  
dominus, l. item Mela. §. legis. ff. ad legem Aqu. §.  
fi. Inst. de hære. quali. & disse. Deci. consi. dcviij. Vi-  
so puncto. col. j. Secundum remedium est, quòd  
† vxore omnium bonorum vsusfructuaria relictā,<sup>3</sup>  
alius non post mortem vxoris, sed simpliciter hæ-  
res instituat<sup>ur</sup>, quo ad eunte confirmabitur lega-  
tum vsusfructus, per d. §. in nouissimo. secundum  
Deci. d. consi. cclxxvij. l. si nemo. ff. de testa. tut. &  
l. testamento manumissus. ff. de manumif. test.  
Alex. d. consil. lvij. & Ias. in d. l. extraneum. Est &  
aliud remedium videlicet, quòd testator disponat  
legata ex suo testamento deberi etiam hæredita-  
re non adita ex testamento per Bar. in l. nemo. ff.  
de leg. j. & Pau. de Cast. consil. cccclxxxix. Visis du-

- 4 biis.col.iiij.Et notat quod si testator leget vsum-  
fructum, vel aliud vxori donec castè, & honestè  
vixerit, si mulier transeat ad secunda vota nō per-  
dit legatum, quia qua est in matrimonio castè vi-  
gere dicitur, l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad  
Treb. c. Nicena. xxxj. di. & ideo cautela est, quod  
legeretur donec honestè & vidua vixerit, l. fi. C. de  
indict. vid. tol. cautelam hanc tradit Bart. in d. l. fi.  
& in auth. hoc locum. C. si secun. nupt. mul. & in  
d. §. cum proponeretur. Verum quia opi. Bar. com-  
muniter reprobatur, & tenetur quod etiam si sub  
conditione si castè vixerit leget vir vxori, vxor le-  
gatum amittat secundas nuptias contrahendo, vt  
per Ias. in d. l. fi. nō est curandum de cautela Bar.  
& §. cum proponeretur. procedit in relicto à pa-  
tre filia sub conditione si castè vixerit. & multum  
interest vtrum à patre, an à marito sub tali con-  
ditione legeretur, vt in d. l. fi. declarat Ias. Si tamen  
quæstionis tollendæ causa vtrius remedio Bar. nil  
nocebit. Et notandum est, † quod relicto vxori  
si vidua remanserit debetur, quamuis vidua trā-  
seat ad secundas nuptias, sufficit enim conditione  
momento extitisse vt debeat legatum, l. si quis  
hæredem. C. de condi. instit. Sed vt legatum non  
debeat secundo nubenti, remedium est, quod  
ita legeretur, Si vel donec, & quandiu in viduitate  
permanerit, vt per Bald. confi. xliij. Præmittendum  
est. lib. v.

## CAVTELA XL.

Quo remedio statuto prohibente alienari im-  
mobilia in alienigenas possit exterus ex testa-  
mento consequi prædium testatoris.

S V M

## S V M M A R I V M.

- 1 Statuto prohibente alienari mobilia in alienigenas  
an possit exterus ex testamento consequi prædium  
testatoris.
- 2 Mixtus casus non comprehenditur sub simplici pro-  
hibitione.
- 3 Statutum prohibens in alienigenam fieri rei aliena-  
tionem an prohibeat legare in testamento.
- 4 Alienatione prohibita per statutum non intelligitur  
prohibita hæredis institutio.  
Institutio facta de eo qui non potest emere in terri-  
torio ualet.

S I statutum † ciuitatis prohibeat prædia vendi  
extere gentis hominibus, & testator hæredi  
mandet vt alienigenæ prædium vendat prædium  
ille ex venditione hæredis habere non poterit,  
quia non ex vltima voluntate; sed ex contractu  
inter viuos legatarius rem acquirere videretur; in  
legato enim non est nisi ipsa venditio, glos. in l. in  
æstimationibus. ff. de pe. hære. facit l. si fideiussor.  
§. si. ff. de lega. j. † Sed vt prædium exterus soluto  
pretio acquirat, remedium est, quod hæres roge-  
tur illi prædium dari si certam summam soluerit.  
Nam sic prædium ex legato acquiritur, & pecu-  
nia datur gratia conditionis implendæ. l. quod  
conditionis. ff. de do. caus. mor. quod procedit nō  
dubiè si legatarius minus iusto pretio gratia con-  
ditionis implendæ soluere debeat. Nam tunc ne-  
sari non potest quin in parte legatarius sit, & ca-  
ius mixtus non comprehenditur in exorbitanti  
statuto, l. vim passam. §. præscriptione. ff. de adult.  
Et † si statutum prohibeat in alienigenam aliena-

S 3

ri immobilia, & testator velit prædium alienigenæ legare, remedium est, quòd leget præcipiendo quòd legatarius prædium vendat, & prerium sibi habeat. per no. per gl. in c. j. in ver. domum. de relig. domi. li. vj. l. filiusfamilias. §. si quid. & ibi Bar. ff. de lega. j. & Bal. in l. cum quæstio. C. de lega. ita determinat Barb. in rub. de reb. eccl. non alienan. vbi id latius discussum videre poteris. † Poffet quoque testator in alienigenam transferre dominium prædiorum instituendo eum hæredem: nam per prohibitionem alienationis in homines alterius territorij non intelligitur hæredis institutio prohiberi, glos. in l. j. in ver. loca. C. nò lic. hab. metr. lib. xj. & gl. illam commendat, & sequitur Fulg. consil. ccxv. In primo. Faciunt alleg. per Alex. còf. clv. Visis & accuratè. lib. ij. & Iaf. consil. cj. Super præmissa. & consil. cxx. Domina Dorothea. libr. j.

## CAVTELA XLI.

Quo remedio hæres non priuetur hæreditate quamuis monitus legata non soluerit.

## S V M M A R I V M.

- 1 Hæres bis monitus si legata non soluerit, hæreditate priuatur.
  - 2 Executor datus in testamento an excuset hæredem legata non soluentem.
  - 3 Pœna legis euanescit per pœnam impositam à testatore.
- 1 Hæres † bis à iudice monitus si per annum in legatorum solutione cessauerit, ab hæreditate cadit. athen. hoc amplius. C. de fideicom. cum ibi no. per glo. & Doct. & Bal. consil. cccxlvj. Quando quis. lib. iij. & per Paul. de Cast. consil. clxvj.

clxvj. In facto isto. Sed pro hærede, ne propter moram in soluendis legatis hæreditate priuetur, remedium est secundum Bar. in d. auth. hoc amplius. † quòd in testamento detur executor, per l. multa. ff. de condi. & demon. & in eadem opin. fuit etiam consulendo idem Bart. consil. cxxxvij. Statuto communis Gualdi. Quod est verum quando hæres sine executore non possit soluere, aliàs secus secundum Bal. & Iaf. in d. auth. hoc amplius. arg. l. si vt certo. §. pen. commo. Tutius remedium est, † quòd hæres pœnam aliquam leuem sibi curet imponi per testatorem, si soluere legata cessauerit, quia per pœnam impositam à testatore pœna legis euanescit, l. si fundum sub conditione. §. Stichum. & ibi not. ff. de leg. j. & l. j. §. j. ff. de pœn. lega. l. j. §. item si ita. ff. ad leg. Falci. vbi probatur in vltimis voluntatibus fieri nouationem per appositionem pœnæ, vt per Alex. in l. ita stipulatus. col. pen. ff. de ver. oblig. Melius tamen remedium est, quòd testator ipse ad soluenda legata, & implendam voluntatem ipsius, tempus prolixius præfigat hæredi. arg. l. diem. ff. de leg. ij.

## CAVTELA XLII.

Quò remedio vsufructuarius, & alij legatarij teneantur, vel non teneantur ad soluendum æs alienum, & quo remedio Falcidiæ non sit locus.

## S V M M A R I V M.

- 1 Actiones hæreditariæ à creditoribus contra hæredem sunt mouendæ.
- Debita soluenda sunt ab hærede, & nò à legatariis. Institutus in rebus certis non tenetur ad solutionem æris alieni. limita ut ibidem.

- Aes alienum regulariter incumbit hæredi.*
- 2 *Legatarij non tenentur contribuere ad debita cum hærede, nisi iusserit testator.*
  - 3 *Hæres quando potest detrahere Falcidiam de legatis.*
  - 4 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*  
*Legatum partis hæreditatis habet annexa onera.*
  - 5 *Legatum partis hæreditatis quando non continet onera ex mente testatoris.*
  - 6 *Usufructuarius omnium bonorum an teneatur ad onera aliena.*
  - 7 *Hæres an possit alienare bona hæreditaria in præiudicium usufructuarij.*

1 **C**um hæreditas ære alieno, & legatis exinanitur, hæres nullum, vel modicū lucrum sentit. Nam ipse hæres debita soluere cogitur, cum legatum meram vtilitatem legatariis afferat, l. si hæreditatem. ff. mand. l. quoties. C. de hæ. inst. & l. si. C. de hæ. act. Bal. conf. xxj. Super primo lib. ij. quod procedit etiā si legatum capiatur iure institutionis, d. l. quoties. Bal. conf. lvij. Si pater. lib. iij. Institutus enim in rebus certis nō tenetur ad solutionē æris alieni, nisi tantum sit æs alienū vt eo detracto nihil super sit, tunc enim inutilis est institutio in re certa, l. ex facto proponebatur. ff. de hæ. inst. & ibi Doct. & Bal. conf. cxxvj. Si testator. libr. iij. Regulariter autem onus æris alieni hæredi incumbit, l. j. C. si. cer. pe. Sed pro hærede vt legatarij ad debitorum solutionem contribuere teneantur remedium est, t̄ quod expressè testator provideat, quod legatarij pro modo cōmodi debita

debita soluere teneantur. l. Imperator. §. si cētum. ff. de lega. ij. vt per Lud. Ro. conf. clxxxix. Stante primo quæsito. Potest autē hæres detrahere Falcidiam de legatis, l. j. ff. ad leg. Fal. Sed pro legatariis, remedium est, quod testator expressim prohibeat detractionē Falcidiæ, §. si verò expressim. in authen. de hæ. & Falc. vt per Deci. consil. cclvij. Quaritur. Item sciendū est, t̄ quod si testator alicui etiam sub nomine legati relinquat partē hæreditatis, intelligitur reliquisse cum oneribus hæreditariis. l. si quis seruum. §. si. cum l. seq. vbi Bar. & Doct. ff. de lega. ij. Sed si testator velit quod is cui portionem hæreditatis legat, legatum habeat sine onere soluendi debita, remedium est, quod legatarius suarum rerum nō sub nomine hæreditatis, sed sub nomine bonorum, & ita scribatur, Legauit Sempronio quartam partem suorum bonorum, tunc legatarius non tenebitur ad aliqua onera, quia bona intelliguntur deducto ære alieno, l. sub signatum. §. bona. & l. princeps bona. vbi Bart. ff. de verbo. signi. & in opinionē hac residet Bart. in d. l. si quis seruum. §. si. & in l. si. ff. de vsuf. lega. & Alex. conf. cxxxvij. Præclarè. in fin. libr. j. Et nota, quod cautius est legare partem bonorum mobilium, & immobilium, quàm bonorum simpliciter, vt per Deci. consil. ccclxxxvij. vbi declarat esse magnam inter hæc differentiam. Nam legatum certæ partis bonorum quoad effectum continet onera, & non minus habet in effectu legatarius partis hæreditatis, quàm legatarius partis bonorum. Nam si legetur pars hæreditatis, etiam legatarius vt æri alieno satisfaciat, poterit conue-

niri. Sed si legetur pars bonorum minuetur legatum per æs alienum. Ipse tamen hæres conuenitur à creditoribus, vt per Paul. de Castr. in d. l. si quis seruum. §. si. Si verò legetur pars mobilium, & immobilium, erit legatum certarum reru, quod non minuetur ære alieno: vt dicit Decius consil. cccxxxvij. In casu proposito. col. ij. & in d. consil. cccclxxxvij. Per ea quæ ibi allegat. Secundum remedium est, quod testator leget partem hæreditatis, seu bonorum cum expressione, quod integram partem corporum habeat legatarius: nec legatum diminuatur quoquo modo per hæreditaria debita. Nam legatum tale non continet onera etiam si non expressa voluntate, sed tantum ex coniectura mentis testatoris possit apparere testatorem voluisse integram partem ære alieno non diminutam legatario assignari per doctrinam Ale. in l. cogi. §. non omnis. circa fin. ff. ad Treb. quod dictum commendat vt singulare, & sequitur Ias. conf. lxxiiij. In primis videretur. col. iij. libr. j. Et si cui legetur vsusfructus omnium bonorum onus æris alieni spectabit ad vsusfructuarium, secundum Bart. in d. l. si. ff. de vsufr. leg. Sed in contrarium facit d. l. j. C. si cert. pet. & l. ij. C. de hær. actio. & ex dictis per Ias. in l. j. col. iij. & iij. ff. ad Treb. & per Soci. consil. cxxj. In presenti. col. vj. & per Dec. consil. cccclxxxv. Casus. in fin. pater contra Bartol. esse communem opin. & idem comprobatur ex his quæ scribit Barba. consil. lxxij. lib. iij. Nam creditoribus debet satisfacere hæres de bonis hæreditariis, vt per Pau. de Cast. in l. fin. §. si autem æs alienum. C. de bon. quæ liber.

ber. Cautela igitur perit pro hærede ad diminuendum vsusfructum propter æs alienum, si aliter solui non potest, quod pro satisfactione vedat bona mobilia, & immobilia antequam illa vsusfructuario tradat, & tanto minorem vsusfructum habebit vsusfructuarius, l. vsufructu bonorum. ff. ad leg. Fal. & ibi Alex. & Bald. consil. lxxxvij. Super primo. lib. v. & Paul. de Castr. consil. cccxxxv. In causa quæ vertitur. colum. vj. & ista est communis conclusio: quicquid dicat Bar. in d. l. si. vt dicit Deci. consil. dcxx. Casus. de quo in si. Questionis tamen tollendæ causa bonum esset testatorem declarare testamento per quem velit satisfacere creditoribus, maximè quando alij relinquatur vsusfructus omnium bonorum, & alius post mortem vsusfructuarij hæres instituitur, tunc enim est magis incertum contra quem exercendæ sint hæreditariæ actiones. Nam sunt qui putant hæreditati dandum esse curatorem, contra quem creditores agant, l. j. ff. de cur. bo. dan. vt per Math. not. v. & potest circa hoc testator liberè decernere, quia totum hoc pendet à voluntate ipsius, vt per Soci. d. consil. cxxxj.

## CAUTE LA XLIII.

Cautela adhibenda in legato vsusfructus ne videatur legata proprietas.

## S V M M A R I V M.

*Vsusfructus finitur morte.*

*Vxor usufructuaria prohibita ne alienet, dicitur domina rerum.*

*2 Alienationis prohibitio facit videri legatam esse proprietatem.*

Vfus

1. **V** usufructuario moriente extinguitur usufructus, §. finitur. Instit. de usufr. quod non procedit quādo testator prohibet ne usufructuarius rem alienet. Nam ex hoc intelligitur legata proprietatis, l. Proculus. ff. de usufr. Quando ergo testator legat uxori usufructum omnium bonorum, vel usufructuarium relinquit certarum rerum, sic cautus, ne adiciat prohibitionem, quod alienare res non possit. Nā tali prohibitione adiecta uxor rerum domina fieret, ut decidit Bald. in d. l. Proculus. cuius decisionem sequitur, & singularem dicit Ludo. Roma. conf. ccvj. Licet de communi. & Barb. conf. xx. Clementissimum. col. iij. lib. iij. & Soci. conf. ccx. Satis anceps. At si testator amplius ius quā ex legato usufructus comperat usufructuarium habere velit, remedium est, quod hoc disponat: nam si tacita voluntas admittitur, multo magis expressa seruabitur, d. l. Proculus. Cuman. conf. cxx. Ser Petrus.

## CAVTELA XLIIII.

Quo remedio prohibitus legare alteri possit illi relinquere.

## S V M M A R I V M.

1. Legati uerbum etiam uniuersitati adiectum, nō habet uim institutionis.  
Legandi significatio hodie non refertur ad institutionem heredis.
2. Heres institui poterit, cui donatio fieri non potest.
1. Appellatione legati institutio quoque heredis olim continebatur, l. uerbis. ff. de uerbo. sign. Nam uerbum lego, latiore habebat significat

ificationem quā hodie habeat, & usu mutata est significatio huius uerbi: nam nunc non proprie continetur heredis institutio appellatione legati, & sunt distincta hæc uocabula, ut patet ex tit. de hered. insti. & de lega. aded quod uerbum lego, etiam uniuersitati adiectum, non habet uim institutionis, l. mulier. §. si. ff. ad Treb. & ideo Bart. in l. centurio. ff. de vul. & pup. & Bal. in l. quoties C. de her. inst. sentiunt, quod uerbum lego, sit obliquum, licet in lege xij. tabu. esset commune. d. l. uerbis. & est communis opin. ut post Alex. & Iac. affirmat Soci. tertius. ff. de lega. j. in rubri. col. xij. uersu. circa secundum caput. In materia igitur exorbitanti, & correctoria, ubi fit stricta interpretatio, legati appellatio nō complectitur institutionem heredis. Et ideo si statutum prohibeat maritū uxori donare, vel legare, si maritus uelit uxori relinquere, cautela est, quod eam in aliqua portione heredem instituat non autem leget, ut per Corn. conf. clxxxv. Aliquando diu. lib. j. & Fulgo. conf. ccxv. In primo. ubi declarat hoc procedere etiam si statutum prohibeat legari, vel aliquo alio modo relinqui, quoniam uerbum generale debet restringi secundum præmissam speciem, ut prohibitio relinquēdi referatur ad fideicommissa donatione causa mortis, & alias species ultimæ uoluntatis præter institutionem heredis, arg. l. si. §. cui dulcia. ff. de uin. trit. oleo leg.

## CAVTELA XLV.

Quo remedio legata nominatim ab aliquo eo non succedente ab aliis heredibus debeantur.

Sum

## S V M M A R I V M.

- 1 Repetitio legatorum ab instituto, quando censeatur facta à substituto uel coniuncto.
- 2 Legata ab instituto quando repetita censeantur à substituto.

1 **R**elicta nō nominatim ab instituto non censentur repetita à substituto, vel coniuncto, l. si plures. ff. de leg. iij. l. Celsus. §. pe. ff. de lega. ij. Fulg. conf. xcij. Antonius. Et speciale est in legato ad pias causas vt relictum ab aliquo ex hæredibus nominatim debeat etiam à substituto, vel cōiuncto, vt patet ex dictis per Bar. in l. libertis. §. si. ff. de alimen. leg. & Deci. conf. clxxxij. In casu. col. ij. & per Bar. & Alex. in l. j. §. id quod ex substitutione. ff. ad legem Falcid. Sed si testator velit relictā etiam à substituto, vel coniuncto persolui, remedium est, quod in testamento testator adiciat repetitionem legatorum, mandans omnia relictā præstari tā ab institutis, quā substitutis, & cōiunctis. Nam repetitionem legatorum potest facere testator, & voluntas eius seruetur, etiam si appareat ex coniecturis tantum, l. licet. vbi doct. ff. de leg. j.

## CAVTELA XLVI.

Quo remedio testator legans prædium emphyteoticum sine consensu domini, non cadat à iure suo, & legatum vires habeat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legatum, est donatio quedam. Emphyteota legans prædium sine consensu domini, cadit à iure suo. Emphyteota utrum possit donare ius emphyteoticum etiam domino non requisito.

2 Clau

- 2 Clausula, saluo iure domini, quam vim habeat.
- 3 Legatarius non potest acquirere possessionem rei emphyteoticæ sine domini consensu.

**L**icet legatum donatio quædā sit, l. legatum. ff. de leg. ij. & emphyteota ius emphyteoticū donare possit, etiam non requisito domino, secundum gl. in l. si. in ver. aliis vendere. C. de iu. emphy. & comproberetur gl. communiter à doct. vt dicit Alex. in l. si domus. §. si. ff. de leg. j. & consi. xc. Super eod. in fin. lib. iij. & consil. cxxxix. Vifo & maturè. col. iij. lib. ij. Quoniam non eadem ratio est donandi, & vendendi, l. nec adiecit. ff. pro soc. Si tamen testator prædium emphyteoticum simpliciter leget, priuatur iure suo. vt per Bar. in d. l. si domus. §. si. & per Abb. conf. lxxiiij. Duo principalia. lib. j. Nam testator videtur legando male vt re sibi in emphyteosim data, cum ex eo pareretur legatario causa contra dominum prescribendi. authen. qui rem. C. de sacrosan. eccl. vt per Bal. in l. xdem. col. j. C. loca. & in c. j. §. donare. qua. ol. feu. alie. pot. & in l. usufructu. ff. sol. ma. Nam & quod non iure relinquitur vsucapi potest pro legato, l. si. ff. pro lega. & rationem hanc non videtur considerasse Bald. qui fuit in opinione contraria. consi. clx. Quaritur. libr. iij. & communis opinio est emphyteotam donare vel legare non posse: vt per Card. Flor. in c. potuit. de loca. & Iaf. in d. l. domus. §. fin. col. v. ver. ego pro ista opinione. Sed si testator legando rem emphyteoticam cadat à iure suo, remedium est, quod prædium vt emphyteoticum leget, reseruat & saluo iure habentis directum dominiū, vt patet

patet ex allegatis per Alex. in d. §. fi. col. ij. & iij. & cōf. clxxxvij. In hac causa, col. iij. lib. ij. & addatur, ita tamen quod traditio ab herede non fiat antequam dominus consenserit, non aliter nec alio modo, & sic legatum erit validum, & testator non priuabitur iure suo: vt per Bald. in c. Cumana. de elect. cum aliis relatis per Cur. conf. viij. Viso instrumento. & per Deci. conf. clx. In causa monasterij. col. ij. & iij. Et postmodum cauendum erit ne legatarius ab herede in possessione inducatur sine consensu domini, per hoc enim res emphyteotica rediret ad dominum. l. fin. cum ibi late traditis per Ias. col. xxj. & per Alex. conf. cxix. Visis narratis. lib. iij. Et si tempus pateretur, cautius esset, ante testamentum & legatum habere consensum directi domini secundum Alexan. in d. §. fin. Sic enim omnis dubitatio tolleretur. Nam Bartol. & alij quorum magna est autoritas contra communem opinionem tenent in locis relatis per Alex. in d. §. fi.

## CAVTELA XLVII.

Quo remedio valeant conditiones adiectæ legato factæ ecclesiæ constructæ, vel construendæ.

## S V M M A R I V M.

1 Legatum factum ecclesiæ cum conditione, quod descendentes sui habeant ius patronatus, vel quod in ecclesia celebrentur tot missæ, vel quod beneficium conferatur his tantum, qui sunt de consanguinitate sua quas vires habeat.

Ecclesiæ legatum factum quas conditiones reiiciat, & quomodo consensu Episcopi confirmetur.

Modi

*Modi impossibiles de iure adiecti legato factæ ecclesiæ.*

- 2 Ius patronatus vel aliqua conditio in dotatione vel fundatione alicuius ecclesiæ quomodo relinquatur.
- 3 Dotalis ecclesiæ cum aliqua conditione melius fit coram Episcopo.

**S**I legentur pro ecclesia construenda, vel etiam legentur ecclesiæ iam constructæ ea conditione adiecta, quod ius patronatus pertineat ad posteros suos, & presentatus institui debeat non ab Episcopo, sed ab alio inferiore, non valet adiectio conditionis, & vt impossibilis à iure reiicitur: vt per Abb. in c. præterea. inf. de iur. patro. & in c. re quisiisti. col. pen. de test. & similiter non potest disponere testator, quod electio, & prouisio de presbytero deputando ad regimen ecclesiæ pertineat ad suos heredes. Abba. in c. sacrosancta. de elect. Item non potest testator legato onus adicere, quod presbyter certum missarum numerum dicere teneatur, vt per Abb. in c. significatum. de præb. Item non potest testator adicere conditionem, quod beneficium illis tantum, qui sunt de sua consanguinitate conferatur: vt per Iaco. de Zocchis. in c. cum dilectus. de consue. Et si testator adiceret quod si ipsius voluntas seruata non fuerit, tunc legatum habeatur pro non legato, & bona legata transferantur ad aliquem pium locum, non valet adiectio pœnæ, & ademptio, seu translatio legati, quia reiicitur pœnalis clausula quoties adicitur dispositioni impossibili, l. quod de bonis. §. j. ff. ad leg. Falcid. Nam qui non potest disponere, minus potest dispositioni pœnam adii-

T



cere, l. Seius & Augerius. ff. co. tit. & cum principale non valet, accessoria clausula viribus caret, l. non dubium. C. de legib. l. si homo mortuus: ff. de ver. obl. §. si. Instit. de lega. cum aliis allegatis per Rot. deci. dcccclxviii. Factum tale est. in anti. & per Lud. Rom. consil. clxxvij. Licuit ipsi notario. & per Felin. in c. cum venerabilis. col. x. de excep.

2 † Sed quum quis fundat ecclesiam, vel ecclesia fundata dotem legat, ita ut sui descendentes non solum habeant ius patronatus, & alia quae de iure ex simplici ordinatione ipsius habere non possunt: ut puta fructus vacantis ecclesiae, vel portionem fructuum, si contingeret eos ad inopiam vergere, & aliae leges, & conditiones legato adiectae feruentur, remedium est quod leget sub conditione hac, si Episcopus consenserit, & approbauerit omnia disposita per ipsum testatorem: nam conditio haec non est impossibilis, neque improbata. Potest enim Episcopus in initio fundationis, vel dationis dotis consentire reservationibus, legibus, modis, & conditionibus quibuscunque. d. c. cum dilectus. cum glo. in ver. constitutum. de consue. & ibi Io. And. Abb. & alij Docto. c. generali. cum glo. in ver. fundatione. de elect. lib. vj. Barb. consil. xxiiij. Scripsit Propheta. col. xiiij. lib. j. c. praterea. ij. cum ibi not. per Abb. de iur. patro. & in c. olim. de resti. spol. vbi tenet de consensu Episcopi posse reservari heredibus fundatoris aliquod seruitium, vel temporale commodum ab ecclesia praestandum.

3 Cautius tamen faciet testator si viuens ante testamentum, vel post, obtineat per Episcopum ordinari super omnibus reservationibus, conditioni

tionibus, & oneribus adiiciendis, seu adiectis fundationi ecclesiae vel legato dotis, supplicando, ut ipse Episcopus velit reservationes, & conditiones huiusmodi apponere: & obseruari mandare. Actus enim fundari debet de consensu patroni in persona Episcopi, ut patet ex allegatis per Casarem Lamb. in tract. de iur. patr. li. j. par. j. q. ix. vbi prolixius hanc materiam explicat.

## CAVTELA XLVIII.

Quo remedio possit testator heredem morosum legatariis obligare ad interusurium persoluum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legatarius non potest usuras ab herede moroso consequi etiam ordinatione testatoris. Interesse non potest a testatore taxari, potest tamen testator facere quod interesse declaretur iuramento legatarij moram passi.
- 2 Argumentum ualet a contractu ad ultimam uoluntatem. Iuramento legatarij stari potest super interest: ob moram heredis mandante testatore, ibid.
- 3 Interesse si fuerit inique declaratum a legatario, potest redigi per iudicem ad honestum modum.

Non tamen dubium est testatorem posse poenam imponere heredi differenti adimplere uoluntatem ipsius testatoris. §. si. Instit. de leg. l. j. & ibi Doct. C. de his quae poen. no. Bar. in l. uxorem. §. haeres. ff. de leg. iij. Alex. consil. liij. Viso testamento Bartholomei. lib. ij. Deci. consil. dclxxiiij. Consultationem. Non tamen potest testator precipere heredi, quod si non soluerit pecuniam lega-

tam intra certum tempus, ex mora singulis annis seu mensibus legatario soluat certam quantitatem, ut puta decem in singula centum, cum sint usurae hodie penitus prohibita, c. consuluit. & c. fin. de usur. & non valeat adiectio poenae pecuniaria, quae do adiicitur dationi quantitatis ultra legitimum modum usurarum, l. Iulianus. §. idemque Papi- nianus. ff. de act. empt. l. cum allegas. C. de usur. iuncta l. iij. §. si. ff. de an. leg. ut per Bar. in l. poena. ff. de his quae p. no. & per Barba. consil. lvj. Scri- bitur. lib. ij. Et quamvis etiam de iure canonico usura tanquam interesse post moram in utroque foro iuste peti possit, ut per glo. & Doct. in c. con- questus. de usur. tamen id quod interest taxari non potest ab initio ad certam summam antequam de- beatur, ut patet ex allegatis per Deci. consil. xxxix. Iuridicam. nisi forte is cui solutio facienda sit, so- litus sit negotiari, ut per Alex. consil. cc. Perspe- ctis narratis. lib. vj. Sed ¶ ut legatario secundum eius arbitrium satisfacere teneatur haeres, & sol- uere quantum legatarius interesse aestimauerit, remedium est, quod testator decernat contra ha- redem qui fuerit in mora interesse declarari pos- se verbo, & iuramento ipsius legatarij. Nam de- claratio eius quod interest committi potest ar- bitrio creditoris. ut per Bar. in l. si. ff. de prat. stipu. & est communis opin. ut dicit Ias. in l. iusiuran- dum quod ex conuentione. ff. de iureiur. Et licet Doct. loquantur de contrahentibus, tamen idem erit in dispositione testatoris. Nam optimum est argumentum a contractu ad ultimam voluntatem, l. si seruum. §. eum qui chirographum. ff. de lega. j. Cur

j. Curt. consil. xxvij. Magnificus vir. col. vlt. l. cum pater. §. mensa negotium. ff. de lega. ij. & ibi not. Bar. cum allegatis per Deci. consil. lxxix. Visus duo- bus. col. iij. Verum ¶ si legatarius cui data sit a te- statore talis potestas inique arbitreretur, poterit ha- res reclamare, & Iudex corriget, & declaratione a legatario immoderate factam ad honestum mo- dum rediget. arg. l. si libertus. ff. de ope. lib. & opi- nionem hanc tenet Bar. in d. l. si. & alij, quos re- fert Ias. in d. l. iusiurandum. Sed ne legatarius de periurio notari possit, cautus sit, ut antequam ipse declaret faciat per Iudicem taxari summam intra quam possit iurare, nam precedente Iudicis taxa- tione omnino condemnabitur haeres in quanti- tate intra summam taxatam, a legatario declara- ta authen. hodie. C. de iudi. cum allegatis per Ale- xand. consil. xxxvij. Viso & opportune. colum. vlt. lib. ij.

## CAUTE LA XLIX.

Quo remedio vxor relicta usufructuaria ha- beat integros fructus etiam superstitibus filiis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Vxor relicta usufructuaria domina & massaria non habet integros fructus sed alimenta tantum superstitibus liberis communibus.
- 2 V usufructus singularium praediorum uxoris an sit integer propter existentiam filiorum.

Vxor ¶ relicta usufructuaria Domina, & mas- saria omnium bonorum in vita filiorum, habet alimenta tantum, ut per Bar. in authen. hoc locum. C. si secun. nup. mul. & in l. Titia. §. si. ff. de lega. ij. & consil. ccxliij. Fuit quidam. colum. vlt. &

confi. clxx. Petrus Maioli. Bal. confi. cccclix. *Quidam instituto. lib. j. cum aliis relatis per Ias. confi. lxx. Spectabilis. lib. j. & procedit hoc etiam si vxor esset relicta hæres in vita sua, & per Deci. confi. cclxxvij. Non leuis perplexitas, vel si vsufructuaria in solidum relicta esset, vt patet ex alleg. per Ias. confi. xc. Non minus. parte j. Verum si testator vxorem velit habere fructus omnium bonorum, remedium est, quod expressè hoc caueat, nã totum facit voluntas testatoris, l. ex facto. ij. ff. de here. insti. ita decidunt Paulus de Castro. confi. cclxxxvij. Quod vxor. & Alex. confi. ccxiiij. Ponderatis verbis col. fi. lib. vj. cum alleg. per Dec. cõf. ccccxij. Vifa. col. j. & confi. dcxx. Casus de quo. col. pen. Possit etiam testator singularium prædiorum vsufructum vxori relinquere, & ita eorum vsufructum integrum vxor haberet. vt per Bart. in d. l. Titia. §. si. ver. secundo aduerte. & Bal. confi. cxx. Nicolas Tuderti. lib. iij.*

## CAVTELA L.

Cautela seruanda circa relationem adiectiuorum ab substantiua.

## S V M M A R I V M.

1 *Legatum annulorum factum uxori eius causa paratorum quomodo intelligatur.*

*Adiectiuum positum post plura substantiua refertur tantum ad ea quæ referri potest salua ratione recti sermonis.*

*Sermonis recti ratio habenda est.*

1 *Si vir vxori leget annulos, & indumentum somne eius causa factum & paratum, si intendat solum annulos relinquere quos vxoris causa parauit,*

*parauit, sit cautus, vt nõ dicat simpliciter factum, seu paratum, sed adiiciat & factos, & paratos: nam adiectiuum positum post plura substantiua ad illa tantum refertur, ad quæ referri potest salua ratione recti sermonis. l. Plautius. ff. de auro & arg. lega. & per Corn. confi. ccxvij. Viderur in hoc. lib. iij. & hoc exempli gratia positum aliis similibus casibus adaptabis. l. non solum. §. qui primipilum. ff. de excus. tuto.*

## CAVTELA LI.

Quo remedio legatum dotis ex conditionali vertatur in purum.

## S V M M A R I V M.

1 *Dotis legatum est conditionale, sit tamen purum voluntate testatoris.*

2 *Dictio statim aut purè quid importat.*

1 *Si puella pro dote certa quantitas ab extraneo relinquatur, non poterit virgo legatum petere antequam nubat, & si decedat ante nuptias ad heredes relictæ compendium non transmittit, quia tale relictum conditionem habet, videlicet, si nuptiæ sequantur. l. stipulationem. ff. de iur. dot. & prædictam opi. tenet Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. & eius opinio vera est, nisi probetur in contrarium fuisse communem vsum loquendi tempore testamenti, vt per Bar. confi. cc. Queritur. de legatis. Sed si testator velit relictum dotis esse purum, remediũ est, quod adiiciat legato aduerbium purè, aut statim, vel æquipollens, quia totum hoc à voluntate testatoris pender, vt per Barr. & Paul. de Cast. in*

d. §. Titio genero. & remedium hoc comprobatur ex his quæ scribit Cor. consil. ccxxix. Licet clarum. lib. iij.

## CAVTELA LII.

Cautela seruanda quando pater filio studendi prælegare vult sumptus.

## S V M M A R I V M.

1 *Studenti si prælegentur expensæ studij, quid intelligatur legatum.*

2 *Filius qui studere cœperat in vita patris, an teneatur de proprio complere studium post patris obitum.*

1 **S**I pater † filio prælegeret expensas librorum, nõ intelligitur testator legasse pretium librorum, sed expensas circa illos, vt in vehendo compaginandove factas. l. quibus diebus. §. quidam. ff. de condit. & demonst. cum allegatis per Alexandrũ consil. xx. Requisitus. col. j. libr. v. Sit ergo cautus filius vt sibi faciat prælegari expensas studij, tunc legato cedit quicquid quacunque ratione studij occasione impensum est, per l. at si quis. §. fune- ris. ff. de relig. secundum Bartolũ & Socin. in d. §. quidam. & Alexand. consil. lxxvij. Capiõ primum. col. ij. lib. iij. Et † sciendum est, quod filius qui studere cœperat in vita patris tenetur de proprio subire studij expensas post patris obitum faciendas, secundum Bar. in l. j. §. nec castrense. col. vlti. ff. de colla. bono. Ideo sit cautus filius studens vt curet quod pater in suo testamento iubeat expensas studij fieri debere communi sumptu co- hæredum, vt per Alex. d. consil. lxxvij. col. ij. & iij.

Caute

## CAVTELA LIII.

Quo remedio legatum mobilium contineat quasque res mobiles debitas testatoris.

## S V M M A R I V M.

1 *Debitorum nomina non continentur in legato mobiliũ.*

2 *Testatoris uoluntas in testamento multum operatur.*

3 *Fructus nondum à solo separati continentur in legato mobiliũ.*

*Animalia continentur in legato mobiliũ.*

4 *Supellectilium appellatione quæ contineantur.*

*Massaritarum nomine quæ contineantur.*

**N**omina debitorum non continentur in legato mobiliũ, quia nomina sunt tertia species, l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & per Bar. in l. potest. ff. de authen. tuto. & in l. mouentium. ff. de verb. signi. Zab. consil. lj. Ad primum. in fi. † Sed vt res mobiles testatori debita legato mobiliũ cedant, remedium est, quod hoc declaret testator, quia in vltimis voluntatibus totum facit voluntas testatoris. l. ex facto proponebatur. ff. de hæc. insti. faciunt not. per gl. Bar. Ale. & Iaf. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j. & l. librorum. §. quod tamen Casius. ff. de lega. iij. & Deci. consil. ccclxxxj. Visis his. in fin. Et notandum est † quod legatum mobiliũ continet fructus etiam nõdum separatos à solo, quamuis adhuc immobilium naturã retineant cum sint pars soli. l. fructus. ff. de rei vendi. Nam in legatis destinatio inspicitur, & destinatione inter mobilia fructus huiusmodi annumerandi sunt. l. cætera.

T §

§. fin. de leg. j. & ibi Doct. vt per Pau. de Cast. cōf. ccxxxvij. Viderur dicendum. Item legato mobiliū animalia quoque continentur. l. j. in prin. ff. de rei vendi. Deci. cōf. d. liij. Casus in princip.

- 4 Quod si testator tantum legare intendat instrumenta domestica, quæ ad vsum patris facta parata sunt, non dicat lego mobilia, sed supellectilia, seu (vt vulgari verbo vtar) massaricias. Et in hoc legato continebuntur lecti, culcitra, arca, scanna, & huiusmodi, non autem legatum hoc complectetur vestes. d. l. si quis in fundi vocabulo. & ibi Alex. & Ias. col. iij. versic. quarto nota. nec anima lia comprehendit, vt per Bart. in l. j. ff. de sup. lega. Nam solum quod olim nomine supellectilis significabatur, hodie vulgari massariciarum nomine continetur, secundum Bart. in d. l. j. & Ias. in d. l. si quis in fundi vocabulo. & Abb. cōf. lxxxvij. Casus in facto. lib. ij.

#### CAVTELA LIIFI.

Quo remedio transmittat legatum præmoriens legatarius, cui soluendum erat, quum ad ætatem legitimam peruenisset.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Legatarius cui soluendum erat quum ad ætatem legitimam peruenisset præmoriens, quomodo transmittat legatum.
  - 2 Dies incertus conditionem facit.
- 1 **S**I cui legetur cum ad ætatem legitimam peruenierit, & is antea moriatur, hæredes eius legati commodum non habebunt, quia conditionale legatum est, l. si cui. §. j. ff. de leg. j. Sed vt legatum huiusmodi transmittat legatarius ad hæredes,

des, remedium est, quod legatum derur pure, & exequutio, ac solutio differatur legando simpliciter, deinde dicatur quod legatum solvatur cum peruenierit legatarius ad ætatem legitimam. l. ex his. C. quan. di. lega. ced. vt per Docto. in d. §. j. & Soc. in l. Publius. §. Titia. ff. de condi. & demon. Hoc tamen remedium non prodesset, quando solutio differretur in diem non omni modo euenturum. Nam si testator leget Lucilla centum, quæ ei solui maderet cum nupserit, si Lucilla priusquam nubat moriatur, hæredes eius legati petitionem non habebunt. l. cum testator. C. de man. testa. vt per Ang. & Alex. in l. Saturninus. ff. ad Treb. Cau- tela est igitur, quod testator volens legatum transmitti hoc expresse disponat, potest enim testator transmissibile facere, quod de iure non transmittitur ad hæredes. Bald. in c. Cumana. de elect. & per Ias. in l. nemo. col. ix. ff. de leg. j.

#### CAVTELA LV.

Quo remedio ecclesiæ post testamentum constructæ, si annuum relictum sit ecclesiis participes sint legati.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesiæ constructæ post testamentum an admittantur ad annuum legatum factum ecclesiis.
  - 2 Legari potest etiam is qui nondum sunt in rerum natura.
- Dispositio facta in gratiam eorum qui adhuc in rerum natura non existunt dicitur habere vires.
- A**D annuum relictum omnib. ecclesiis non admittuntur ecclesiæ post mortem testatoris constructæ, sicut de posthumis dicitur, l. qui filiabus. ff. de

ff. de leg. j. facit cle. literas. de rescrip. glo. in c. cum capella. de priuil. Bal. & alij Doct. in d. l. qui filia. bus. Et procedit hoc etiam quantum ad ecclesias viuo testatore constructas post testamentum, vt per Ale. ibi. † Sed si testator velit ad legatum annuum admitti ecclesias, etiam post testamentum, vel testatoris obitum constructas, remedium est, quod testator id exprimat legando ecclesiis constructis, & construendis, vt per Docto. in d. l. qui filiabus. Nam vires habet dispositio facta in gratiam eorum, qui adhuc in rerum natura non existunt, vt per Zaba. & Abb. in c. ad audientiam. ij. de eccle. xdi. & in clemen. literas. col. iij. versi. venio ad tertium de rescrip. & Bar. in l. seruos. ff. de ali. lega. quod procedit in his tantum, quæ presentiam seu consensum de presenti non requirunt, c. Abbate. de re iudic. lib. vj. iuncta glo. in l. illud. C. de sacrosan. eccle.

## CAVTELA LVI.

Quo remedio is cui alimenta sub modo legantur a probationis incommodo releuetur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legatarius cui sunt legata alimenta, non cogitur cohabitare cum herede.
- Habitare cum herede an quando teneantur hi, quibus alimenta sunt relicta.
- 2 Iuramento legatarij standum esse super causis recessus potest iubere testator.
- 3 Conditio si uxor una cum filiis morata fuerit, dicitur impleta, si facta diuisione inter filios ipsa mater cum uno ex eis habitet.

Legat

*Legatum alimentorum durat post mortem filiorum, cum quibus mater erat habitatura.*

**A**limenta si cui legentur potest legatarius petere alimenta etiam si cum herede morari noluerit, l. libertis. §. si. ff. de alimen. leg. Sed si testator velit cum cui alimenta legat cum herede morari debere, & si comode legatarius facto heredis cohabitare non possit, annuam quantitatem pro alimentis ei relinquat, vt fieri solet, tunc tenetur legatarius cum herede morari, & aliqua obsequia prestare pro qualitate, & conditione personæ, vt per Bart. in l. Caio. §. Imperator. ff. de ali. lega. & per Barb. consil. lxij. lib. ij. Legato autem sic facto volenti legatario ex causa recedere ab herede non parum graue futurum est probare legitimas causas recedendi, quibus non probatis, legatam quantitatem petere non poterit legatarius, & testes in probandis huiusmodi causis plerumque sunt singulares vel non concludentes, vt patet ex dictis per Alex. consil. c. Super primo. lib. j. & per Deci. consil. dcxx. Casus de quo queritur. col. fi. Sed si testator velit legatarium a necessitate huiusmodi probationis eximere, remedium est quod testator disponat stari iuramento ipsius legatarij circa causas recessus, potest enim hoc facere testator, vt per Alex. consil. liij. Circa id. lib. ij. arg. not. in l. si. ff. de præto. stipul. & in l. Theopompus. ff. de dot. præleg. Et pro legatario cautius est, quod alternatiue concipiantur verba hoc modo, videlicet, si cum herede morari non potuerit, aut noluerit: tunc enim etiam ob meram voluntatem non habitandi purificata conditione lega

legatum deberetur, vt per Socin. consil. xxij. videbitur. lib. iij. & Cuma consil. xxxviii. Maritus. vbi etiam determinat quod conditio, si vxor cum filiis morata fuerit, intelligitur impleta, si facta diuisione inter filios ipsa mater cum vno ex filiis habitet, cum non stererit per ipsam. l. j. C. de condi. institui. Liure civili. ff. de conditio. & demon. Sed & si omnes mortui essent fauore alimentorum durat legatum, alias non duraturum, l. qui concubinam. §. vxori ff. de leg. iij. cum ibi not. per Bart. l. illis libertis. & ibi Barto. ff. de condi. & demon. & per Bald. consil. cxl. Casus talis est, lib. v.

## CAUTE LA LVII.

Quo remedio legatum duraturum centum annis fiat sempiternum, vel vsusfructus legatus non finiatur capitis diminutione, vel morte.

## S V M M A R I V M.

1 Legatum annuum finitur spatio centum annorum.

Legem, quam uelit, quilibet rei sue potest imponere.

2 Perpetuum quantum temporis significat.

3 Vsusfructus homini relictus morte, & capitis diminutione finitur.

4 Vsusfructus quando transeat ad heredes usufructuarij.

1 **S**i vsusfructus ciuitati vel ecclesie relinquatur, centum annorum spatio legatum finitur, l. si vsusfructus. & ibi gloss. ff. de vsufr. leg. idem iuris est in annuo legato, vt per Barto. in l. penul. ff. de annuis lega. Sed si testator velit legatum sempiternum esse, remedium est, quod dicat & uoluit dictum

dictum legatum perpetuo, & sine vlla temporis praefinitione durare. Nam potest quilibet rei suae legem quam velit imponere, l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. l. si quis ita. C. de pact. inter empt. & vendi. Et remedium hoc comprobatur ex dictis per Barba. consil. xx. Clementissimum. lib. iij. & commodum est ita verba concipere. Nam textu eo solo quod testator diceret legatum perpetuum esse uelle, non esset sublata quaestio uoluntatis testatoris, nam vox haec perpetuum secundum opinionem quorundam non significat tempus maius centum annis, vt per Bartol. in dicta l. si vsusfructus. & in l. annua. §. Titia. ff. de ann. lega. & Deci. col. ccclxxviiij. Viso motiuo in fin. Alij aliter accipiunt significationem dictionis praedicta. Nam sentiunt perpetuum significare in huiusmodi legato tempus non finitum, sed sempiternum, per d. l. si vsusfructus. in qua sententia contra communem opinionem. residet Barba. in c. de his. colum. ix. de testamen. vbi exponit quot modis accipiatur uerbum illud perpetuum. Vsusfructus autem homini relictus morte, & capitis diminutione finitur, l. j. ff. quib. modis vsusfructus amitta. Sed ne vsusfructus capitis diminutione pereat, remedium datur per Iu. reconsultum in l. sicut in annos. ff. eod. tit. uidelicet, vt dicatur quoties ille fuerit amissus ex integro vsusfructum do, lego. Et ne morte finiatur vsusfructus, remedium est, quod testator vsusfructum heredi quoque legatarij leget, l. repeti. ff. eod. titu. Nam transit vsusfructus ad heredes, si hoc actum fuerit, l. antiquitas. C. de vsufruct. Bar. consil. xcvi. Dico partes iudicis.

Cau

## CAVTELA LVIII.

Quo remedio intelligatur repetita conditio,  
S V M M A R I V M.

- 1 *Conditio quomodo intelligitur repetita.*
- 2 *Qualitas uni legato adiecta in alijs repetita censetur.*

*Repetitio conditionis quando facta intelligatur.*

- 3 *Voluntas testatoris etiam tacita sufficit ad tollendas repetitiones.*
- 4 *Conditio in testamento lata, & in codicillis adempta in alios transferendo quando intelligatur repetita.*

1 **S**I vxori & suorum bonorum vsum fructum testator leget donec vidua vixerit, deinde eidem lectum quoque relinquat in posteriore legato nō intelligitur repetita conditio, arg. l. qui fundum. ff. de contrahen. emp. vt colligitur ex doctrina Bar. in l. in repetendis. ff. de lega. iij. & in consil. xxxix. Cola reliquit. Bald. consil. cliij. Quidam testator. lib. v. & Cuma. consilio xxij. Testator. Sed vt ¶ conditio intelligatur repetita in omnibus legatis vxori factis, remedium est, quōd omnia relinquuntur eadem oratione sub vno verbo. Nam quando plura eadem oratione legantur, qualitas alij legato adiecta in alijs repetita cēsetur, l. Seiç. §. Caio. ff. de fun. instru. vt patet ex dictis per Bar. in d. l. in repetendis. & in d. consil. xxxix. & consil. xxvij. Vifa facti narratione. Bal. consil. lvij. In restitutione. lib. ij. & Pau. de Castr. consil. lxxvij. Vifo puncto supra scripto. & consil. lxxvj. Vifo dicto puncto. in fin. & Cuma. consil. xxxiiij. Pater vxori. consil. xlvj. Pater filiis. & consil. xlviij. Testator. Fulg.

Fulg. conf. xl. Dominus testator. & Ale. conf. lxxvj. Vifo testamento. lib. iij. ¶ Quod si testator sub vna oratione plures res legauerit, & velit conditionē quantum ad rem aliquam ex legatis non intelligi repetitam, vt repetitio excludatur, remedium est, quōd id testator declarat. Nam sufficit etiam tacita voluntas testatoris ad repetitiones tollendas, l. licet. ff. de lega. j. & per Ioan. de Ana. consil. viij. Vifo puncto. in fi. & Abb. consil. xl. Venio ad primum. col. ij. lib. j. Animaduertat ¶ quoque testator in transferendis legatis in testamento sub conditione factis, dum codicillis illa adimit & in alios transfert, vt conditionem declarat an velit intelligi repetitam, quod in dubio præsumitur, l. legatum sub cōditione. ff. de adi. leg. Nam in hoc quoque voluntatem ipsius testatoris amplectimur, vt per Bal. consil. ccxxxij. Proponitur libr. v.

## CAVTELA LIX.

Quo remedio locus, & modus soluendi legata causa taxationis intelligantur adiecti.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Hæres tenetur ad solutionem integri legati, percipiendi ex aliquo fundo, licet minus ex fundo ipso percipiatur.*  
*Locus ex cuius fructibus legata soluenda sunt, utrum demonstrationis gratia, an uerò taxationis, cum intelligatur adiectus.*
- 2 *Modus soluendi legata quando taxationis gratia censeatur adiectus.*

**S**I testator ¶ alicui pro alimentis legauerit decem annua, illaque solui mandauerit ex certo fundo, tenetur hæres ad solutionem integri lega-



ti, licet minus ex fundo percipiatur, quia locus gratia demonstrationis, non autem taxationis causa censetur adiectus, l. quidam. ff. de leg. j. Bar. in l. Lucius. ff. de alimen. leg. cum aliis allegatis per Deci. consil. clxxxviiij. In controuersia. col. j. Sed † si testator velit ne hæres grauetur soluere ultra reditus fundi, remedium est, quod locum, & modum soluendi, relictaque ipsa eadem oratio complectatur, ut si dicat testator, Lego Titio annua decem ex fructibus fundi Sciani: nam oratio vna complectens etiam locum & modum solutionis faciendæ, facit ea videri gratia taxationis apponi, & quatenus sit in fructu legatarum deberi, l. si quis seruum. §. si quis legauerit. & l. Lucius. §. ciuibus. ff. de leg. ij. l. nomen debitoris. §. vni ex hæredibus. ff. de lega. ij. Paul. de Ca. cõs. l. j. Quia exceptiones. col. ij. Rota decision. dcccclxix. Lego pro anniuersario. in antiq. ad quam tanquã ad fontem recurrenti esse dicit Caccial. in tract. de pensio q. xvj. Felin. in c. ad audientiam. ij. co. vj. de rescript. & Deci. consil. cccciij. Consuluit.

## CAVTELA LX.

Quo remedio hæres hæredis locum primi hæredis assumat, & quo consilio ad successores non transeat legatum alicui sub nomine dignitatis.

## S V M M A R I V M.

1 Legata res ad vitam legatarij mortuo legatario redit ad heredem testatoris.

Hæredis appellatio solum complectitur illum, qui testamento legi potest.

2 Hæredis appellatione quando ueniat hæredis hæres supra de substit. caute. xxiiij. nu. 1. & 2.

Legat

3 Legatum annuum rectori ecclesie factum sub nomine dignitatis transit ad eius successorem.  
Legatum simpliciter relictum si sit iterabile, & respiciat pietatem uel publicam causam, censetur annuum.

SI fundus Titio legetur quoad vixerit, & ad-  
ditum si quod post mortem Titij fundus ad  
infra scriptum heredem reuertatur, si scriptus hæ-  
res ante Titium moriatur, fundus penes hæres  
Titij legatarij permanebit, & hæres hæredis  
testatoris fundum vendicare non poterit, secun-  
dum Alex. consil. clxxij. v. isa facti. lib. v. quia fidei-  
commissum hoc conditionale censetur, l. hæres  
meus. ff. de cond. & demon. & consequenter non  
transmittitur ad heredem, l. in causa. §. Pompo-  
nius. ff. de mino. l. j. §. si autem sub conditione. C.  
de cadu. tol. Nec obstat quod hæredis appellatio  
heredem quoque hæredis comprehendere soleat,  
l. in annalibus. C. de lega. Quia hoc non procedit  
vbi dictum esset heredem infra scriptum, vel su-  
pra scriptum, quia tunc hæredis appellatio solum  
complectitur, illum, qui testamento legi potest, ut  
per Bar. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. &  
pup. Sed ut hæres hæredis admittatur, remedium  
est, quod simpliciter Titio legetur donec vixerit,  
sic enim relicto facto post Titij mortem non so-  
lum testatoris primus hæres, sed & hæres hæredis  
ipso iure fundi dominium nascitur, l. si. cum gl.  
in vers. remanentibus. C. de legat. quia per hæc  
verba ad nullum ex hæredibus præcipue relatio  
habita videtur, secundum Pau. de Cast. & Alex. in

d. l. fi. Sed & si diceretur in testamento, quod post mortem legatarij res deuoluatur ad hæredes infra scriptos & eorum hæredes, omnis questio cessat manifestissimis verbis sublato ambiguo voluntatis, l. ille. §. fi. ff. de lega. iij. † Illud etiam notandum est, quod si quid annuum alicui sub nomine dignitatis aut officij relinquatur successorij quoque in dignitate, vel officio legatum præstari oportebit, ideo si annuum relinquatur rectori ecclesiæ relictum erit perpetuum. Sed si testator velit legatum finiri morte rectoris, adiciat verba hæc videlicet, quoad vixerit, per not. per Docto in l. annua. §. j. ff. de annuis lega. & per Bald. consil. cxxvj. Factum sic proponitur lib. v. & per doct. in c. requisisti. de testam. item sciendum est, legatum simpliciter relictum si sit iterabile, & respiciat pietatem, vel publicam causam, censei annuum, l. legatum. & ibi Barr. & l. pen. ff. de annuis legatis. Sed si testator aliud sentiat, sit cautus vt legatum limitet ad vnã præstationem. Nam scādum est in hoc limitationi ipsius testatoris: vt per Soci. consil. xlviij. Eleganter lib. iij.

## CAVTELA LXI.

Quo remedio solutionem recipiens non perdat legatum sub conditione hac, si non petierit creditum.

## SUMMARIUM.

*Vxor, cui aliquid legatum fuit sub conditione hac, si dotem non petierit, si dotem ab hærede etiã sponte soluente recipiat, cadit à legato.*

*Petere*

*Petere intelligitur etiam is, qui es que soluuntur sponte recipit.*

*2 Exigere est ab invito extorquere.*

*S* I maritus † vxori aliquid leget sub conditione hac, si dotem non petierit, & mulier solutionem ab hærede sponte soluente recipiat, videtur defecta conditio, & carebit vxor rebus legatis, quia solutionem recipiēs similis est petenti, l. amplius. ff. rem rat. hab. secundum Bar. ibi, & ita facile erit hæredi circumuenire vxorem defuncti, solutionem dotis imprudenter accepturã. Sed ne vxor huic captioni subiaceat, remedium est, quod testator vtatur verbo exegerit, quia exigere est ab initio extorquere, l. fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. iij. Aliqui sentiunt quod solutione accipiendo pet. tione non præcedente mulier non perdat legatum, vt per Bal in l. j. C. de his quæ pæn. nom. Ang. Are. in tracta. de testa. ver. & dotes suas non petierit. Cautius tamen faciet mulier, si antequam solutionem recipiat, offerat se paratam accepto ferre, l. mulieri. ff. de conditio. & demonstr. Nam si oblatione hac non obstante hæres soluat, mulier erit tuta, quasi hæres renunciauerit iuri suo, l. iudex. ff. de min. secundum Ang. in d. l. Amplius.

## CAVTELA LXII.

Quo remedio legatum factum religiosi mendicantibus cum onere ædificandi ecclesiam robur assumat.

## SUMMARIUM.

*1 Ecclesiam nouam religiosi mendicantes construere nequeunt sine auctoritate pontificis.*

*Legatum locis religiosi mendicantibus cum onere*

*V j*

*edificandi ibi ecclesiam an ualeat.*

2. Legatarium incapax prædij potest consequi pretium.  
 1. **S**I fundus † Religiosis mendicantibus cū onere ædificandi in eo ecclesiam relinquatur onus hoc tanquam impossibile reiicitur, quia locus non uisus ab eis sine autoritate Papæ construi non potest, c. j. de relig. domi. & c. j. de excessi. præla. lib. vj. & fundum religiosi non habebunt, cum sint incapaces, c. exiit qui seminat. de verb. sign. eo. lib. ita colligitur ex doctrina Bartol. in l. apud Iulianum. §. constat. ff. de leg. j. & Bald. in auth. ingressi. col. pen. C. de sacrosan. eccle. Vt † autem legatum inutile non sit, remedium est, quod testamento adiciatur quod si dicta conditio impleri non possit, fundus vendatur, & pretium in usum eorundem religiosorum conuertatur, quod fieri potest per glo. in d. c. j. de relig. domi. lib. vj. facit rex. iuncta glo. in l. si quis inquilinos. ff. de lega. j. secundum Alex. in d. §. constat. cum aliis ibi per eum relatis, & in consil. ix. Visis. col. iij. vers. præterea. lib. ij. & cautelam hanc tradidit Bal. in l. cum quæstio. in fi. C. de lega. & sequitur Barb. in rubri. de rebus eccl. non alienan. col. vj. in v. limitatione. & per not. per eum ibi, & per Docto. in d. §. constat. videtur quod incapax immobilium nõ suo vitio possit capere pretium rei, ideo videtur, quod cautela hæc non ius immutet, sed quæstionem, & controuersiam tollat.

### CAUTEA LXIII.

Quo remedio legari possit monacho, ita ut commodi particeps non sit Abbas.

Summa

### S V M M A R I V M.

1. *Ususfructus monacho quomodo cautè relinquatur.*
2. *Monacho ususfructus potest relinqui temporaliter quandiu Abbas ei non fecerit quæstionem super eo. Monachus ipse capax est legati alimentorum.*
3. *Alimenta monacho relinqui possunt ita ut illa ipse, & non Abbas percipiat.*

**P**ater † vel alius qui monacho velit relinquere re usumfructum, & providere ne in eo ab Abbate ei molestia aliqua inferatur, si leget sub pœna quæ priuetur relicto, si Abbas aliquam molestiam intulerit, pœnæ adiectio non valet, quia turpe est arctare abbatem ne possit monacho imperare, secundum Imol. post Bartol. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Treb. c. cum ad monasterium. de stat. regu. Sed † cautela est, quod non sub pœna, sed temporaliter legeret quandiu ei Abbas non mouerit quæstionem secundum domi. Bald. in l. j. C. de his quæ pœn. nomi. faciunt not. per Bart. in auth. excipitur. C. de bonis quæ libe. & per Abb. consil. lxiiij. Vt veritas. lib. ij. Secundum remedium est, quod monacho relinquatur annuum nomine alimentorum, ita quod Abbas se non ingerat circa illud, l. seruo alieno. cum glo. ff. de leg. j. Bar. in d. §. tres hæredes. & Bal. in auth. licet. de Episc. & cler. l. seruos. ff. de ali. & cib. leg. Abb. consil. xliiiij. Ad decisionem. lib. ij.

### CAUTEA LXIII.

Quo remedio valeat legatum si minus relinquatur filie si monasterium ingrediatur quam si nupserit.

V 4

## S V M M A R I V M.

- 1 *Legatum factum filiis in minori quantitate, si monasterium ingrediatur utrum valeat.*  
*Causa religionis est fauorabilior nuptiis.*
  - 2 *Beneficere nemo compellitur.*  
*Filia minus relinqui potest, si monasterium ingressa fuerit quam si nupserit.*
  - 3 *Aequitati naturali sufficit niti, ubi lex deficit:*
- 1 **V**irgo cui legata sunt centum si nupserit, & si non nupserit relicta sunt solam quinquaginta, centum consequetur quamuis religionem ingrediatur, quia si reiicitur conditio, qua quis retrahitur à nuptiis, l. quoties. ff. de condit. & demon. multò magis reiicienda est conditio, qua quis retrahitur à vita contemplatiua. §. sed hoc presenti. in auth. de sanctis. Epif. opinionem hanc sequitur Io. An. in rub. de stat. mona. Bar. in l. ij. ff. de his quæ pœn. nomi. Ias. in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccl. Alex. conf. cxxj. Viso themate. col. iij lib. ij. & col. xxxv. Super contentis. col. iij. lib. iij. cum relatis per Deci. consi. delxxxiiij. In testamento Bernardini, & ibi dicit opinionem hanc communem esse. Sed si testator velit dispositionem suam vires habere, remedium est, quòd testator expressè declarat filiam non posse consequi centum, nisi matrimonium contraxit, & si monasteriũ ingressa fuerit non possit petere, nisi quinquaginta. Nam seruanda est voluntas testatoris, quando de illa apertè constat. §. disponat. in authent. de nup. l. in conditionibus. ff. de condi. & demon. & quilibet rei suæ potest quam velit legè impo

imponere, l. quoties. C. de don. quæ sub mod. c. verum. de condi. appo & quilibet rei suæ est moderator, & arbiter. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. hære. l. in re mandata. C. manda. l. Mæuius. ff. de condit. & demon. gl. in l. j. C. de inof. testa. & æquum non est, quòd monasterium habeat bona testatoris ituiti, id est, illa centum quæ relicta sunt si virgo nuberet, quia inuitus nemo cogitur bene facere. c. de Iudæis. xlv. distinctio. c. ad fidè. xxiiij. q. v. & ista verior est, & magis cõmunis opi. vt scribit Dec. post relatos per eum conf. ccccix. Viso eleganti consilio. col. ij. & in hac opinione sunt quamplurimi, quos refert Ias. conf. xliij. Ioannes. col. v. lib. iij. vbi dicit, quòd totus mundus sequitur hanc opinionem. Secundum tamen & tutius remedium est, quòd testator dicat, relinquo mulieri quinquaginta, & illi qui eam vxorem duxerit relinquo alia quinquaginta pro augmẽto dotis. Sic monasterium non poterit capere quod non est relictum mulieri, sed illi qui eam duceret vxorem, l. Titio. §. j. ff. de condi. & demon. cautelam hanc tradit Bart. in d. l. ij. ff. de his quæ pœn. nomi. & cautelæ predictæ adiuuantur naturali æquitate, quia minus sufficit religionem profitentibus, quàm in sæculo manentibus, satis est niti naturali æquitati, l. scire oportet. §. sufficit. ff. de ex. cu. tu. vt per Ias. d. conf. xliij. col. v.

## CAVTELA LXV.

Quo remedio vxor vti debeat quæ secundo viro velit relinquere plus quàm liberis ex primo matrimonio genitis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Vxor non potest secundo viro plus relinquere quam reliquerit alicui ex liberis primi matrimonij.
  - 2 Mater potest filiis ex secundo matrimonio natis plus relinquere quam natis ex primo.
- 1 Vxor tñō potest de bonis suis relinquere secundo viro ultra quam relinquat vni ex liberis ex primo matrimonio genitis. l. hac edictalis C. de secun. nupt. & ibi Docto. Ideo non valet legatum quatenus vxor plus loget secundo coniugi: vt per Fulg. consil. xcviij. Antonius transiens. & Abb. consil. cxviij. Videtur primo. lib. ij. Bal. consil. cv. Quædam domina: lib. ij. & Alex. consil. clviij. Circa primum. li. v. sed si vxor habeat filios etiam ex secundo matrimonio, remedium est, † quod relinquat filiis secundi matrimonij, & non patri. Nam potest mulier plus relinquere filiis ex secundo viro procreatis. §. penulti. in authen. de nupt. Bald. consil. xj. Casus talis est: col. vlt. lib. iij. nec sit fraus legi si legatum sequatur eius personam, cuius potest, & filij ex secundo matrimonio capiant quantum iuris ratio permittit, l. si seruus communis meus. in princip. & in fin. ff. de stipul. seruo. ita tenet Bal. in d. l. hac edictali. col. iij. & in l. j. q. ij. C. de inoffic. donat. Et efficacius erit hoc remedium, si relicto modum testatrix adiiciat, videlicet, quod patri non acquiratur vsusfructus rerum eidem liberis relictarum, vt per Paulū de Castro consil. clxxj. Viso casu. col. vlti. argu. not. per Bart. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de libe. & posthu.

Cau

## CAVTELA LXVI.

Quo remedio menti testatoris verborum propria significatio semper cedat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Verbis in re dubia seruiendum est, nec licet à propria significatione recedere.
- 2 Consuetudo testatoris præfertur consuetudini regionis.
- 3 Interpretatio voluntatis testatoris ex quibus fiat. Voluntas uerbis præferenda est. Testatoris voluntas quibus modis interpretatur.

IN re dubia † verbis seruiendum est, nec licet à propria significatione recedere. l. si alij. ff. de vsufr. lega. l. non aliter. ff. de leg. ij. Sed quia testatores plerunque abusuè loquuntur, & significatio verborum voluntati testatoris non consonat, adiuuanda est voluntas testatoris, ne vis verborum potior sensu existat. l. iij. C. de libe. præte. Quare si quando testator aliud senserit, quam verba significant, vel verba sint dubia, vt voluntas eius conseruetur, remedium est, quod testator det cui velit facultatem declarandi ambiguas quæstiones, & omnia dubia, quæ ex testamento nascentur. l. Theopompus. cum ibi not. per Bar. ff. de dot. prælega. Quod † si testator hoc non fecerit, tunc remedium erit, quod probetur, quid testator senserit: nam probata voluntate testatoris, à propria vocabuli significatione recedimus, vt per Barto. in l. in ambiguo. ff. de re. dub. d. l. non aliter. cum relatis per Dec. col. cccxviij. Vis.

Vifis.col.j.& cōf.cccclxij. Præfens. & cōf.cccxcix. Conclufio. planè voluntas teftatoris probari poterit, non folùm ex his, quæ teftamenti tempore dicta funt, verùm etiam ex dictis, & gestis extra actum teftandi. l. hæredes palam. §. fi quid post. cum ibi not. per glo. & Doct. ff. de tefta. Bart. in l. cum proponeretur. ff. de lega. ij. & in l. fi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j. Et fufficit etiam priuata fcriptura ipfius defuncti ad declarandam voluntatem eius. glōf. in l. qui concubinam. §. cum ita in verfi. in tabulis. ff. de lega. iij. vt per Bar. in l. alimenta. ff. de alimen. lega. & Deci. cōf. ccccliiij. Iuridicas. in fin. Et ad probandam voluntatem declaratoriam fufficient duo teftes, vt per Bart. in d. §. fi quid post. & Barba. cōfil. xxix. Illud. lib. iij. & Soci. cōfil. xxxvij. Vifo teftamento. col. iij. lib. iij. & ad interpretandam voluntatem defuncti, coniectura etiam fit ex confuetudine regionis, & ex communi vfu loquēdi. l. librorū. §. quod tamen Cafsius. ff. de legat. iij. vel confuetudine ipfius patris. d. §. fi quid post. Barto. in l. Labeo. ff. de fup. lega. Deci. cōfil. dclxxv. In cafu propofito. Prius tamen infpicitur cōfuetudo ipfius teftatoris, quàm religionis. l. ex vfu. ff. de vin. tri. vel ol. lega. Fulg. cōfil. cccxxj. In quodam inftrumento. Item interpretatio fit ex lege, quia voluntas talis fuiffe præfuitur, qualis effe debuit. l. ex facto. ff. de vulg. & pup. Barto. in l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad Tre. & in l. vt iurifurandi. §. fi liberi. ff. de ope. lib. Item ex bono, & æquo. l. in his. vbi Bald. ff. de condi. & demon. Item ex vitio. ne abfundi. l. furti. §. pactus. ff. de his qui nõ. in fa. Item

fa. Item ex publica vtilitate, gloff. in l. fi ita fcriptum. ff. de lega. ij. l. fi quis in graui. §. hi quoque. ff. ad Silla. vt latius per Laur. Ca'c. cōf. xlviij. Vifo dicto. col. vj. cum fequenti. Item ex vicinitate fcripturæ, quia fcripturæ pars per partem aliam declaratur, l. fi feruus. §. fin. & l. qui filiabus. vbi Docto. ff. de lega. j. l. vtrum. ff. de pet. hære. Deci. cōfil. xv. Diligenter confyderatis. col. iij.

## CAVELA LXVII.

Quo remedio non inutiliter legetur ius patronatus Epifcopi non habito confenfu tempore teftamenti.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ius patronatus legari non potest sine confenfu sui Epifcopi.
- 2 Confenfus alicuius ubi requiritur in actu fufficit interuenire post factum.
- 3 Legatum deficiens mifta confyderatione legantis & legatarij nunquam conualfcit. Laicus est in epax iuris fpiritualis. Inualfcit ab initio tractu temporis non firmatur.
- 4 Legatum iuris patronatus ualet sub conditione hæc si Epifcopo confenferit.

**P**atronatus sine confenfu sui Pontificis in priuatam perfonam ius patronatus transferre non potest, c. nullus & cap. illud. vbi Abbas, & alij Docto. de iure patro. Et ideo ius patronatus priuato legari non potest, vt per Abb. in fua difputa. incip. Augerio col. ix. Sed vt valeat legatum, fit cautus teftator, vt habeat confenfum Epifco

Episcopi prius, quam legatur: tunc enim valebit legatum, ut patet ex relatis per Cas. Lamb. in tracta. de iure patro. lib. j. parte ij. q. vj. princ. & eandem quaest. art. ij. vbi dicit. hanc esse communem opi. † Sed ut conualescat legatum iuris patronatus, non habito tempore, testamēti. consensu Episcopi, remedium est, quod post testamentum vivo testatore obtineatur. consensus Episcopi; nam potest consensus superioris interuenire post legatum in vita testatoris. argu. c. cura. & c. suggestu. de iure patro. & c. si qua de rebus. xij. q. 2. & c. quod autem. de test. c. cum vos. de his quae fiunt à praela. l. fi. C. ad Macedo. Nam iuris regula est, quod vbi in actu requiritur consensus alicuius, sufficit consensus interuenire post factum, ut per Abb. & Cardina. in d. c. cura. & in d. c. suggestu. cum congestis per Cas. Lamb. in d. tracta. libr. j. par. ij. q. j. prin. art. vj. Post mortem autem testatoris huiusmodi consensum in damnum haeredis frustra legatarius obtineret. argu. c. quamuis. & c. si pro te. de praben. lib. vj. l. si. ff. commu. prae. di. Nam quod inutiliter legatur, apud haerem remanet, l. in metallum. ff. de his quae pro non script. hab. l. non intelligitur. §. si quis palam. ff. de iur. fisc. Bar. in l. haerem. C. de his quib. ut in di. Ideo post ius quae situm honestum non est, quod ab Episcopo ius auferatur haeredi. c. super eod. cum ibi traditis per Doct. de rescri. per Felin. in c. causam quae ver interpretatio priuilegij. eo. tit. & in hac opinione fuit Abb. in c. cum seculum. col. vlti. de iur. patro. & in d. disputatio. Augerio. & Roch. in tract. de iur. patr. in ver. pro eo quod

Dio

Diocessani consensum. q. ij. col. vlt. contrarium tenet Rot. deci. dcccclxxij. Quidam laicus. in antiq. & alij quos refert Cas. Lamb. in d. tract. libr. j. part. ij. q. j. prin. art. xvij. Sed contra Rotam his fuisse iudicatum refert ibi dictus Cas. Mihi † ve-  
rior videtur opinio, quod capacitas laici superueniens ex consensu Episcopi praestito post obitum testatoris non det vires legato iuris patronatus, quia legatum quando deficit mixta consideratione legantis & legatarij, nunquam conualescit, l. j. cum ibi not. per Bar. col. ij. ff. de reg. Cato. vbi dicit, quod omnino inualidum est legatum factum spurio, licet post testamentum legitur, ad eod quod stricto iure forte nec vivo testatore per superuenientem consensum confirmatur legatum iuris patronatus. Laicus enim est incapax iuris spiritualis. c. causam. de praescri. & de iure patronatus iudicandum est, ut de iure spirituali. argu. l. quae religiosis. ff. de rei vend. & c. quanto. de iudi. cum ibi notatis per Felin. post alios Doct. ex quibus apparet laicum esse incapace iuris patronatus, licet illud obtinere possit ex gratia. Et consequenter legatum est inutile considerata incapacitate legatarij. Est quoque inutile considerata impotentia legantis. Nam testator donare non potest laico ius patronatus, c. j. de iure patro. libr. vj. & legatum est species donationis, l. legatum. ff. de leg. ij. facit d. c. nullus. & alia supra in princip. allega. Sed † ut legatum iuris patronatus non dubie vires assumat a superueniente consensu Episcopi etiam post mortem testatoris, remedium est, quod legatum fiat sub conditione si Episcopus con-  
sen

senserit. Nam regula Catoniana ad relicta sub conditione non pertinet. l. j. & l. placet. & ibi Bar. ff. de regu. Caro. l. intercidit. ff. de cōdi. & demon. & per Bar. & Soci. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. l. in tempus. & ibi Doct. ff. de hære. instit.

De tutore, & exequutore testamenti.

TITVLVS VII.

CAVTELA I.

Quo remedio agnati in tutela matri præferantur, & quo remedio debitor, vel creditor pupilli eius tutelam possit assumere.

S V M M A R I V M.

1. Mater in tutela filiorum præfertur omnibus agnatis.
2. Mater præfertur in tutela fratribus cum quibus pariter succedit.
3. Tutor testamentarius præfertur matri.
3. Debitor uel creditor pupilli non potest esse tutor: limita ut ibidem.

**P**ATER ¶ omnibus cognatis in filiorum tutela præfertur. authen. matri, & auia. C. quando mul. offic. tuto. fungi potest. quod procedit etiam si statuto propter agnatos à successione filiorum mater excludatur, quia in matre non habet locum regula, quòd ad eundem tutela & hæreditas deferatur, de qua in auth. sicut hæreditas. C. de leg. tut. Nam regula hæc fallit in matre, quæ ordine successio- nis non seruato admittitur ad tutelam. Nam ma- ter præfertur in tutela fratribus, cum quibus, pari- ter succedit: vt per Sali. in d. auth. matri, & auia. & per

& per Cor. consil. c. j. Licet videatur. lib. iij. Sed ¶ si testator vxorem ineptam videat, & velit illam nõ posse assumere filiorum tutelam, remedium est, qd ipse in testamento de alio tutore prouideat, quia tutorem dando matrè à tutela potest testator excludere, cum matri tutores testamentarij præferantur. s. ex his. in d. auth. de hæred. ab intest. ven. & per Doct. in auth. matri & auia. Bal. consil. 308. Testator in testamento. lib. ij. & Cor. in præalleg. consil. c. j. & Curt. consil. xlvi. Super controuersia. in prin. Item ¶ notandum est, quòd debitor, vel creditor pupilli non potest esse tutor. auth. minoris. C. qui dar. tut. vel cur. Sed si testator velit debitorem, aut creditorem posse tutelam gerere, remedium est, quòd ipse in testameto dicat se scire eum, quem dar tutorem, debitore, vel creditorem, & idoneu tutorem esse. Nã fide tutoris, à testatore scieter approbata, tam debitor, quàm creditor tutor esse poterit. arg. §. j. insti. de sac. tut. vt per Bar. in d. auth. minoris. & consil. cxlvij. Quæstio ista.

CAVTELA II.

Quo remedio tutor possit liberari à necessitate rationis reddendæ.

S V M M A R I V M.

1. Tutor cogitur reddere rationem suæ administrationis: limita ut ibid.
2. Rationis reddendæ necessitas à testatore remissa quid operetur.
2. Dolus futurus remitti non potest. & in nu. seq.
3. Legatū liberationis ab administratione tutelæ quid operatur.
4. Conditio impleri non potest in persona hæredis.



**A**dministrationis ꝑ suæ rationem tutor red-  
dere cogitur, tam eorum quæ fecit cum fa-  
cere non deberet, quam eorum quæ non fecit,  
cum eum facere oporteret. l. j. ff. de tute. & ratio.  
disfra. Sed si testator velit tutorem non teneri ad  
rationes reddendas, remedium est, quod veteri  
tutore rationes exigi. l. quidam decedēs. ff. de ad-  
mi. tut. Sed nihilominus de his, quæ dolo com-  
misit, rationem reddere tenebitur: vt ibi per doct.  
2 & per Curt. consil. xxix. In regno. in fi. Sed ꝑ si te-  
stator velit ita liberare tutorem, vt nullo modo ad  
reddendas rationes astringatur, remedium est se-  
cundum quosdam, vt tutori legetur omne id, in  
quo tutelæ occasione illum condemnari conti-  
gerit, per l. si quis rationes. ff. de liber. lega. Verius  
est, quod remedium hoc non defendat tutorem  
ab his, quæ dolo fecerit, quia dolo futurus re-  
mitteri non potest. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. Et ꝑ  
hoc remedium non proficit quantum ad gesta per  
dolum, & restitutionem relinquorum, patet ex di-  
ctis per Sali. in l. cum necessitatem. C. de fideic.  
& Alex. consil. lxxij. Serenissimus lib. iij. & consil.  
clxxij. Præsuppono. lib. v. & Curt. consil. lxxvij. Sa-  
pienter. versi capio. secundum quod est consilium  
Barb. & Deci. consil. cccxlix. Consuluit. in fi. cum  
allegatis per eos, & per Soci. consil. lxxij. Difficul-  
tatem. col. v. & vij. lib. iij. & est communis opin. vt  
dicit Barb. consil. lxxvij. Clementissimi. col. iij. lib.  
ij. & Deci. consil. clxxvij. In causa. proderit tamen  
prædictum remedium tutori, ne possit ex culpa  
conueniri, vel ex dolo præsumpto, vt per Deci.  
3 d. consil. clxxvij. Sed ꝑ possit testator (vt quidam  
putant

putant) per indirectum libetare tutorem à dolo fu-  
turo, vt si mandet hæredi quod tutorem liberet  
ab omni eo, in quo apparuerit tutorem ex admi-  
nistratione tutelæ obligatum esse. Tunc enim vi-  
detur etiam dolo remissus, ac etiam remissa in-  
telligitur necessitas instituendi reliqua: vt per Bart.  
in l. Aurelio. §. Caius. col. iij. ver. quarto quando fit  
liberatio in vltima voluntate. ff. de lib. leg. & in  
hac opi. est Ang. & Din. quos refert Barba. consil.  
iij. Illud in medium. lib. iij. Tu tene contrarium,  
quod nec directè, nec indirectè possit remitti do-  
lus futurus in vltima voluntate, secundum Bart.  
in d. §. Caius. col. vlt. ver. quid si relinquitur libe-  
ratio, vbi declarat ea quæ supra dixerat proce-  
dere, quando relinquitur liberatio ab admini-  
stratione præterita, & hoc sequitur, & multis ra-  
tionibus comprobatur Barb. in d. consil. iij. vbi di-  
cit tale legatum solum operari, quod tutor non  
teneatur reddere scrupulosam rationem admini-  
strationis tutelæ, & comprobatur etiam hoc ex  
dictis per Ias. conf. xiiij. Nobilis. lib. iij. Et notan-  
dum est, ꝑ quod legatum factum tutori de omni  
eo, in quo ipsum ratione tutelæ cõdemnari con-  
tingeret, non proderit hæredi tutoris, qui mortuo  
tutore condemnatus fuerit ad reddendam ratio-  
nem, quoniam conditio impleri nõ potest in per-  
sona hæredis, l. qui Romæ. §. Augerius. & ibi Doc.  
ff. de verb. obl. Quare latius concipienda sunt ver-  
ba, vt dicatur in quo ipsum tutorem vel hære-  
dem eius condemnari contingat. Sic enim con-  
ceptis verbis etiam hæres legati cõmodum sentiet,  
& faciunt scripta per Fulg. conf. ciiij. Notabilis vir.

## CAVTELA III.

Quo remedio tutor non compellatur, vel cōpellatur inuētarium vel librum rationum facere, & quomodo aduersus hęc minorib<sup>9</sup> succurratur.

## SYMMARIUM.

1 Tutor qui repertorium non fecerit, ut suspectus de-  
functo à tutela remouetur.

Tutor tenetur facere inuentarium & librum ratio-  
num. *ibid.* & nu. 2.

2 Inuentarium facere tutor cogitur, nec sufficit à te-  
statore remitti nisi prohibeatur fieri.

4 Tutor cogitur per iudicem facere inuentarium &  
librum rationum ex causa, non obstante prohibi-  
tione & remissione testatoris.

Iudex ex causa potest uenire contra testatoris di-  
spositionem.

1 **T**utor † qui repertorium non fecerit de furto suspectus est, §. sancimus. in auth. de hær. & Fal. & notatur infamia. l. fi. C. de arb. tutel. & in carcere causam dicere debet l. iij. §. tutores. ff. de suspect. tut. Remouetur à tutela vt suspectus, d. l. fi. Item contra eum in litem iuratur. l. tutor qui repertorium. ff. de adm. tu. & per Lud. Ro. consi. cxxviii. Quo ad primum. & Fulg. consi. cxcvj. Ad 2 id. Sed si † testator velit ab his incommotis liberare tutorem, remedium est, quod ipse testator tutori remittat necessitatem inuentarium facien- di, quod testator facere potest d. l. fi. C. de arb. tu. vt per Pau. & Iaf. in l. nemo. ff. de leg. j. & addatur etiam prohibitionem, ne tutor inuentarium faciat, Nam vt tutor releuetur à necessitate prædicta, oportet quod testator prohibeat inuētarium fie- ri. d.

ri. d. l. fi. Et in hoc etiam peritissimi errant, putan- tes solā remissionem sufficere, non consideran- tes prohibitionem necessariam esse, vt per Spe. in ti. de tut. §. generaliter. vers. hoc autem notandū, quod est memoriæ commendandū, vt dicit Are. in §. præterea etiam. col. xxviii. ver. videndum re- stat de tutore. instit. de excep. & Sal. in d. l. fi. Et cum † tutoris officio incumbat vltra inuētarium 3  
facere etiam librum rationū: quo non facto con- tra tutorem iuratur in lite. l. j. §. officio. ff. de tuto. & rat. distra. Cor. consi. cxcvj. Ad euidenciam. in fi. lib. iij. Iaf. consi. iij. Circa primū. par. j. Deci. consi. cx. Verè. Vt liberetur tutor etiam à necessitate cō-  
ficiendi librum huiusmodi, remediū est, quod te-  
stator liberet tutorem ab obligatione faciendi li-  
brum rationum, vt per Fulg. consi. xxv. Spectabi-  
lis. col. ij. Sed pro pupillo † vt non obstante pro-  
hibitione testatoris, tutor inuentarium & librum 4  
rationum facere cōpellatur remedium est, quod  
imploreretur officium iudicis. Nam cōperto, quod  
prohibitio & remissio inuentarij, & libri ratio-  
num damnosa sit pupillo, iudex (sperto testatoris  
præcepto) ad faciendum inuentarium tutorem  
cogere poterit. argu. l. in confirmando. ff. de cōfir-  
tut. vt per Bart. in d. l. nemo. col. iij. & Deci. consi.  
cccxxix. Cōsultat col. ij. Potest enim iudex ex cau-  
sa venire contra dispositionem testatoris. & con-  
sulere vtilitati impuberis, l. j. ff. vbi pupil. educ.  
deb. Bal. consi. cccxxix. Viso testamento. lib. iij.

## CAVTELA IIII.

Quo remedio mater moriēs possit prouidere,

ne bona materna impuberis tutor legitimus vel testamentarius administret.

## S V M M A R I V M.

- 1 Tutor dari non potest habenti tutorem.  
Pupillo habenti tutorem ex patris testamento, non potest alius dari tutor etiam ex matris provisione nolentis eum bona sua gubernare.
- 2 Mater moriens quomodo possit providere ne tutor testamentarius, vel legitimus administret bona que ipsa relinquit pupillo.
- 3 Quartam Trebellianicam non deducit ille qui scriptus est hæres gratia fideicommissarij.
- 4 Pater quomodo provideri potest, ut post pubertatem filij bona sua non dilapidentur.

**P**upillo † habenti tutorem ex testamento patris, non poterit alius tutor dari, etiã ex provisione & nominatione matris volentis tutorem testamentarium bona materna gubernare non posse. Quoniam habenti tutorem, tutor dari non potest. §. interdum. Instit. de curato. Sed remediũ est, † quod mater quem velit tutorem dare, hæredem instituat, & roget, vt filio ipsius testatrix, cum is ad pubertatem venerit, hæreditatem plenẽ restituat. Ita enim scriptus hæres erit nudo nomine & administrabit quãdiu filius erit impubes, & factõ puberi hæreditatem restituet. Hoc remedium seuatum fuit à propinqua Pollidij, vt est casus singularis in l. in fideicommissi. §. cum Pollidius. ff. de vstur. & in dicto casu hæres † institutus restituet hæreditatem cum fructibus perceptis, & quartam Trebellianicam non deducet. vt per glot. in l. in fideicommissaria. §. si. in ver. in

deic in

deicommissum cadit. ff. ad Treb. quam sequitur & existimat singularem Imol. in l. cum filio. col. vlti. ff. de lega. j. & opinionem glo. sequitur etiam Alexan. & alij relati ab eo in dicto §. si. in ver. in fideicommissi. ibi per eum apparet quoties esse institutus est hæres ad vtilitatem alterius, & quatenus restituat hæreditatem ei, cui testator prohibere voluit non posse Trebellianicam detrahi, & dicit ibi Alex. hoc esse bene notandum. Mater autem vtens hac cautela exprimat se ita testamẽtum facere, vt melius filio consulatur hærede scripto administrante bona, dum filius sit impubes, & testatrix mandet interim pupillo alimenta præstari ex fructibus hæreditatis. Et cum vndique talis provisio sit profutura filio, non rumpetur testamentum præteritione pupilli, l. multi. cũ ibi traditis per Doct. ff. de lib. & posth. Simile † quoque remediũ adhiberi potest à parentibus, vt post pubertatem filij bona non dilapidentur, sed ab aliquo idoneo administrentur. l. Lucius. §. Menia. ff. ad Treb.

## CAVTELA V.

Quo remedio tollatur quæstio vbi pupilla educari debeat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Pupilla vbi, & in quo loco sit educanda.  
Iudex non potest à voluntate testatoris recedere nisi ex causa.

**I**nter tutorem, † & coniunctos pupillæ diuinitis sæpe controuersia nascitur de loco, vbi pupilla educari debeat, & totum hoc iudicis arbitrio committitur, l. j. ff. vbi pupil. educa. deb.

X 4

l.j.C.eod.& ibi Doct. & pulchrè per Bald. consil. cccclxxxvij Ser Franciscus. lib. v. Ad tollendam huiusmodi quæstionem, remedium est, quod ipse testator in suo testamento decernat ubi, & apud quos pupilla debeat educari. Nam voluntas testatoris seruanda est, & ab ea non recedit iudex, nisi ex causa, dicta l. j. ff. ubi pupil. educa. deb. vt per Soci. consil. cxxxij. Circa primum. Et de materia hac vide per Ias. consil. xcix. Magnificus. lib. ij. & consil. lix. Statuto. col. pe. lib. iij. & cõsi. cxxxij. in ij. parte.

## CAUTE LA VI.

Quo remedio possit providere testator, quod per exequutores tantum à se deputatos relicta soluantur & sua voluntas præcisè seruetur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Exequutor testamentarius per annum negligens exequendi potestate priuatur.
  - 2 Testator potest prorogare tempus exequutoribus à lege datum.
  - 3 Substitutus exequutor, potest à testatore dari primo exequutori in causa negligentie.
  - 4 Pecunia legata ad aliquod opus pium, an possit conuerti in alium usum.
- Voluntas testatoris præcisè seruanda est, & commutari non potest.

1 **S**I exequutor ¶ testamentarius per annum in exequendo sit negligens, exequendi potestate priuatur, l. nulli. C. de Episcop. & cleri. c. nos quidem. c. tua nos. & c. si hæredes. de testam. Sed si testator nolit per alios, quam per exequutores à se deputatos suam dispositionem adimpleri, remedium

dium est, ¶ quod testator legale tempus datum ad exequendum suo arbitrio proroget. Potest namque testator disponere, quod exequutori nullus terminus labatur. Bal. in l. j. col. vlti. ff. de lega. j. & in l. nulli. C. de episc. & cleric. & consil. cccj. Constitutio Patriarchalis. lib. ij. Anch. consil. cccxcvj. Ore tenus. Abb. in d. c. nos quidem. col. ij. & Bar. in c. Ioannes. in fin. de testa. Et si testator mandet legata solui, quado exequutori placuerit, exequutori viuenti non labetur terminus. ar. l. sed si ante. ff. ad Treb. cum aliis alleg. per Bal. cõs. cxcvij. Testator. lib. ij. Secundum remedium est ¶ quod exequutori testator alium substituatur in exequutionis officio. l. & hæredibus. ff. de leg. ij. vt si prior exequutor intra annu, vel intra tempus ab ipso testatore præfixum nõ exequurus fuerit, tunc substitutus exequatur, prouisio testatoris cessare faciet prouisionem legis, l. si fundam. §. Stichum. ff. de lega. j. & ibi gloss. Bald. Imol. & Ias. Confirmantur prædicta ex allegatis per Barb. in d. c. nos quidem. col. fi. Non tamè possit testator exequutori ipsomet exequutorem substituere, vt patet ex allegatis per Barbatia in c. tua nos. colum. viij. de testa. nec dicat testator substituendo exequutorem, exequutori, si primus fuerit negligens, sed substituatur simpliciter, vt supra concepta sunt verba, vt per Barba. in dicto c. tua nos. col. viij. faciunt nota. per Bartol. in l. liberto. §. Lucius. ff. de ann. lega. ¶ Vbi dat cautelam, quod testator prouideat, quid fieri debeat de pecuniis ad opera pia legatis, si intra terminum ab eo statutum voluntas sua impleta non fuerit. Sic in opus aliud

contra voluntatem ipsius pecunia legata non poterit conueri, vt per Bar. in l. legatum. ff. de vsuf. leg. & de hoc est tex. in l. si testamentum. C. de testa. & vide Barba. in d. c. nos quidem. col. ij. vbi sequitur opin. hanc nisi ex magna causa Papa faceret commutationem ex potestate absoluta iuxta cle. quia contingit. de relig. domi. de Episcopo, & Legato de latere, non oportet dubitari an habeat talem potestatem, cum sit de reseruatibus Papæ, vt per Barba. ibidem, & consil. xxiiij. Et quidem visopuncto. lib. j.

## CAVTELA VII.

Quo remedio possit facere testator, quod eius voluntas executionem habeat nutu eorum, qui exequutores esse non possunt.

## SVMMA RIVM.

- 1 *Frater ordinis minorum sancti Francisci testamentarius exequutor esse non potest etiam de licentia sui superioris.*
  - 2 *Exequutor qui non potest esse non prohibetur exequenti consulere.*
  - 3 *Religiosus ordinis minorum licet exequutor esse non possit, tamen habere potest ex testamento facultatem nominandi et eligendi.*
- 1 **R**eligiosus ordinis minorum sancti Francisci etiam de licentia superioris sui testamentarius exequutor esse non potest. cle. exiui de Paradiso. §. cumque. de verb. sig. vt per Socin. consil. xvij. Supradicta. in fi. li. j. Sed si testator velit suam dispositionem adimpleri cura, & opera alicuius religiosi dicti ordinis, remedium est, quod alius exequutor constituatur ea conditione, vt nihil sine con

consilio illius religiosi facere possit. Nā dare consiliū exequentibus vltimas defunctorum voluntates, Regulæ dicti ordinis non repugnat, d. cle. exiui. §. verum. Scire tamen oportet, quod valerēt facta ab exequutore non habito consilio religiosi, qui nō poterat esse exequutor, l. quidam decedēs, cum ibi no. per Bar. ff. de administ. tuto. & in l. j. §. si plures. ff. de exere. acti. & Alex. consil. lvij. Perspectis. col. iij. lib. ij. remedium tamen est, quod testator irritet gesta sine consilio religiosi, vt per Soci. consil. ij. Circa presentem. Cautius tamen autem remedium est, quod testator det religioso potestatem nominandi, & eligendi personas, & loca quibus sit dandum, quod testator dari voluit per exequutores. Nam qui exequutor testamenti esse non potest, habere potest ex testamento facultatem nominandi, & eligendi, l. cum pater. §. hereditatem. & ibi hoc tenet Bar. ff. de leg. ij. Bal. in auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccl. Salic. in l. j. C. de hered. instit. Anch. cōf. cciiij. Circa primum, & Alex. dicto consil. lvij. Faciunt dicta per Petr. de Anchar. consil. ccccxxxvj. primò igitur. & Abba. consil. xj. Factū sic se habet, & consil. cx In causa. lib. ij. Aliqui tamen contrarium tenent, quorū opinio de iure verior videtur, vt patet ex alleg. per Barb. in c. tua nobis. col. iij. & v. de testa. Sed Bart. opinio cōmunior. De aliis religiosis quomodo exequutores constitui possunt, vide per Ludo. Rom. consil. ccccclxix. Quo ad primum.

## CAVTELA VIII.

Quo remedio possit quilibet exequutor sine alio exequi.

Sum

## S V M M A R I V M.

- 1 Exequutor unus sine alio non poterit exequi, nisi altero mortuo.
  - 2 Exequutor unus sine alio poterit exequi, quando sunt in solidum constituti.
- 1 Si plures fuerint exequutores testamento dati, alius sine alio non poterit exequi, nisi eorum aliquis sit mortuus, aut in remotis degat, vel exequi qui nolit. c. religiosus. §. si. de testa. lib. vj. Sed si testator velit alium sine alio exequi posse, remedium est, quod testator exequutoribus in solidum det licentiam exequendi, argum. d. §. fin. à contrario sensu facit, c. si duo. de procura. libr. vj. §. disponat. in authenti. de nup. c. vltima voluntas. xiiij. q. ij. & opi. hanc tenet Spec. in titu. de instr. xdi. §. nunc verò aliqua. ver. notandum quoque. & Soci. consil. xj. Circa presentem. & Lauren. Calc. consil. cij. Pro parte.

## CAVTELA IX.

Quo remedio exequutor possit agere, & procuratorem constituere ante litem contestatam.

## S V M M A R I V M.

- 1 Exequutor testamentarius regulariter agere non potest contra debitores testamentarios, neque contra heredem.
  - 2 Testator potest dare facultatem exequutori agendi contra debitores & contra heredem, procuratoremque faciendi.
- Exequutor quando possit agere & procuratorem constituere.

1 Exequutor si testamentarius regulariter non potest agere contra debitores hereditarios, l. Lucius.

Lucius. §. Meuia. cum ibi not. ff. ad Trebel. & ubi agere potest antequam litem contestetur, procuratorem facere non potest, l. neque. C. de procura. Spec. in tit. de instr. xdi. §. nunc verò aliqua. num. 24. & contra heredem quoque agere non poterit, nisi sit exequutor ad pias causas, vt per Bald. in lid. quo pauperibus. q. v. & vj. C. de Epif. & cler. & Alex. consil. xcix. Viso & considerato. in fi. lib. ij. Sed si vt exequutor possit ad libitum etiam litem non contestata procuratorem facere & contra heredem, & debitores agere, remedium est, quod testator det illi potestatem agendi, procuratoremque constituendi, per not. per glo. & Doct. in cle. religiosus. de proc. & per Zab. in cle. j. q. xiiij. de testa.

## CAVTELA X.

Quibus remedio exequutor possit vedere, vel possessionem capere propria autoritate, & se ipsum prohibeatur eligere.

## S V M M A R I V M.

- 1 Exequutor alienare bona non potest, nisi à testatore sit ei data potestas.
- 2 Exequutor debet heredem prius requirere, si velit alienare bona propter facultatem sibi concessam. Heres ad impediendum potestatem exequutoris poterit offerre se paratum uendere & de pretio satisfacere.
- 3 Exequutor potest à testatore habere potestatem accipiendi, & alienandi bona autoritate propria.
- 4 Eligere se ipsum poterit, si indigeat ille, cui data est facultas aliquid distribuendi inter pauperes.

1 Qvando alius scriptus est heres non potest exequutor bona distrahere, vt facisfaciat credi

creditoribus, & legatariis, l. alio. ff. de alimen. leg. nec sine decreto iudicis poterit vendere immobilia hæredis minoris, l. j. ff. de reb. eo. Sed, vt possit, 2 remedium est, † quòd testator exequutori det aliã nãdi potestaté liberam gl. in l. prædium C. quando decre. opus non est. Spec. in tit. de instr. adi. §. nunc verò aliqua. q. xxxj. & Alex. consil. lxxij. Visa facti. lib. ij. Non tamen poterit exequutor per licentiam hanc sibi datam vendere non requisito prius hærede, quia hoc bonæ fidei non conuenit. l. prohibere. §. clam. ff. quod vi aut clam. l. creditor. C. de distra. pigno. & à potestate alteri data, dolus intelligitur semper exclusus, l. creditor. §. Lucius. ff. mand. vt per Bar. in d. l. alio. col. v. & per 3 Alex. dicto consil. lxxij. Ideo cautus hæres ad impedendam potestaté exequutoris poterit protestari, & offerre se paratum vendere, & de pretio satisfacere: vt ibi per Bar. vel si certæ rei velit venditionem hæres impedire, remedium est quòd dicat, & indicet aliam rem esse, quam vendi magis expediat, arg. l. magis puto. §. ne pafsim. ff. de reb. eo. Et si vili pretio exequutor sit paratus aliquid vendere, potest hæres sibi consulere indicando alium esse, qui rem iusto pretio empturus sit, & protestãdo, quòd debeat facere licitationem, arg. l. si sine. §. j. ff. de mino. Ex his apparet, quòd hære de inuito & ad satisfaciendum parato, exequutor bona alienare non potest. Et ideo non est sequenda opin. Bal. conf. cccclxxx. Super eo. lib. iij. dum dixit ad alienationem faciendam ab exequutore non esse necessarium vocari hæredem. Et prædicta procedunt, nisi amplior potestas exequutori à

ri à testatore tributa sit: vt per Bart. in d. l. alio. col. fi. Potest etiam testator exequutori dare potestatem accipiendi bona hæreditatis propria auctoritate, l. Titia cum testaméto. §. Lucius. ff. de leg. ij. cum aliis allegatis per Soc. consil. xj. Circa præsentem. lib. j. Et ex dictis ibi per eum habes, q̄ exequutor constitutus à testatore ad distribuendum bona inter pauperes poterit eligere seipsum, si indigeat. ar. l. præses. C. de serui. & aqua. & Elsaia c. lviij. *Carnem tuam ne despexeris.* Sed si testator velit aliorum, & non exequutorum commodis cedere, quæ inter pauperes distribuenda relinquit, sit cautus vt prohibeat exequutores ne in propriam utilitatem quicquam vertant ex bonis inter pauperes distribuendis, vel id moderetur arbitrio suo. Nam seruandum erit quod ipse decreuerit. §. disponat. in authen. de nup. c. cum Martæ. de celeb. mis. vt per Soci. in d. consil. xj.

## CAUTE LA XI.

Quo remedio ille, qui ditatus est ex malè partis possit animæ suæ cautè consulere, & provide- re, ne per restitutionem male quæsitorem filij ad inopiam redigantur, & quo consilio vtendum sit, vt dictum morientis fidem in iudicio faciat.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum. Exequutor à testatore constitui potest ad restituendum ablata.*
- 2 *Doctoris auctoritas in iure canonico preferenda est auctoritati theologi in his, quæ pertinent ad moralem philosophiam. Ius canonicum principaliter tendit ad interpretationem*

*tionem iuris diuini in dubiis pertinentibus ad philosophiam moralem.*

3 *Pater in restitutionem male ablatorum quomodo possit consulere filiis, & animæ suæ.*

*Dolus omnis præteritus remitti potest, & super eo rectè transigitur.*

*Bona incerta qualiter interpretentur.*

4 *Nemo præsumitur immemor salutis æternæ.*

*Morientis dictum quantam pda m faciat in iudicio. ibidem.*

5 *Testis examinari potest etiam ille, qui sit in extremis uitæ constitutus.*

*Testari minus est, quàm testificari.*

1 **P**eccatum in ño dimittitur nisi restituatur ablatum. de reg. iur. lib. vj. Sit igitur cautus testator consulens animæ suæ, vt mædet turpiter quesita restitui, & ad id exequutorem constituat. Potest enim exequutor à testatore constitui ad restituendum ablata, & turpia lucra, vt per Anch. in c. ij. de testa. lib. vj. Barba. in c. tua nobis. col. vj. de testa. Et ¶ quia poterit suboriri controuersia inter exequutorem, & hæredem, & dubitari quid quantumve restituendum sit, expedit quòd testator mandet stari declarationi alicuius Docto. is iuris canonici super omnibus dubiis, quæ possent nasci circa huiusmodi restitutionem faciendam argumen. l. Theopompus. ff. de dot. præleg. Nā iudicio Doctoris magis quàm Theologi standum est in his, quæ perunt ad dubia conscientia, quoniam scientia iuris canonici principaliter tendit ad interpretandum ius diuinum, in dubiis casibus pertinentibus ad Philo-  
lofo

losofiam moralem: vt per glos. in princip. decret. cum aliis allegatis per Alex in consi. j. col. iij. lib. ij. & per Deci. consil. iij. Diligenter consideratis. Et ne in dilectione Doctoris dissensus sit inter exequutorem & hæredem (faciles enim sunt homines ad dissentiendum. l. item si vnus. §. si. ff. de arbi.) vtile est quòd testator ipse nomet vnum, vel plures Doctores, quibus standum sit, vel det potestatem cupiam alteri nominandi, & eligendi Doctores. Potest nanque testator facultatem huiusmodi alteri dare. l. cum quidam. cum ibi not. per Docto. ff. de lega. ij. cum alleg. supra de lega. caut. viij. inutile. Et ¶ si pater ex restitutione turpiter quæsitorem videat filios redigendos esse in paupertatem, vt simul cõsulat animæ suæ, & prouideat ne filij laborèt inopia, remedium est, quòd super huiusmodi lucris & malè ablati, quorum restitutio facienda sit certis personis, transigat, cum his quibus restitutio facienda est, vel cum maiore parte ipsorum de soluendo partem aliquã vsurarum facta remissione residui communi cõsensu eorum, l. & suum. §. si. ff. de pact. Nam potest super vsuris, & super omni dolo præterito transigi, & pacisci. l. si vnus. §. illud. ff. eod. ti. Bald. consil. clxxxv. Considerato pũcto. lib. ij. Si verò restitutio faciēda sit personis incertis, vel in longinquo loco cõmorantibus, compositionem & trãactionem faciat cum Episcopo, vel procuret quòd Episcopus inuitu pietatis partem eius quod erat restituendum, vel totum piè condonet filiis ipsius obligati ad restituendum. Et probantur prædicta per ea quæ scribunt Doct. in c. cum tu. de vsur. &



in capite, quàm sit. de Iudæis. & per Bal. in c. j. §. furtū. de pact. iur. fir. & Barb. in c. Rainutius. col. lxiij. de testa. & per Zab. in cle. j. q. viij. de vsur. Et ante compositionem expedit vti cautela tradita per Feder. de Sen. conf. cliij. In quæstione. ex cuius dictis colligitur posse fieri monitionē per publica edicta, vt si qui sunt, qui quicquam possint repetere, compareant intra certum terminum, aliàs restituenda habebūtur pro incertis, & lapso termino ab Episcopo vel eius Vicario pronūtiatur restituenda haberi pro incertis, & hæredem non teneri ad restituendum eis, qui sic moniti nō comparuerunt in termino. argu. l. si eo tempore. C. de distr. pig. cum aliis allegatis ibi per eum. faciunt not. per Docto. in c. fi. de elect. li. vj. Et † notandum est, quòd licet nemo præsumatur immemor salutis æternæ, l. si. C. ad l. Iul. pec. c. sancimus. j. q. vij. non tamen fides adhibetur morietium dicto in damnum alterius, veluti si testator in præcepto, quod facit hæredibus de restituendis ruper quæsitis, dicat se pecunia vel sordibus corruptum, sententiam tulisse, aut falsum testimonium perhibuisse, vel iniustum patrociniū præstitisse, aut proxenetam vsurarij contractus, aut simonia mediatorum se fuisse. l. si quis in graui. §. si quis moriens. & ibi Bart. ff. ad Silla. Bald. in auth. si datur. C. de testi. glo. & Ang. in l. mater. C. de cal. vbi tenet, quòd dictum morientis non faciat indicium, sed leuem tantum præsumptionem. & sequitur Alex. consil. xliij. Ponderatis. col. ij. lib. iij. & Soci. consil. liij. Visis testibus. col. pen. lib. iij. §. Sed vt † dictum morientis indicium faciat, re-  
medium

medium est, quòd parte citata, & autoritate iudicis examinatur. Nam potest examinari vt testis etiam ille, qui est in extremis vitæ, cum is possit facere testamentum. l. Pamphilo. §. propositum. ff. de lega. iij. l. si pater. §. quadam. ff. de fideic. lib. l. quoniam indignum. C. de testa. & non minus est testari, quàm testificari. l. cum de lege. ff. de testa. & hoc tenet Bal. in c. j. §. vasalli. de pac. cōsti. Ang. in l. cum antiquitas. §. cum autem. C. de testa. Nec oportebit examinandum respondere, nisi super interrogatoriis substantialibus, vt per Bal. in d. §. vasalli. sequitur Barb. in c. Rainutius. col. ij. & iij. de testa. Nec obstat, quòd sit socius criminis, nam in occultis, & quorum difficilis solet esse probatio, etiam testis aliàs non idoneus examinatus facit indicium, l. consensu. §. super plagis. C. de repu. Abb. in c. fi. de testi. cog. cum allegatis per Alexand. consil. lxiiij. Viso themate. lib. j. & consil. clij. Viso processu. lib. v. & Deci. consil. cccxliij. In causa partus.

## De variis testatorum præceptis.

TITVLVS VIII.

CAVTELA I.

Quibus remediis à necessitate cauendi vsufructuaria liberetur.

SVMMARIVM.

1 Vsufructuarius cogitur prestare cautionem de utendo arbitrio boni viri, & restituendis rebus in fine.

- 1* **V** usufructuarius non facit fructus suos, si petitam cautionem non praestiterit.
- 2* **C**autio praestanda per heredem uel usufructuarium an remitti possit a testatore.
- 3* **F**ideiussor cohaeres quod soluit pro usufructuario non repetit.
- 4* **V** usufructuarius habens licentiam uendendi pro suis alimentis non tenetur praestare cautionem.
- 5* **C**autio iuratoria utrum admittatur, si usufructuarius satisfacere non possit.
- S**equestrantur bona, si usufructuarius idonea cauere non possit.

*1* **C**ogitur t usufructuarius cautionem praestare de utendo & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendis rebus finito usufructu quales extabunt. l. j. ff. usufru. quem. caue. & de soluendo aestimationem earum rerum, quae usu consumuntur. l. si tibi ff. de usufru. ea. re. quae usu consu. ut per Fede. de Sen. consi. xlvj. Iure cautum est. Nec potest testator usufructuario satisfactionis necessitatem remittere. l. j. C. de usufructu. Soci. consil. ccx. Satis anceps. in fin. Iac. consil. xl. Triq. lib. j. & licet Bal. in auth. cui relictum. C. de indi. vid. tol. per illum tex. sentiat hodie correctam esse d. l. j. & idem putat Barb. consil. lxxiij. Clementissimi lib. ij. tamen communis opi. est in contrarium, ut per Socin. consil. cxxxj. In praesenti consultatione. lib. j. cum allegatis per Deco. consil. dcviij. Viso puncto. Ideo non faceret fructus suos usufructuarius quos per cepisset post cautionem petita, ut per Bald. consil. xxj. Super primo. li. ij. & late per Deci. d. col. dcviij.

Verum

**V**erum si testator vxore, vel aliam personam dilectam velit relinquere usufructuariam omnium bonorum, ut haec habeat fructus sine onere satisfaciendi, consilium est, t q eam scriba heredem usufructuariam, & post mortem rogetur sine detractio-  
*2* ne Trebellianicae bona restituere illi, quem heredem vniuersalem scribere intedebat, & prohibeat cautionem aliquam exigi ab ea. Nam testator potest prohibere cautionem, quam heres fideicommissario praestare compellitur, l. cum Archinedo-  
*3* ram. & ibi Doct. C. ut in poss. lega. Secundum remedium est, quando sunt plures haeredes, quod testator mandet haeredibus, ut quilibet eorum pro usufructuario fideiubeat apud suum coheredem. Nam ex hoc duplex commodum usufructuarii consequetur. Primum quod sine vlla difficultate fideiussorem habebit. Alterum q qui fideiussit ab haeredibus usufructuarij nihil poterit ex causa fideiussionis exigere. l. tribus. ff. de usufr. ea. re. quae usu consu. Et si testator velit usufructuariu non  
*4* teneri ad cauendum de restitutione rerum, quas pro eius usu distraxisset, remedium est, quod ei de licentiam vendendi pro alimentis, & aliis necessariis. Nam data huiusmodi licentia poterit usufructuarius vendere bona ex causa indigentiae arbitrio boni viri, l. Titius. ff. ad Treb. & non oportebit eum haeredibus rerum venditarum pretiu refundere, ut per Alex. conf. lvij. Habita super narratis. li. iij. & Cor. conf. clxxij. Circa primu. col. ij. ver. sed dubiu. lib. iij. & probatur in l. Proculus. ff. de usufr. inducdo, ut per Barb. d. col. lxxiij. col. fi.

**T**ertium remedium est, t si testator non prospe-

Y 3

ixerit usufructuario, & ipse usufructuarius satisfacere non possit, quod saltem det iuratoriā cautionem, auth. generaliter. C. de Epif. & cler. l. cum non facili. ff. si cui plusquam per leg. Fal. l. j. §. fin. autem. C. de asser. tol. quod procedit si persona usufructuarij non sit aliās suspecta. Nam si subsit timor dilapidationis, bona deponentur apud sequestrum qui respondeat usufructuario de modo fructuum. l. postquam. §. Imperator. ff. vt lega. no. caue. secundum Bar. in l. usufructu. C. de v. s. Abb. post anti. in c. si. de pigno. & consil. xl. Venio ad primum. col. iij. lib. j. ex quibus apparet non esse sequendam opi. Ias. in l. j. in fi. ff. qui satisfda. cog. vbi sequens Lud. Roma. contrarium simpliciter tenuit.

## CAVTELA II.

Quo remedio alienationis prohibitio egrediatur etiam decimum gradum, & bona perpetuo retineantur in familia testatoris.

## S V M M A R I V M.

- 1 Alienationis prohibitio facta, filius per testatorem non extenditur ad nepotes: facta vero familiae non egreditur quartum gradum.
- 2 Successio feudorum & regnorum est in infinitum.
- 3 Bona testatoris quomodo in familia remaneant perpetuo.
- 4 Heredes heredum non complectuntur in prohibitione facta heredibus nominatim de non alienando.
- 5 Legitima quando subiacet prohibitioni de non alienando.
- 6 Cause necessariae quae dicantur.

Prohi

**P**rohibitio alienationis a testatore filiis facta non extenditur ad nepotes. Facta autem familiae non egreditur quartum gradum. §. nos igitur. cum glo. in auth. de resti. fideicom. Bart. & Ias. in l. filiusfam. §. diui. q. x. ff. de lega. j. vbi dicit opin. hanc communem esse. cum allegatis, per Deci. consil. ccclxxvij. Visis col. ij. & ad reuocandum alienata non admittuntur agrati ultra decimum gradum. Nam illi tantum intelliguntur ex fideicommissio vocati, qui ad successionem admittuntur de iure civili, quod tantum successionem defert usque ad decimum gradum. §. fin. insti. de suc. cog. cum allegatis, per Deci. consil. cccx. j. In causa qua. col. j. praeterquam in successionem Regnorum, & feudorum, in quibus successio est in infinitum, c. j. de nat. suc. feud. cum allegatis, per Curt. in tracta. de feu. parte iij. ver. successiue. expedito. & per Deci. consil. lxxxv. Et diligenter. colum. ij. Sed vt bona testatoris perpetuo in familia, & per eos etiam qui nascentur post quartum & decimum gradum in agnatione seruentur, remedium est, quod testator in prohibitione alienationis vtatur his verbis, videlicet, bona sua alienari a suis posteris, & descendantibus in perpetuum prohibuit, quia voluit eadem bona semper in familia, & posteritate masculina ipsius testatoris permanere. Sic in infinitum prohibitio vires obtinebit, vt per Socin. consil. xliij. Visis. col. ij. lib. iij. & Deci. consil. dcxxxv. Viso copioso. facit l. Iurisconsultus. §. parentes. ff. de grad. vbi per posteros omnes descendentes in infinitum significantur, eadem quoque

significatio descendentiū est. §. j. in auth. de her. ab intest. Et comprobatur remedium hoc ex dictis, & allegatis per Ias. in repe. d. §. diui. col. xxiiij. & Barba. consi. xxvij. Scripsit. col. xiiij. lib. j. & consil. xiiij. Deum. lib. iij. Iaco. de Belui. in d. §. nos igitur. Alex. consi. lvj. Consideratis verbis testamenti. lib. ij. & consil. lix. Attentis verbis testamenti. lib. iij. Curt. consi. xlij. Prima fronte. col. ij. & consil. lxxiiij. Super memorata. col. iij. cum seq. Ias. consil. iij. Nicolaus. lib. j. & Deci. consi. ccclxiiij. Visis his. Et expedit adiicere etiam vltra decimum gradum, & in infinitum, per ea quæ scribit Deci. d. consi. cccxxj. Vbi sentit fideicommissum familiæ relictum non egredi decimum gradum, per verba  
 3 vt supra concepta. Item † norandum est, quòd si prohibitio alienandi fiat hæredibus nominatim, id est, expressis propriis nominibus. vt per dictionem relatiuam ad scriptos hæredes, vt dicti hæredes, vel ipsi hæredes alienare non possint, hæredes hæredum alienare poterunt. arg. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupil. l. si seruus communis. ff. de stipu. ser. vt per Bald. consil. ccciiij. Nobilis vir. lib. v. Sed vt prohibitio tunc quoque extendatur ad hæredes hæredis, remedium est, quòd prohibitioni adiiciatur causa, videlicet, quia ipse testator vult bona sua semper in suo nomine suæque agnatione retineri. Nam causa adiecta facit recedi à propria significatione verborum & dispositionem extendit. l. si seruus legatus. §. qui quinque. ff. de leg. j. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. Bartol. in l. pater. §. fundum. ff. de lega. iij. cum allegatis per Iaso. in repe

in repet. d. §. diui. col. xxiiij. Optimum † quoque 4 erit post prohibitionē alienationis agnatos substituere hac clausula adiecta, ita vt bona semper, & continuè in familia remaneant, & nunquam proprietas, vel possessio ex nomine & genere ipsius testatoris in alium transferatur, & alienari bona nõ possint directo vel vtiliter, & bona perpetuo in familia retineantur integra sine aliqua detractioe Trebellianicæ vel legitimæ, dum tamè respectu legitimæ prohibitio limitetur ad certum tempus. Nam tanta est vis prædictorum verborum, vt bona nullo casu possint exire de nomine familiae, sed perpetuo in familia remaneant, ita vt nec momento ad alium transferri possint, cessetque omnis detractio Trebellianicæ atque legitimæ: nec enim onerosa iudicatur prohibitio alienationis ad tempus facta respectu legitimæ, & ideo non reicitur, l. filiis mater. C. de inof. testa. Bar. in l. cum ex filio. ff. de vulg. & pup. Ias. in l. filiusfa. §. diui. col. iij. ff. de leg. j. & opi. hæc communiter approbatur, vt patet ex dictis & allegatis per Deci. consil. cccclxlij. In causa Barth. Veronen. consi. lxxx. Ego consultor. Alex. consi. xxiiij. Opportunè consideratis. lib. j. & per Bellame. cõf. xxviiij. Quidam, quòd si simpliciter prohibeatur alienatio statim bona possent alienari vsque ad integram legitimam, & nihil operaretur quantum ad legitimam simplex prohibitio alienationis. l. quoniam in prioribus. C. de inof. testa. vt per Ias. consi. clxj. Reuocatur. ij. parte. Et † si testator nolit ita constringere potestatem hæredum, poterit reseruare facultatem alienandi ex necessariis cau-

fis. Sic enim tam ex causa necessitatis fatalis quam naturalis aut legalis poterit alienatio fieri, quod declarat vt per Bald. consil. xx. Quid importent. lib. ij. Et potest testator alienandi facultatem dare etiam vbi à iure alienatio prohibetur. l. j. §. j. ff. de reb. eod. vt per Soc. consil. liij. In præsentia. col. vlt. lib. j.

## CAVTELA III.

Quo remedio possit testator facere, ne facti vel iuris alicui ab hærede molestia inferatur.

## S V M M A R I V M.

1. *Hæres prohibitus inferre molestiam intelligitur de molestia facti, non autem iuris.*
2. *Testator uolens matrem, uxorem uel alium non molestari per hæredem, quomodo prouidebit.*
3. *Molestiam inferri iuris uel facti quid releuat.*

**H**æres prohibitus legatario vel fideicommissario molestiam inferre, de iure poterit molestiam facere, quia prohibitio intelligitur de molestia facti non iuris. Ideo poterit contra legatarios deducere Falcidiam, & contra fideicommissarium Trebellianicam detrahete, & alia facere, quæ iure permittuntur. arg. not. per gl. in l. si seruum. vers. prætor. ff. de acqui. hæred. & in c. pro illorum. in ver. contradictores. de præben. Bal. in l. j. C. de vsufu. & in l. j. col. ij. vers. Item quaro si testator. C. de his quæ pœn. nom. c. audita. de resti. spolia. Cuma. consil. ij. Quod dominus Ambrosius arg. l. Gracchus. C. de adul. cum aliis allegatis per Fel. in c. in præsentia. col. j. de proba. & per Barba. consil. xiiij. Clementissimum. col. xiiij. lib. iij. & consil. lvj. Stat. hæsitatio. col. vj. lib. j. Sed

Sed si testator velit vxorē, aut matrē, aut alium, in re legata nullam penitus iuris vel facti controuersiam pati, remedium est, quod ita prohibitionis verba concipiat. Legauit cū prohibitionē, quod hæredes nullo modo possint legatarium vexare, vel turbare, aut ei quoquo modo molesti esse. Quod si legatarium ab hæredibus, aut eorum aliquo turbari, seu affici aliqua molestia contigerit, tunc & eo casu voluit & præcepit hæredem, turbantem & molestiam inferentem, dare centum nomine pœnæ ei qui turbabitur, & vires habet præceptum & pœna. Bar. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Treb. l. j. C. de his quæ pœn. no mi. vbi docto. & Abba. consil. iij. Videtur. lib. j. Alex. consil. lxxxij. Viso testamento. lib. ij. cum congettis per Deci. cōf. dxxij. domina Catherina. Et confirmatur prædictum remedium ex allegatis per Io. de Sel. in tracta. de beneficio. par. iij. q. xij. Sed remedium erit melius & non obscurū, quod testator prohibeat molestiam legatario inferri, de facto vel de iure. Nam per hæc verba impeditur hæres omnem molestiam inferre, tam facti, quam iuris, tam iudicio, quam extra. vt patet ex allegatis per Alex. consil. cxcv. Perspectis instrumentis. col. fi. lib. vj.

## CAVTELA IIII.

Quo remedio non fiat, vel fiat collatio bonorum inter filios testatoris.

## S V M M A R I V M.

1. *Filia dotem fratribus conferre tenetur si ad successionem paternam admitti uelit.*
- Collationem bonorum potest prohibere testator, & mand*

*mandare fieri eam ubi de iure faciendā non est.  
& nu. seq.*

- 1 **F**ilia & dotem, & filij emancipati bona ab ipsa quaesita, fratribus conferre tenentur, si ad lucrationem parentum admitti velint, l. j. ff. de col. dor. l. j. ff. de colla. bon. Sed si testator velit necessitatem collationis tollere, remedium est, quod
- 2 ipse & testator collatione fieri expressè prohibeat, authen. ex testamento. vbi Alexand. & alij Doct. C. de colla. & per Ludo. Roma. consi. cclij. Videamus. & Soci. consil. cxxvij. Quoniam in praesenti co. pe. lib. iij. vbi sentit codicillis & testamento etiam inualido posse fieri à parentibus talē prohibitionem, & seruandam esse. arg. l. qui à patre. cum ibi not. per Bald. ff. de conf. tuto. & l. fi. ff. de reb. eo. Et si testator velit inter cohæredes fieri collationem vbi de iure conferre tenetur, remediū est, quod conferri bona mandat. Potest enim hoc facere testator, & cogentur succedere volentes habere ratam voluntatem defuncti. l. j. vbi Bal. & alij Doct. C. de colla.
- 3

#### CAVTELA V.

Quibus remediis consulatur minoribus ne bona effundant, & patrimonium aetatis facilitate disperdant.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Authentica, sacramenta puberum. C. si aduer. ued. est potius minoribus damnosa, quam proficua.*
- 2 *Minoribus parètes quomodo possint consulere ne bona sua dilapidentur, supra de tut. & exe. cau. 4. n. 3.*
- 3 *Alienationis uerbum quid comprehendat. Diuisio comprehenditur appellatione alienationis.*

4 Obliga

#### De varijs testatorum præceptis. 349

- 4 *Obligare bona potest etiam prohibitus alienare. Iuramentum non releuat alienantem prohibitum per testatorem alienare.*
- 5 *Pecunia est de his, quæ seruando seruari non potest, & quandoque computantur inter immobilia.*
- 6 *Litibus & sumptibus interest nostra non uexari.*
- 7 *Mors est solatium sordentibus egestate. Mori melius est, quam indigere.*

**M**inoribus & veteri iure consultum erat, ne prædia passim, & sine causa necessaria venderent, aliterve alienarent, l. j. & l. magis puro. §. ne passim. ff. de reb. eorum. & naturalem æquitatem sequuti veteres iuris prudentes, tutelam minorem susceperunt, videntes, quàm fragile sit, & infirmum huius ætatis consilium, & quot captio nibus suppositum, quantisque insidiis expositum, & meritò ætatem hanc, auxilio & opitulatione dignam esse putauerunt, l. j. ff. de mino. Sed hodie. per auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. iurando minores obligantur sine vlla spe restitutionis in integrum, alienandòque prædia ætatis facilitate iurantes ad inopiam rediguntur, & plerumque tristem exitum sentiunt collapsis facultatibus. l. fi. §. filiis autem. C. de bo. qua lib. Sed si pater velit consulere filiis minoribus, sit cautus, vt bona immobilia quouis modo alienari prohibeat, donec filij peruenerint ad vigesimumquintū annū, causa adiecta, quia voluit dicta bona ad eorum liberos peruenire, vel in familia remanere, liberisque consulere, dicatque, & si contingat illos, vel eorum aliquem contra facere, vel ad actum aliquem præparatoriū alienationis cuius

cuiuscunque seu obligationis venire, voluit eum qui contrauerit illico priuari omni iure, quod in bonis illis haberet, & bona illa transferri ad liberos natos, & qui ab ipso nascentur, vel ad cohæredes & eorum liberos, si ille filios non haberit, quod potest facere testator, l. j. ff. de his quæ pœn. nom. l. translatio. ff. de adimen. legat. Et sic bona contra voluntatem testatoris distracta, cohæredes vel filij eius qui contrauerit vindicare poterunt, secundum Pet. de Anch. consil. lxxviii. Subtile. Et confirmatur prædictum remedium ex his quæ tradunt Bart. Alex. & alij Doc. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. j. & expedit, quod verba concipiantur generaliter, & prohibeatur omnis species alienationis. Nam verbum alienationis aptum est comprehendere etiam concessionem vsusfructus, l. fina. C. de re. alie. non alien. vt per Ias. consil. lxxxix. Aggredior. lib. j. quem etiam vide in consil. cxxiiij. Viso testamento. vbi videtur sibi cõtrarius. Item prohibitio alienationis comprehendit dationem in emphytheosim, vt pater ex allegatis per Curt. consil. lxiiij. Antiquissima. Item diuisionem, ideo non poterunt filij se inuicem prouocare ad diuisionem, vt pater ex congestis per Barba. consilio. xiiij. Clementissimi optimi. libro quarto. & consilio lxxvij. Sapienter optimus. colum. viij. inter consilia Curtij. Item non poterunt extraneis in testamento relinquere. vt per Deci. consil. dcxxxvij. Vifa. & consil. dclx. Reuocatur. De quo tamen vide quid sentiat Barb. consil. xxiiij. Clementissimum. lib. iij. Præscriptionem quoque requirentem titulum,

lum, prohibitio alienationis impedit, quoniam hæc titulum inficit, quando non est nudum præceptum. l. pater. §. Iulius Agrippa. cum ibi no. ff. de leg. iij. vt per Ias. in d. §. diui. colum. vltim. Illud autem verbum obligationis ideo videtur addendum, quia prohibitus alienare non videtur prohibitus obligare bona, vt per Deci. consil. dcxlv. Præsupposita quamuis in hoc aliter sentire videatur Barba. consil. xxxvj. lib. ij. Et per remedium prædictum bene consulitur liberis testatoris. Nam si prædia venderet minor etiam cum iuramento in præiudicium filiorum suorum, nihil operabitur iuramentum, quominus obstat impedimentum alienandi nascens ex prohibitione testatoris, & legis, quæ prohibet subiecta fideicommissio alienari, l. fin. §. si. C. commu. de legat. Iuramentum enim minoris solum tollit impedimentum oriens ob minorem aetatem, vt per Abba. consil. xxxj. In causa. li. ij. & Deci. consil. cccciij. Quamuis. Et si testator habeat pecuniam quæ est de rebus quæ seruando seruari non possunt, §. constituitur. Institui. de vsufr. glos. in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. & cõsequenter potest à tutore expendi, l. lex quæ tutores. C. de adm. tu. Ne incuria vel perfidia tutoris, vel curatoris pecunia disperdarur, remedium est, quod testator pecuniam deponi iubeat apud aliquem idoneum, ad emptionem prædiorum, tunc pecunia inter immobilia computabitur, & sine prætoris erogari non poterit, l. quid ergo. §. quid ergo. ff. de contr. & vtil. actio. tu. Item remedium est, quod testator apud mercatorem deponi pecuniam iubeat, vel ipse dep

deponat ad honestam partem lucri, c. per vestras, de dona. inter vir. & vxor. tunc pecunia non poterit in alios vsus conuerti, quia ex pecunia reditus annuus percipiendus est, & annuus reditus inter immobilia computatur, cle. exiui. §. cumque annui. de verb. sig. l. iij. §. si ff. de reb. eo. remedia hæc comprobantur ex his, quæ scribit Lu. Rom. conf. clxxxviii. In hac. in fi. Est & aliud remedium ad conseruanda bona minoribus: nam potest pater hæredem facere aliquem idoneum cum opere alendi liberos ipsius testatoris, rogando eum ut restituat hereditatem filiis ipsius testatoris cum ad legitimam ætatem peruenerint, sine detractioe Trebellianicæ, l. in fideicommissi. §. cum Pollidius. ff. de vsur. notant glo. & Doct. in l. in fideicommissaria. §. si. ff. ad Treb. Magis tamen placeat superiora remedia, quia nusquam tuta fides, & per hoc posset dari occasio litium, & interest nostra, sumptibus, & litibus non vexari, l. minoribus. ff. de min. Si quis tamẽ hoc remedio uti maluerit, consilium est, ut instituat uxorem suam, & matrem filiorum suorum modo prædicto: & ea conditione, ut illa se & communes liberos interim alat ex fructibus hereditatis. Et nihilominus testator det potestatem filiis apprehendendi bona propria auctoritate, cum venerit tempus restitutionis fideicommissi, ne pro restitutione obtinenda iudicem adire cogantur, iuxta not. per Doct. in l. non est dubium. C. de leg. & in l. sancimus. §. fin. C. ad Treb. & in l. si. C. de edict. diui Adriatoll. Et hoc seruato, plura commoda subsequuntur. Nam filij parebunt matri, & domine bonorum,

rum, l. veluti. ff. de iusti. & iur. & mulier ipsa de secundis nuptiis non cogitabit allecta comodi dulcedine, l. ait prætor. §. si quid in fraudem ff. quæ in fraud. credito. Et consuletur facilitati minorum, ne iuuenili imprudentia, inconsultoq; calore animi, alienent bona, sine quibus vita misera est, l. bonorum. ff. de verb. sign. & (ut scriptum est) melius est mori, quam indigere, Ecclesiast. 40. *Nā egestate sordentibus mors est solatium, & uita supplicium.* l. quisquis. §. si. C. ad leg. Iul. maieft.

## CAUTE LA VI.

Quibus remedijs alienandi prohibitio efficacius robur assumat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Testatoris præceptum nudum non releuat, nudum quando dicatur.
- 2 Alienatione prohibita non intelligitur prohibita successio hæredis extranei. & nu. 3.
- 3 Causa expressa non habet vim dispositionis.
- 4 Præteritum perfectum subiunctiui modi significat rem perfectam.
- 5 Alienari prohibita extra familiam alienari possunt illis de familie requisitis, & emere nolentibus.
- 6 Fructus suos uendere potest simpliciter prohibitus alienare bona.
- 7 Alienare prohibitus potest alienare pro uita redimendis.  
Necessaria causa facit licitam alienationem, quæ aliis non liceret.
- 8 Venditio, & non res est in legato, quando testator iussit rem uendi.
- 9 Præceptum expirat prima eius seruatione.



**N**Vdum † præceptum testatoris de non alie-  
nando nullius est momenti, & dicitur nudū  
quando non est factum adiecta causa, vel factum  
non contemplatione certarum personarum, l. fi-  
liusfamilias. §. diui. ff. de leg. j. & ibi per Doc. &  
per Cuma. consi. cxc. Filiusfamilias. Sit ergo cau-  
tus testator alienationem prohibens, vt causam  
prohibitionis adiuciat, vel personas exprimat,  
quarum gratia alienationem vetet. Sic enim in-  
ducitur fideicommissum, l. pater. §. fundum ff. de  
leg. iij. vbi Bart. cum aliis relatis per Soci. consil.  
lvij. In causa filiorum. col. j. lib. iij. & Deci. consil.  
ccxvij. In casu. & cons. cclxxxvij. In ciuitate cons.  
ccclvij. In casu magnifici & consil. xxxvij. Circa  
primum dubium. Illud etiam notandum est, † quod  
prohibitus alienare extra familiam potest habe-  
re hæredē ex testamento, vel ab intestato eum qui  
non sit de familia, vt proximiorē cognatum, l.  
cum pater, §. cum inter. & ibi Bar. ff. de lega. ij. gl.  
in l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de legat. iij. & est  
communis opi. vt per Ias. in d. §. diui. col. xv. Ale.  
consil. lyj. Consideratis. col. fin. lib. j. & cons. xxij.  
Consideratis. col. fi. lib. ij. & consil. lit. Attentis.  
lib. iij. & Deci. consil. cclxxxvij. In ciuitate. col. vj.  
& consil. cclxxvij. Visis. Nec per causam præcepti,  
videlicet, per illa verba, quia voluit in familia re-  
manere, locum habet hoc casu fideicommissum,  
secundum communem opin. vt per Deci. consil.  
ccccxxij. Diligenter visis. col. ij. Sed † vt hæres ex-  
traneus non possit in bonis prohibitis alienari  
succedere, remedium est, quod testator nō solum  
prohibitionē alienationis faciat, & causam adij-  
ciat,

De variis testatorum præceptis. 355  
ciat, sed etiam disponendo principaliter dicat. Et  
voluit dicta bona perperuo remanere apud suos  
descendentes masculos & agnatos. Tūc illi de fa-  
milia absque dubio in bonis alienari prohibitis  
cuicunque extraneo hæredi morientis præferen-  
tur: vt pater ex dictis per Bald. consil. lxxxij. An  
prohibita. lib. ij. & ex alleg. per Deci. consil. xxij.  
Diligenter perscrutatis. col. ij. & faciunt scripta  
per Deci. consil. clxxxj. In casu. & consil. dcxxxv.  
Viso. Curt. consil. lxij. Antiquissima. col. xvj. &  
Ias. consil. iij. Nicolaus. libr. j. Sit † etiam cautus  
testator, vt non vtatur verbo subiunctiui modi,  
quia si diceret quicquid prædiorum hæres aliena-  
uerit, ad eos qui reperientur in familia deuolu-  
tur. Agnati res alienatas vendicare non possent,  
quia sermo hic perfectam alienationem, & trans-  
latum dominium significat, l. Stichus. ff. de manu.  
resta. & ibi Bart. facit, l. si quis stipulatus sit. ff. de  
de verbor. obliga. per Bartol. & Ias. in d. §. diui. &  
Corn. consil. cclxxvj. Quoniam post. libr. j. vel  
præmittatur pura prohibitio, cuius vigore alie-  
natio impediatur: vt per Iaso. in d. §. diui. post  
alios. Sit quoque † cautus testator in alienatio-  
nis prohibitione, quando extra familiam aliena-  
re prohibet, ne simpliciter extra familiam res  
vendi prohibeat, quia sic his qui sunt de familia  
requisitis, & emere non volentibus, aut nolenti-  
bus in quemlibet alienare liceret, l. qui Roma. §.  
coheredes. & ibi hoc tenent Doctores. ff. de verb.  
obligatio. Sed disponat testator ad quos res de-  
beat peruenire per substitutionē fideicommissa-  
riam, si contra ipsius præceptum hæres alienare

tentauerit. Nā fideicommissio iniuncto res inalienabilis erit, & requisitio non faciet, quod res alienari possit, & subiecta restitutioni si qua hæres venderit à possessore vendicari poterunt, l. fi. §. fi. C. commu. de leg. secundum Bar. & Alex. in d. §. coheredes. & Iaf. in rep. d. §. diui. & Lud. Rom. confil. cccclij. Circa præpositam. & Socin. confil. ccxxvij. Præfens consultatio. & conf. ccl. In causa Bononiensi Potest tamen † vt supra alienare prohibitus, vèdere vel donare commodum quod ipse in vita sua ex rebus percepturus esset. arg. l. necessario. §. fi. ff. de peri. & commo. rei ven. Sed ne ita possint per indirectum bona quodammodo alienari, remedium est, quod testator prohibeat etiam rerum commoda & fructus alienari, faciendo substitutionem fideicommissariam etiam hoc casu si eius voluntas seruata non fuerit. Potest enim testator sic prouidere, vt filij omnimodo penes se retineant bona, l. fi. C. de reb. alie. nō alie. Abb. conf. xcj. in fi. lib. ij. Et notandum est, † quod dicta remedia non operantur, vt hæres vel legatarius seu fideicommissarius prohibitus alienare non possit vendere pro vita redimenda, vel pro liberatione hæredis prohibiti alienari: vt per doct. in auth. res quæ. C. commun. de lega. & per Lauren. Cal. confil. xx. Retento themate. col. iij. licet aliud iuris sit, si hæres venderet ex causa necessitatis, quæ sua culpa prouenisset: vt per Alex. conf. lix. Viso themate. col. vlt. lib. v. Illud † etiam notandum est, quod si testator prohibeat bona extra familiam vendi, & disponat quod volens vendere teneatur vèdere cohæredibus, vel his qui

de fa

de familia sunt, si alij prædium vendatur cohæredes vel agnati fundum venditum vendicare non poterunt, quia in relicto est sola venditio, vt per glof. in l. in æstimationibus. in vers. hæreditate. ff. de pet. hære. Et quamuis Bart. sit in contraria opinio in l. vxorem. §. agti plagam ff. de leg. iij. tamē opinio gl. verior est vt dicit Alex. in l. si fideiussor. §. fi. ff. de leg. j. Sed vt cohæredibus vel agnatis rei vendicatio competat, remedium est, quod testator prædia ab hæredum aliquo vendenda, leget cohæredibus, vel agnatis, æstimatione soluta. Nam tunc pretio soluto vel oblato, agnati seu cohæredes rei vendicationem habebunt, quia in legato est ipsa res, vt per Bal. conf. xxxj. Quidam Petrus. lib. v. † Et sit cautus testator, vt mandet seruari suum præceptum quoties prædia alienari contingat, ne præceptum expiret prima venditione, secundum voluntatem eius factum, vt per Bald. confil. lxxxv. Præmissis. eo. lib.

## CAVTELA VII.

Quo remedio præceptum de compromittendo non expiret per primum compromissum.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Compromissum fieri inter cohæredes ad sedandas discordias potest præcipere testator.*
- 2 *Compromissum non extenditur in compromittentis hæredes.*

**S**I hæredum discordias finiri compromisso testator velit, animaduertere debet ne simpliciter iubeat de omnibus controuersis, quæ nasci possent inter suos hæredes compromissum fieri in aliquos ex consanguineis, vel amicis, quia sic

semel facto compromisso, si compromissum non haberet effectum, non posset iterum ex testamento peti compromissum, arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. obl. c. non potest. cum not. ibi per gl. in ver. primis de præb. lib. vj. Bal. in l. fideicommissa. §. si quis decem. per illum tex. ff. de leg. iij. Sed  
 2 † vt compromissum possit iterum peti, remedium est, quod addatur clausula hæc toties quoties fuerit compromissum petitum, vt colligitur ex not. per Bald. & alios Doct. in l. veluti. §. hæc vox. ff. de æden. Alex. & alij scribentes in l. qui per salutem. ff. de iureiur. Soci. consil. ccxxj. Visa & Deci. consil. xlix. Pro tenui facultate. & quia compromissum non extenditur in compromittentis hæredes, l. diem proferre. §. j. ff. de arb. c. fi. de arb. Sit cautus testator vt iubeat etiam ab hæredibus hæredum fieri compromissum. faciunt not. per Pau. de Cast. consil. xxvij. Circa primum. & consil. xxix. Super primo.

## CAVTELA VIII.

Quo remedio testator possit facere ne hæredes diuidant.

## S V M M A R I V M.

- 1 Diuisio non potest à testatore prohiberi, nec ualet eius præceptum quòd semper hæredes in communi maneant.
- 2 Iuramentum confirmat pactum de non diuidendo in perpetuum: non tamen impedit fieri diuisionem de communi consensu.
- 3 Diuisio bonorum potest à testatore ad certum tempus prohiberi.
- 4 Societas ad uitam, non improbat à iure.

Distio

## De variis testatorum præceptis.

Distio, omnino, habet naturam præcisam.

5 Contrahentes possunt communi consensu recedere à pacto, etiam firmato mediante iuramento.

Diuisio fieri potest de communi consensu per coheredes, etiã à testatore prohibitos ætate maiores.

6 Pœna potest adici à testatore.

Diuisio † non potest à testatore prohiberi, l. in hoc iudicio. §. si cõueniat. ff. commu. diuid. Quare non ualet præceptum testatoris quòd hæredes nunquam diuidant, & semper in communi maneant: vt patet ex allegatis per Alex. consil. iij. Circa primum. lib. iij. Sed vt prohibitio diuidendi efficax sit remedium est † quòd testator faciat hæredes tali præcepto consentire cum iuramento, c. cum contingat. de iureiur. Tunc enim obstante exceptione periurij, alius alium ad diuisionem prouocare non poterit. per not. per Docto. in l. si quis maior. C. de transf. & Ias. in l. si non fortem. §. si centum. ff. de condit. indebi. & Deci. consil. cclxv. in instrumento. col. j. Secundum remedium est, quòd prohibitio † diuisionis sit temporalis. vt puta ad xx. annos l. iij. vbi Bal. & Ang. ff. de cond. insti. & Bar. in l. Quintus. ff. de annu. leg. Bald. consil. lxxij. Factum super quo. lib. ij. Ludo. Roma. consil. xij. Idem videtur Alex. consil. xvij. Visi capitulis. lib. ij. & d. consil. iij. & Deci. consil. cccxlix. Consuluit. Posset † quoque testator præcipere de iure, ne sui hæredes etiam quãdiu viuãt hereditatem diuidant, nam societas ad uitam non improbat à iure, l. j. ff. pro soc. & quod dicitur in d. §. si conueniat. non valere pactum ne omnino diuisio fiat, debet intelligi de pacto de non diui-

dendo in aeternum, l. nulla. ff. pro socio. Illa enim dictio omnino, habet naturam præcisam. c. & si Christus. vbi Abb. de iureiur. l. j. §. si pecuniã cum glo. ff. depo. cum alleg. per Barba. consil. lxxiiij. Videtur mihi. col. iij. li. j. & cons. xlv. Maridato. col. iij. lib. ij. & Ias. cons. xxiiij. Octo. in fi. li. iij. Et quòd præceptum de non diuidendo ad vitam hæredum sit honestum & seruandum, comprobatur ex dictis per Florian. in d. §. si conueniat & ex aliis relatis per Deci. d. consil. cclxv. vbi tenet hoc præceptum valere. & idem sequitur cons. ccccxlij. In causa col. iij. Sed notandum est, † quòd dicta remedia faciunt vt hæres ad diuisionem prouocare non possit, non autem impediunt diuisionem si cohæredes omnes velint spontè diuidere, quia possunt communi consensu recedere ab eo, quod ad commodum ipsorum dispositum est, l. j. vbi Doct. C. de pact. & opin. hanc etiam Oldra. consil. ccxlij. Factum tale est, facit, l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. ij. l. quoties. C. de fideic. Bald. consil. lxxij. Factum super quo. lib. ij. Et à pacto etiam iuramento firmato possunt ex cõsensu recedere contrahentes, c. præterea. cum ibi traditis per Feli. de sponsa. & Deci. d. consil. ccccxlij. col. iij. Et hoc procedit tantùm quando filij, quibus factum est præceptum de non diuidendo essent maiores. Nam minores etiam communi consensu ab huiusmodi præcepto recedere nequeunt, vt per Bar. in l. filiusfa. §. diui. col. j. ff. de lega. j. Bald. consil. cxliij. Multa sunt lib. iij. & Deci. consil. ccccxij. Quamuis. in fi. & d. consil. ccccxlij. col. iij. Sed vt præceptum testatoris de non diuidendo consensu cohæ-

su cohæredum impunè dissolui non possit, remedium est, † quòd testator causam & pœnam alii diuisionis adiiciat. d. l. filiusfa. §. diui. l. j. C. de his quæ pœnæ nomin. remedium hoc comprobatur per Alex. in d. §. si centum. & per Deci. in d. consil. cclxv. & Ias. consil. cxij. Viso longo. colum. iij. parte ij.

## CAVTELA IX.

Quo remedio hæres indistinctè impediatur alienare bona fideicommissio subiecta.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Hæres non habens notitiam fideicommissi potest alienare rem subiectam restitutioni.*  
*Alienatio facta per hæredem ignorantem fideicommissum ualet. ibid.*
- 2 *Prohibitio duplex efficacius operatur.*
- 3 *Legitima consideratur non secundùm præsentem estimationem, sed iuxta eam quæ erat tempore mortis testatoris.*

**V**ires † habet alienatio facta per hæredem de re subiecta restitutioni ex fideicommissio, si hæres fideicommissi notitiam non habebat, l. fin. §. si. ff. de leg. j. ita cõmuniter illum tex. Doct. intelligunt: vt per Pau. de Cast. in l. fin. §. si. C. commu. de lega. & consil. x. Clarum est. Alex. consil. iij. Viso processu lib. iij. & Corn. consil. ccxxxviiij. Videtur. lib. iij. Sed si † testator velit hæredem etiam ignarum fideicommissi rem alienare non posse, remedium est, quòd alienationem cum causa expressè prohibeat, quia expressa testatoris prohibitio impedit dominium rei in alium transferri,

l. filiusfami. §. diui. cum ibi traditis per Doct. ff. de leg. j. Et remedium hoc comprobatur ex dictis per Bald. in c. j. §. donare. qual. ol. feud. alien. pote. & per Alex. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. & concurrentibus prohibitione legis & prohibitionem testatoris etiã in casibus à iure permisis alienatio non procedet. §. Sanctissimas. in auth. de alien. & emphy. cum alleg. per Ias. in d. §. diui. & per Pau. de Cast. conf. xij. Videtur. & Alex. conf. xxiiij. consideratis. lib. ij. quod tamen nõ habet locum quantum ad legitimam ¶ Nam iuxta quantitatem legitimæ poterit filius alienare, & in re alienata (si nihil dolo fecerit) assignanda est legitima. d. §. res quæ. cù ibi not. per Bar. & alios Doct. & per Dec. conf. ccx. xvj. Non parua. Et licet pretium creuerit habetur ratio duntaxat pretij, quo filius vendidit. vt per Ias. conf. clxj. Reuocatur. par. ij. faciunt scripta per consil. lxxxiiij. Super quotidiano.

## De Sepulturis. TIT. IX.

## CAVTELA I.

Quo remedio ius sepulchrorum legari possit.

## S V M M A R I V M.

- 1 Sepulchra non sunt in hominum commercio.
- 2 Locus sit religiosus per illationem cadaueris.



EPULCHRA ¶ religiosa sunt, quare in commercio non habentur. l. locum. C. de relig. & sumpt. fun. & consequenter legari non possunt, l. apud Iulianum. §. fin. ff. de lega. j. Sed si testator velit quòd mortui alicuius extera familiae in sepulchrum

chrum suum inferri possint, remedium est quòd non leget sepulchrum, sed relinquat familiae illius inferendi mortuos, l. monumenta. & ibi Alex. & alij Docto. C. de lega. faciunt nota. per gloss. & Docto. in l. si monumento. C. quæ res pign. ob. pos. Notandum tamen est, quòd si locus esset purus, & nondum factus religiosus per illationem cadaueris, possit legari etiam ipsum monumentum. argum. d. l. si monumento. vt per Firmia. in tract. de epi. li. iij. par. iij. q. xiiij. & per Cas. Lamb. in tract. de iur. patro. lib. i. par. ij. q. vj.

## CAVTELA II.

Quo remedio deportati possint intra territorium patriæ sepeliri.

## S V M M A R I V M.

- 1 Sepeliri non possunt deportati in loco, à quo deportati sunt.
- 2 Ossa hominis mortui non sunt homo mortuus.

DEPORTATI ¶ seu relegati, sepeliri non possunt intra fines territorij ciuitatis, à qua exules per sententiam facti sunt, quia poena etiam post mortem manet. l. ij. ff. de cad. pun. & ibi Bartol. Abb. & Feli. in c. nobis. ij. de sen. excom. Sed ¶ vt possint saltem mortui reduci in patriam, ibique sepulchrum habere, remedium est, quòd non sibi sed ossibus suis sepulturam eligant in loco patriæ. Ossa nanque mortui nõ sunt homo mortuus, l. ij. §. prætor. l. ossa. & l. liberum. ff. de relig. & in hac opi. est Ioann. de Ana. in c. ij. de furt. quæ quidem opinio magis est benigna, quàm vera. quoniam ossium & cinerum, idem iudicium quod de corpore hominis habendum est. l. j.

l. j. in fin. ff. de cap. dimi. Possēt etiam à principe id impetrari, quod negari non debet, vt scribit C. Augustus lib. x. de vita sua. l. j. ff. de ca. dimi. & per Zabara. in cle. j. in fi. de pœni. & rem.

## CAVTELA III.

Quo remedio mulier possit alibi quàm in sepulchro viri sepeliri.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Vxor est sepelienda in sepulchro viri.*
- 2 *Maritus ubi debet sepelire uxorem suam.*

1 **M**ulier in sepulchro viri sepelienda est, c. is qui. §. mulier. de sep. lib. vj. Sed si mulier velit alibi sepeliri, remedium est, quod sibi (vbi libuerit) eligat sepulturam, c. de vxore. cū ibi traditis per Doct. de sepul. Et si mulier nō electa sepultura decesserit, non potest maritus alibi eā sepelire quàm in sepulchro maiorum suorum. d. §. mulier. Sed si vir velit mutare sepulchrum vxori, remedium est, quod ipse statim mortua vxore sibi eligat sepulturā in loco vbi velit vxorē sepelire, & hoc modo poterit in loco à se electo vxori sepulchrum constituere, vt per Gemi. in d. §. mulier.

## CAVTELA IIII.

Quo remedio impuberes possint sepeliri extra sepulchrum maiorum, & quo remedio possit quis suæ posteritati alibi constituere sepulturam.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Impuberes non possunt eligere sepulturam.*
- 2 *Ius funerandi est de iure parochiali, sicut sacramentorum exhibitio.*

*Sepeliendus quisque est vel in ecclesia parochiali, vel in sepulchro maiorum.*

3 *Sepul*

3 *Sepultura mutationem potest etiam Episcopus concedere.*

**I**mpuberibus non est permessa electio sepultura, sicut nec testamēti factio. l. qua etate. ff. de test. c. licet. de sepul. lib. vj. Sed si libeat puerum alibi quàm in sepulchro maiorum sepelire, remedium est, quod pater impuberi filio eligat sepulturā. d. c. licet. & not. in c. de vxore. de sepul. quod fieri potest si consuetudo contraria non obsterdiat, c. de vxore. §. si. & ibi Docto. Quidam tamen putant id procedere tantum vbi loci consuetudo patribus id permitteret, vel consuetudo locorum vicinorum. arg. c. cum olim. de consue. vt per Feder. de Sen. consi. xcj. Quod pater. Et notandum est ius funerandi esse de iure parochiali, sicut est sacramentorum exhibitio. cle. dudum. §. verum. de sepul. c. ecclesiarum. xiiij. q. j. Quare in ecclesia parochiali, vel in sepulchro maiorum suorum quisque debet sepeliri, c. j. de sepul. Sed si quis velit mutare sepulchrū suæ posteritati (vt accidit quando quis Sacellum alibi construxit) velitque ibi suorum posterorum sepulchrum constituere, remedium est quod hoc à loci Episcopo impetret. Nam non solum Papa, verum etiam Episcopus potest concedere sepulturam. ita tenet Abb. in c. certificari. col. ij. de sepul. arg. c. sicut vni. re. de exces. præl. Et bonum est argumentum de toto ad partem. l. videamus. §. deferre. ff. de in lit. iu. c. pastoralis. §. cum totum. de of. dele.

## CAVTELA V.

Cautelæ adhibendę circa funerationem mortuorum.

Sum

## S V M M A R I V M.

- 1 *Expensa immoderata facta in funere sine ordinatione testatoris repeti non possunt.*
  - 2 *Expensas etiam immodicas repetet impendens ex ordine testatoris.*
  - 3 *Funus facientes protestari debent.*
  - 4 *Heres dubitans de uiribus testamenti quomodo caueat sibi de sumptibus funeris ne uideatur adiuisse hereditatem.*
  - 5 *Sepelientes non debent ornamenta cum corporibus condere.*
- 1 **A**mbitione † ac hominum simplicitate funerales crescunt impensa, & sine causa pecunia consumuntur per pompas funebres immoderatas, quod reprehensibile est. Nam honestus modus est seruandus, nec immoderata cuiusque luxuria subsequenda, l. ex damni. ff. de damni. infect. Et ideo qui funeris curam gessit, non potest illos sumptus repetere, qui immoderati sunt, l. & si quis. §. hæc actio. ff. de rel. & sumptib. fun. Quauis impensa funeris sit valde fauorabilis, & omne creditum præcedat. l. penul. ff. de relig. adeo quod præferatur etiam priuilegio dotis: vt per
- 2 Docto. in l. j. ff. sol. mat. Sed † vt is cui funeris sui curam testator mandat, quæstionem ab hæredibus non patiarur, remedium est, quod testator taxat quantum sit pro funere impendendum. Nam & quod immodicè iussu testatoris impensum fuerit repetetur. l. hæreditas. §. j. de pet. hære. dummodo iussus testatoris non excedat omnino honestum modum. d. l. & si quis. §. quod ergo. Et † notandum est, quod is qui sine mandato
- 3 testa

testatoris vel hæredis, in funus impendit, quia dubitari poterit utrum defuncti, an verò hæredis negotium gerens, seu pietatis causa funerauerit, cautus esse debet, vt protestetur quo animo faciat, ne postea super hoc controuersia patiatur. d. §. quod ergo. in fi. Item † notandum est, quod quando dubitatur de uiribus hereditatis, ne ex cura funeris se immiscuisse, vel hereditatem adiuisse videantur hæredes scripti, protestari solent pietatis gratia facere, quæ protestatio illud facit ne aditio præsumatur. Sed qui protestantur se pietatis gratia facere sumptum non repetunt. Sint igitur cauti, vt plenius protestentur in hunc modum pietatis gratia id facere, ita tamè vt sumptus possint seruare. Ita monet iureconsultus. in d. l. & si quis. §. plerique. Maritus † quoque uxorem defunctam sepulturæ tradens caueat ne preciosas vestes, & ornamenta vxoris cum eius cadauere cõdat, quia hæres vxoris repetere possit. Nam factum hoc improbatur, nec oportet ornamenta cum corporibus condi, quod homines simpliciores faciunt. d. l. si quis. §. funeris. & rerum quas vxor defert in domum viri repetitioni locus est. l. si ego. §. dotis. ff. de iur. dot. & per Ludo. Rom. cõsi. ccliiij. in facto.

## CAVTELA VI.

Quo remedio electio sepulturæ fiat irreuocabilis.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Electio sepulturæ potest reuocari.*
- 2 *Sepultura electa fit irreuocabilis iuramento, Canonica portio debetur parochiali.*

Reuo

- 1 **R**euocari potest electio sepulturæ. argum. l. iij. in fi. cum sequentibus. ff. de adim. lega. Sed si quis sano iudicio eligat sepulturam, & vereatur ne mortis tempore aliquorum instigatione ad electionem reuocandam & ad sepulturam
- 2 alibi eligendâ inducatur, remediū est, q̄ sepulturam eligat, & promittat non reuocare, & iuret quod nunquam contra dictam electionem aliquid faciet. Iuramentū enim seruari debet, quando non vergit in dispendium salutis æternæ, c. cum contingat. de iureiur. Et hoc procedit si ex deuotione & sine damno parochialis ecclesiæ, cui canonica portio debetur, fiat electio iuramento firmata. c. j. de pact. lib. vj. iuncta l. si quis inquilinos. §. j. ff. de legat. j. secundum Hostien. in summa. de sepul. §. an licitum. vers. quid si quis.

## CAVTELA VII.

Quo remedio excommunicatus non careat ecclesiastica sepultura.

## S V M M A R I V M.

- 1 **Excommunicatus carere debet ecclesiastica sepultura.**  
*sepulturam in ecclesia excommunicatus non habet.*
- 1 **D**ecedentes † in excommunicatione carere debent ecclesiastica sepultura, & si excommunicatorum corpora tumulata fuerint in loco ecclesiastico, exhumari debent, & procul ab ecclesia proiici, c. sacris. de sepult. Sit ergo cautus excommunicatus cupiens habere ecclesiasticam sepulturam, vt saltem in mortis articulo reconcilietur Ecclesiæ. d. c. sacris. Et si sacerdotis copiam non habeat, absolui faciat se à laico, vel ad Deum corde

corde rediens signa contritionis ostendat, & ita sepultura ecclesiastica non carebit, c. à nobis. ij. vbi Abbas. & Feli. de senten. excommu.

## De mutatione testamenti, &amp; ademptione legatorum. Tit. x.

## CAVTELA I.

Quo remedio tollatur prius testamentum habens clausulam derogatoriam ad secundum.

## S V M M A R I V M.

- 1 **Testamentum prius tollitur per posterius.**
- 2 **Clausula derogatoria ad sequens testamentum quomodo reuocetur secundo testamento.**
- 3 **Clausula codicillaris sufficit in secundo testamento, cum illis verbis, omni meliori modo, &c. ad reuocationem prioris testamenti.**
- 4 **Iuramentum facit, ut dispositio sequens non tollat precedentem etiam iuratum.**
- 5 **Iuramentum facit ualere actum omni meliori modo, quo ualere potest.**

**P**osteriore † testamento prius tollitur, etiam si in secundis tabulis solum sit quis hæres institutus, in re certa si uoluit testator à prima voluntate recedere. l. si quis priore. ff. ad Treb. §. Imperatores, inst. qui mo. test. instit. & Doct. ibi, & in l. quoties. C. de here. institu. & per Bald. consil. xxix. Secundum testamentum. lib. iij. dummodo secundum testamentum sit solenne & validū, l. si iure. ff. de leg. iij. Bald. consil. xlviij. Testamentum lib. iij. Sed si quis testamentum quod facit velit firmum permanere, & vereatur ne posterius instigatione alio-



2 rum facere compellatur, remedium est, † quòd in testamento adiciatur clausula derogatoria ad sequens testamentum, veluti si dicatur, si quod post hoc testamentum à me fieri contigerit, illud valere nolo, nisi in eo de verbo ad verbū scriptus fuerit Psalmus, *Benedicam te Domine omni tempore*. Et si fiat testamētum posterius ea forma prætermissa, non valebit, quia præcedēs protestatio declarat animum testandi defuisse in sequenti testamento. argu. l. & si quis. §. plerique. ff. de relig. & sumpt. fune. & est tex. notissimus in l. si quis in principio testamēti. ff. de le. iij. & ibi latè per Bar. Ang. Alex. & Moder. in l. si mihi. §. in legatis. ff. de lega. iij. & Decius consil. cxxix. Stante. col. j. in fi. Et testamentum prius habens eiusmodi clausulam derogatoriam, posteriore testamento etiam in quo adiecta esset clausula cassans & irritans omne aliud testamentum, non reuocaretur. Quia

3 † oportet in secundo specialem mentionem facere prioris testamenti, & clausulæ derogatoriae in eo contentæ. Nam non sufficeret dicere non obstante aliquo alio testamento, vt per Zabarel. consil. cij. Super facto. nisi addantur verba hæc, videlicet, etiam si in eo esset aliqua clausula derogatoria ad sequens testamentum, vt per Paul. de Cast. consil. cccxlj. In facto puncti. col. vij. Singularem tamen expressiōem facere non oportet, vt per Bart. in d. l. si quis in principio testamēti. Fed. de Sen. consil. xlvij. Habita super casu. Gemi. consil. cxv. Super dubio. & Bal. consil. cclxxx. Quæstio. lib. iij. Et sufficit ex verbis testamēti colligi quòd testator voluerit secundum testamentum omnino vale

no valere secundum communem opinionem, vt patet ex relatis & dictis per Socin. consil. ij. in causa testamenti. col. iij. lib. iij. & satis est dicere, irritans omne aliud testamentum, etiam in quo esset clausula derogatoria ad sequens testamentum, vt per Bartol. in d. l. si quis in principio. col. iij. & consil. xxj. Et dixit. & Barb. consil. lxxij. Illud. col. pen. lib. iij. & consil. xxxix. Clementissimi lib. iij. cum relatis per eum. & per Alexan. consil. xxv. Viso testamento. col. j. in prin. lib. iij. & consil. vij. Videretur. & consil. xliij. Videbitur prima fronte. col. ij. lib. iij. & Corn. consil. lxxxvj. Quamuis. lib. iij. & quòd hæc sit communis opi. patet etiam ex dictis, & relatis per Barba. in c. cum esses. fol. 7. col. iij. de testa. & per Alexan. consil. clxiiij. Vifis narratis. lib. vij. & Corn. consil. clxxiiij. In præfenti. lib. ij. de quo vide etiam per Iason. in l. j. ff. de lib. & posthum. quinetiam ad reuocationem prioris testamenti sufficit scribi clausulam codicillarem in secundo testamento cum illis verbis, omni meliori modo, & c. secundum Bald. consilium ccclxxxix. Reperitur. lib. v. † Sed vt testamentum prius non infirmetur per posterius, in quo etiam clausulæ derogatoriae specialiter derogetur, remedium est, quòd clausula derogatoria testatoris iureiurando firmetur, quia derogatio sequens non tollit præcedentē dispositionem iureiurando corroboratam, si de iuramento mentio facta nõ fuerit. c. constitutus de rescript. gl. in c. cum non deceat. de elect. lib. vj. Ideo in secundo testamento post illa verba, reuocans etiam omnes & singulas clausulas derogatorias, opportunum esset

adiicere etiam iuratas, vt per Iaf. in d. §. in legatis, Sufficit † quoque ad tollendam clausulam prioris testamenti iuratum, quod secundum testamentum iureiurando firmeretur, quia sic perinde est ac si clausulam derogatoriam testator specialiter sustulisset, quoniam iusiurandum facit actum valere omni meliori modo quo valere potest, l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. vt per Bal. Ale. & Iaf. in l. fancimus. C. de testa. de quo vide per Soc. conf. clxiiij. Non fuisse opus. col. fin. & Barb. d. consil. lxxxix. col. iij. Et vtilia sunt ista remedia quando metu testator sit facturus testamentum. Nam istis remedijs prouidere poterit, ne vires habeat testamentum quod metu facturus sit: vt per Barb. in d. c. cum effes. fo. §. col. iij. Cum locupletissimè. ibi per eum alleg. & Specu. in titu. de instr. ædit. §. compendiosè. versu. sed & consyderandum.

## CAVTELA II.

Quo remedio nunquam libertas de supremis iudicijs constringatur.

## S V M M A R I V M.

1. Donatio facta in pœnam mutationis testamenti non ualet etiam iurata.  
Votum non reuocandi testamentum minimè ualet.  
Testator, non potest sibi legem imponere, ne possit à priore uoluntate recedere.
2. Donatio omnium honorum presentium, & futurorum, utrum ualeat quo ad presentia.
3. Donatarius ille potior est, qui prior possessionem nactus sit.
4. Insinuatio donationis potest fieri auctoritate cuiuslibet

libet iudicis & etiam notarij.

5. Codicilli possunt fieri irreuocabiles.
6. Testamenti mutandi libertas non est auferenda.  
Clausula nouissima derogat prioribus.
7. Iuramentum de non reuocando testamentum non tollit libertatem faciendi secundum testamentum.
8. Testator sit cautus in secundo testamento dum reuocat priora, ut adiciat donationes causa mortis cum clausulis derogatorijs.

**D**onatio † à testatore facta sub conditione hac, si contigerit eum testamentum reuocare, inutilis est, quia turpe est pactum, omne, quo libertas testandi constringitur, l. si fratres. §. idem respondit. ff. pro soc. l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. Et iurando non confirmatur, vt per Oldr. consil. clx. Titius condidit. Paul. de Cast. consil. lv. Dico. & consil. xcix. Notandum est. col. iij. & consil. xcviij. In ista donatione. in fin. j. parte, cum alijs alleg. per Ale. in d. l. stipulatio. & per Curt. consil. liij. videtur. col. iij. & Corn. consil. lx. Quanquam. lib. ij. & hanc opin. communiter approbari dicit Alex. conf. clvj. Viso testamento. lib. vj. licet antiquitus communis opi. esset in contrarium, vt dicit Bald. consil. cccxxviiij. Pater. lib. ij. Nec etiam ualet votum non reuocandi testamentum, vt per Fulg. consil. xciiij. Ad id de quo. & Iaf. consil. cxxij. Viso. par. ij. Et quod hæc sit communis opin. contra Din. in l. hæredes. §. si. ff. de testa. testatur etiam Lud. Roma. consil. clxxj. Pro decisione. & Alexan. consil. xxv. Viso testamento. col. ij. lib. iij. Et stando in finibus ultimæ voluntatis

non est dare remedium quo testamentum immutabile sit, quoniam testator non potest sibi legem imponere, ne possit à priorè voluntate recedere, l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. iij. & ibi hoc tenet Bart. Si tamen quis velit immutabiliter de rebus suis disponere (cum non possit per viam testamenti) remedium est, quòd donet bona sua post mortem suam inter viuos, l. ubi ita donatum. cum ibi no. per Bartol. ff. de dona. caus. mor. Nam donatio omnium bonorum valet, l. si quis argentum. §. sed & si quis. C. de dona. & reuocari non potest, l. si donationem. & l. velles. C. de reuoc. dona. vt per Ludo. Roman. d. consil. clxxj. Et valet donatio, quo ad bona presentia, etiam si quis donet bona presentia, & futura, quia vtile per inutile non vitiatur. l. fancimus. C. de dona. & fuit opi. Ange. consil. cvj. Super quem refert & sequitur A texan. consil. elij. In causa & lre. col. fin. lib. vj. & Deci. consil. xxx. Et pro tenui. in fin. Cautius tamen est, quòd donans omnia bona sua presentia & futura, post mortem, sibi referuet aliqua pro facultate testandi, vt per Bart. Alexand. & alios Doct. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. & Alex. consil. xxix. Perpetuis. col. v. lib. j. Roma. consil. xxvj. Pro decisione. & consil. ccxciiij. Præsupposito. Deci. consil. ccxciiij. Viso testamento. & Iaf. consil. clxxiiij. Circa primū. col. iij. par. ij. quia magis communis opin. videtur esse quòd in totum non valeat donatio omnium bonorum presentium, & futurorum, non referuato aliquo pro facultate testandi, vt patet ex allegatis per Ab. consil. xlviij. Videtur. lib. ij. & Deci. in l. si.

in l. si. col. fin. C. de pact. Et in referuatiōe dicatur simpliciter pro facultate testandi. nam si referuarentur ita vt de eis possit disponere in vita, & in morte, non esset bona cōceptio clausulæ illius, rationibus alleg. per Deci. consil. cclj. In causa. col. ij. multò minus suffragaretur clausula, quòd possit de referuatis disponere in vita: vt per Bartol. consil. lxxvj. Pater filio. & Socin. consil. cxxvj. Visum fuit. colum. vlt. Sed tamen notandum est, quòd si quis bona sua donet post mortem suam titulo donationis inter viuos, & non reuocabili, si mutata voluntate velit bona sua alteri donare, vt secundus donatarius potior sit, remedium est, quòd in instrumento secundæ donationis ponatur clausula constituti, qua in secundum donarium possessio transferatur. l. ab emptione. cum ibi not. ff. de pact. Nam habens titulum posteriorem si prior nactus sit possessionem, potior est illo, qui prior habuit titulum, l. quoties. C. de rei vendi. Et prædictum remedium procedit, quando in instrumento prioris donationis non esset apposita clausula constituti, vt per Deci. d. consil. cclj. colum. ij. & consil. ccxxxix. Primo non videtur. col. iij. cum allegatis ibi per eum. † Et quia donatio non insinuata vltra quingentos aureos non valet, d. l. fancimus. Si donator non possit adire iudicem pro donatione insinuanda, remedium est, quòd pro iudice adhibeatur alter notarius, qui iudicis fungatur officio, & alter rogetur. Potest enim autoritate notarij donatio insinuari, quia notarius est iudex ordinarius, vt not. per gl. & Doc. in l. j. ff. de iudi. & per Alex. consil. clxviij.

Viso instrumento. libr. ij. Vbi etiam dicit quod vnus idemque notarius potest rogari, & auctoritatem insinuationi interponere. arg. l. si consul. cum ibi not. per Doc. ff. de adop. Scito tamen quod remedium predictum donationis omnium bonorum non esset efficax, quando non esset donatio principaliter facta, sed adiiceretur in euentum reuocationis testamenti, vt patet ex opi. relatis per Ias. consil. cxxij. Viso processu. ij. parte. Tutissimum autem remedium est, quod in euentum reuocationis testamenti testator donet aliqua bona particularia: nam valebit eorum donatio cum de aliis possit liberè testari. arg. l. cum ita. ff. de cond. & demon. Bald. in l. sancimus. in fi. C. de testa. Alber. in rub. C. de donat. cum aliis alleg. per Deci. consil. ccxcij. & ideo valeret promissio non adimendi legata, vires quoque haberet donatio rerum certarum facta sub conditione, si testamentum mutetur: vt ibi per Deci. qui dicit vires habere clausulam positam in codicillis, quod testator voluit valere iure codicillorum, ac iure donationis inter viuos. Et sic datur remedium contra l. diuus. ff. de iure codicillo. quo codicilli irreuocabiles fiant. Est tamen necesse quod notarius, vel alius stipuletur pro absentibus, per nota. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. & sic vltima voluntas transformatur in contractum. Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. iij. & latius per Barba. consil. liij. Clementissimi. libr. ij. & in c. relatum. de testa. vbi in fin. per multas paginas discutit de cautela tradita per Din. in loco prealleg. Nouissimè consulo tamen testatoribus, quam

quam notariis, vt ab huiusmodi cautelis, & clausulis, quibus testandi libertas impeditur, abstineant: & ne clausula ista inserta malitia, vel imperitia dictantium testamenta, faciant semel disposita mutari non posse. Sint cauti testatores, vt semper in suis testamentis in fine referunt sibi facultatem aliter disponendi & mutandi quæcunque disposuerint, & faciendi aliud testamentum. Sic dicta clausule non nocebunt, quia nouissima clausula prioribus derogabit, d. l. diuus. ff. de iur. co. Et optimum erit introducere vsum inserendi in testamentis talem clausulam saluo iure mutandi voluntatem non aliter, neque alio modo. quoniam (vt dicitur in d. l. stipulatio hoc modo.) contra bonos mores est homini libero liberam testandi potestatem tollere vi clausularum, quas interdum deteriores notarij scribunt in testamentis ex capite suo, vel aliorum persuasione, magis quam ex mente testatoris. vt per Bart. in l. j. col. iij. ff. de iur. cod. Et vltima voluntas debet esse libera & ambulatoria, vsque ad vitæ supremum exitum. l. iij. ff. de adi. lega. not. in c. vltima voluntas. xij. q. ij. Ioan. And. in c. quod semel. de reg. iur. Abb. consil. xvij. Videtur primo. col. j. lib. j. & per clausulam predictam succurreretur testatoribus, qui solent in desperationem cadere, videntes se testamentum mutare non posse: vt per Barba. in d. c. relatum. col. fin. Caueat quoque testator ne iuret testamentum se habiturum ratum & firmum. Nam ita iurans, si postea mutaret testamentum, incurreret periurium: vt per Io. And. in d. c. quod semel. & per Doc. in d. l. stipulatio. licet Bal. consil.

xxij. Quidam fecit. lib. j. dicat contrarium, quia non fit periurus qui venit contra iuramentum inualidum. Peccat tamen ita iurans vel iurando, vel contra iuramentum faciendo, c. cum quidam. de iureiur. & non valeret posterius testamentum simpliciter factum, quia iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ, d. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. vt per Fulg. consi. xxxix. Ad primum. Sit quoque cautus testator, vt in secundo testamento dum reuocat generaliter omnē aliam vltimam voluntatem, adiciat etiam donationes causa mortis, sub quibuscunq; clausulis etiam derogatoriis factas: vt per Bald. consi. cvij. Domina Ioanna. lib. iij.

## CAUTE LA III.

Quo remedio testamentum etiam alio testamento non facto reuocetur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Testamentum factum, utrum reuocari potest coram septem testibus alio testamento non facto.
- 2 Testator si coram 7. testibus dicat nolo decedere intestatus, scriptus hæres hereditate priuabitur.
- 3 Testamentum cæcellatum per testatorem dicitur reuocatum.
- 4 Testamentum posterius tollit prius, etiam si ex posteriore non adatur hereditas.

**E**X eo solo quòd testator post testamentum factum dixerit etiam coram septem testibus nolle valere testamentum iam factum, non propterea hereditas scriptis hæredibus auferretur, §. ex eo. Insti. quib. mo. testa. infir. Bar. in l. si iure. ff. de lega. iij. Bald. consil. ccclij. Ad euentiam. lib. v.

lib. v. & Alex. in l. si ita scriptum. §. regula. ff. de lib. & posthu. & consil. ciiij. Paucis vtar. lib. ij. & consil. clix. Viso testamento. li. vij. & Iaf. consil. cxxj. Quoniam Elizabeth. parte j. & consil. cxlj. Vifa longa. parte ij. Sed si testator velit scriptum hæredem hereditate carere, & eam deferri succedentibus ab intestato, remedium est, quòd testator adiciat verba hæc, quia volo decedere intestatus. His nanque verbis adiectis valet ademptio hereditatis. & reuocatio testamenti facta coram septem testibus quasi instituti fuerint ab intestato successuri, l. j. §. si hæres. ff. si tab. test. nul. exta. & hoc tenet Bartol. in d. l. si iure. Paul. de Castr. in authen. hoc inter liberos. C. de testa. Barba. in c. Rainutius. fol. 24. col. iij. de testa. Laur. Calc. consil. xc. Quantum ad primum col. v. cum sequen. Petr. de Anch. & Imol. in c. cum esset. de testa. & est communis opin. secundum Alexand. in l. sancimus. C. de testa. vbi dicit sufficere prædicta fieri coram quinque testibus, si in testamento fuerat extraneus institutus, sequens Bartol. in l. militis codicillis. §. Veteranus. ff. de mil. test. qui ita tenet per l. hac consultissima §. si quis autem. C. de testa. Tutius tamen est adhibere numerum septem testium, quia dictus. §. si quis autem. loquitur quando expressè instituit venientes ab intestato: vt ibi per Fulg. & quòd valeat reuocatio facta dictis verbis adiectis, tenet Alexand. consil. ciiij. Paucis vtar. lib. ij. & consil. xxx. Ponderatis. lib. ij. & consil. clix. Viso testamento. lib. vij. & Corn. consil. xxxix. Quanquam lib. ij. & consil. cxlix. Vifis nonnullis. ver. ite non videtur, eo. li. & consil.

confi. vij. reperio ver. & in super. lib. iij. Secundum  
 3 remedium † (vt pœnitentia reuocetur testamen-  
 tum) est quod veniatur ad actum facti cancellan-  
 do testamentum, l. cancellauerat. ff. de his quæ in  
 testa. del. Bar. in d. l. si iure. Tertium remediū est,  
 4 † quod in voluntate reuocatoſia adiciatur clausu-  
 la codicillaris: vt per Bar. in d. l. si iure. Et si te-  
 stator secundum testamentum perfectum faceret  
 cum hæredis institutione, ad tollendum primum  
 esset remedium carens omni scrupulo. d. §. ex eo.  
 Et si in priori testamento esset extraneus institu-  
 tus, venientes ab intestato, coram quinque tan-  
 tum testibus, possent institui. d. §. si quis autem.  
 Et explorati iuris est posteriore testamento prius  
 tolli, etiam si ex secundo testamento non adeatur  
 hæreditas, l. cum in secundo. ff. de iniusto testa-  
 men. l. pater filio. ff. de hæred. insti. cum allegatis  
 per Alex. confi. lxxvij. In causa mota. col. j. & ij.  
 lib. iij. dum tamen considerato tempore secundi  
 testamenti adiri potuerit hæreditas. vbi per Ale.  
 & ad probationem prædictorum, vide Bar-  
 ba. confi. lx. Illud. lib. ij.

## CAVTELA IIII.

Quibus cautelis vtendum sit dum testator can-  
 cellat, vel corrigit testamentum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Testamentū totum corruiť, si testator deleat ipsum;  
 secus si eius partem.
- 2 Notarius qui testatoris iussu testamentum cancel-  
 llat, debet ita cancellare, ut etiam legi pos-  
 sit.

Notariu non potest aliquid addere vel corrigere, in  
 testa

testamento, postquam tradidit eius copiam.

Testis, & notarius æquiparantur.

**T** Ories † testamenti vires pereunt si testator  
 simpliciter deleat testamentum. l. j. ff. de his  
 quæ in testa. delen. Sed si testator non omnibus  
 testamenti partibus cancellationē aut inductio-  
 nem obesse velit, remedium est, quod causam ad-  
 iiciat, veluti si dicat se, ideo testamentum induxit  
 se aut cancellasse, quia vnum ex hæredibus habe-  
 bat offensum, vel illius tantum nomen deleat, cui  
 velit actiones denegari. l. cancellauerat. & ibi Bart.  
 ff. de his quæ in testa. delen. Et † sit cautus nota-  
 rius qui testatoris iussu testamentum inducit, ne  
 ita deleat vt legi non possit, quia cancellati te-  
 stamenti notarius exemplum tradere, & descri-  
 bendi copiam facere cogitur, l. ij. §. si plura. ff.  
 quemadmo. testa. aper. & ibi hoc not. Bar. & Alex.  
 confi. lxxiiij. Viso testamento. col. j. lib. j. Si † quo  
 3 que cautus notarius ne postquam tradidit exem-  
 plum testamenti aliquid deleat, addat, vel corri-  
 gat. Sic enim constitueret se in discrimine falsi,  
 arg. l. eos. ff. ad legem Corne. de fal. nam testis &  
 notarius æquiparantur: vt per Specu. in ti. de inst.  
 ædi. §. postremo. ver. sed nunquid confecto instru-  
 mento. & Bar. in l. si librarius. ff. de reg. iur. cum  
 allegatis per Alex. confi. lxxxix. Viso themate. lib.  
 iij. Sed si quid corrigendum sit corrigat iussu iu-  
 dicis prius errore probato. Nam potest & debet  
 notarius errorem suum iudicis auctoritate corri-  
 gere: vt per Bar. in l. Imperator. ff. de stat. homin.  
 cum aliis allegatis per Laur. Calc. confi. xlvij. Vi-  
 so dicto. col. fi.

Cau

## CAVTELA V.

Quo remedio relictis non priuetur qui offenderit testatorem.

S V M M A R I V M.

- 1 Legatum dicitur ademptum, si post testamentum legatarius iniuria graui affecerit testatorem.
- 2 Reconciliatio tollit effectum iniuriæ.

Legatum reconualefcit reconciliatione.

**I**ntelligitur reuocatum relictum ei factum, qui post testamentum graui iniuria affecerit testatorem, l. sororem. cum ibi not. per glo. C. de his quib. vt indig. l. iij. §. fi. ff. de adimen. leg. Sed ne legatarius seu fideicommissarius ob iniurias testatori illatas intelligatur priuatus relictis, remedium est, quod procuret redire in gratiam testatoris. Nam reconciliatione relictum conualefcit, l. quod si iterum. ff. de adimen. lega. & ibi Bartol. l. in ipsius. C. fami. hercif. cum aliis allegatis per Alexand. consil. clix. Viso testamento. col. fina. lib. vij. Et comprobatur remedium hoc ex his quæ scripsimus supra de lib. insti. caute. xvij. Si filius.

## CAVTELA VI.

Qua cautela vti debet notarius dum delet aliqua testamenti verba, vel addit.

S V M M A R I V M.

- 1 Testamentum ualet, licet inconsulto fuerit aliquid in eo delatum, si legi poterit.
- Notarius sit cautus, quando aliquid in testamēto delet, mutat, uel addit, ut scribat se deleuisse, mutasse, uel addidisse mandato testatoris.
- 2 Additiones factæ in margine instrumenti nō probāt.

3 No

- 3 Notarius delet in nouissimo loco testamenti, quæ sunt mutata de uoluntate testatoris.

Delata in instrumento debent probari ex corpore instrumenti, delata esse uoluntate testatoris.

- 4 Notarius debet in calce testamenti facere mentionem particulariter de omnibus & singulis mutationibus uel additionibus.

**Q**uæ in testamento legi possunt, si inconsulto deleta sint, nihilominus valent, l. j. ff. de his quæ in testa. delen. Et ne reuocetur in dubium utrum consulto, uel inconsulto deleta fuerint. Sit cautus notarius quando aliqua delet, mutat, uel addit, ut scribar se deleuisse, mutasse, uel addidisse mandato testatoris, d. l. j. §. & ideo. Et scaueat ne fidem hanc faciat in margine vel post completum instrumentum, quia vaga hæc scriptura fidem non faceret sita extra corpus instrumenti carens die, consule, & signo notarij. §. oportet. in authen. de fid. instru. secundum Ioann. And. in Spec. de inst. xdi. §. ostenso. ver. Et collige, in additione incipiente, dixit Rolandus. Bal. & Alex. in l. si vnus. C. de testa. Ant. de But. & Inno. in c. j. de fide instr. Pau. de Castr. consil. xxxvj. Dubium facit. in fi. Scribendum test ergo in nouissimo loco instrumenti ea quæ supra deleta, mutata, & addita sunt. De uoluntate testatoris ego notarius deleui, mutavi, & addidi ita, ut fides hæc sit de corpore instrumenti, ut per Bal. in l. nostram. C. de testa. & in l. ea quæ. C. commi. vel epif. cum aliis relatis per Alex. consil. ciiij. Stantibus. li. vij. Et cautius esset specialiter dicere quæ cancellatū est mutatū, & additū in eo & eo loco &c.

per

per l. diuus. §. ita fenatus. ff. ad legem Corn. de fal. cum ibi not. per Bart. & per Abb. in c. cum venerabilis. in fin. de reli. domi. nisi vno tantum loco cancellatio facta esset, quia tunc generaliter prolatum pro speciali dicto haberetur, arg. l. ij. ff. de lib. & posthu. Bar. in d. §. & ideo.

## CAVTELA VII.

Quo remedio per alienationem etiam voluntariam legatum non intelligatur ademptum,

## S V M M A R I V M.

- 1 Legatum dicitur ademptum, si rem legatam testator sine causa necessaria alienauerit.
- 2 Voluntatis declaratio fit etiam ex actu testandi.
- 3 Voluntatis mutatio non presumitur, quando alienatio facta fuerit titulo oneroso.
- 4 Legatum ademptum remanet in dubio penes heredem testatoris.

1 **S**I rem † legatam ex causa voluntaria testator alienauerit, legatum intelligitur ademptum quatenus alienata res sit, l. si ex toto. ff. de leg. j. l. fideicommissa. §. si re. ff. de leg. ij. l. scribit. §. item scribit. ff. de aur. & arg. lega. l. rem legatam. ff. de adi. leg. Sed † si testator alienatione legatum nolit adimere, remedium est, quod saltem post alienationem declaret suam voluntatem coram testibus codicillis vel simplicis declarationis instrumento, l. cum seruus. ff. de adi. leg. Sed † si testator declarationem hanc non fecerit, sufficit legatario dicere quod testator alienando noluit reuocare legatum. Nam allegatione hanc consequetur estimationem rei legatæ, si hæres non probauerit, quod testator habuerit animum adimendi legatum.

rum. Nam non presumitur mutatio voluntatis quando alienatio facta fuit titulo oneroso. l. Lucius. ff. de leg. ij. cum aliis alleg. per Alex. consil. clxvii. stantibus veris. lib. vj. & consil. clvij. Viso testamen lib. vij. Et † circa ademptionem legatorum, siue purè siue sub conditione adimat testator, sit cautus, vt declaret in euentum ademptionis, & priuationis, cui velit rem ademptam dari, & in dubio res apud hæredem manet, vt per Bal. consil. ccccxvij. Magister. lib. iiii.

## CAVTELA VIII.

Quo remedio hæreditas possit adimi codicillis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Hæreditas codicillis dari vel adimi non potest.
- 2 Indigno quod aufertur pertinet ad fiscum.
- 3 Codicillis vel pacto hæreditas dari vel adimi licet nõ possit, tamen institutio vel substitutio dubia declarari potest.
- 4 Conditione reuocata dispositio permanet, ita quod non sit amplius conditionalis.

**S**I codicillis † alicui ex scriptis hæredibus testator adimat partem hæreditariam, non valet ademptio, quia hæreditas non potest adimi codicillis, l. hæreditatem. C. de codi. adeo quod nec conditio in codicillis adiici potest institutioni hæredis in testamento factæ, vt per Bald. consil. cccclxxv. ad euentiam. lib. ij. Non tamen puto verum esse dictum Bald. ibi putantis non posse in codicillis Trebellianicam prohiberi, quia licet codicillis directo hæreditas adimi non possit, tamen per indirectum & via fideicommissi potest, vt proximè dicemus. Sed vt † ademptio codicil-



lis facta efficax sit, remedium est, quod non solum adimat, verum & declarat scriptum heredem indignum esse causa expressa. l. hereditas. C. de his quib. ut indign. quod ibi Alexand. dicit esse bene notandum. Sed sciendum est, quod ademptio ita facta hereditatem ademptam facit deferri ad fiscum. d. l. hereditas. & per Deci. conf. cccxj. omiffa. col. iij. Tutius ergo remedium est, si testator velit ad coheredem, vel ad agnatos hereditatem peruenire, quod codicillis iubeat heredem scriptum hereditatem restituere totam, & integram. Nam codicillis verbis precariis hereditas, & dari & adimi potest. l. Scœuola. vbi Bart. ff. ad Treb. & per Cor. consil. cccv. In hac. in prin. & Deci. d. consil. cccxj. Et notandum est, quod licet codicillis hereditas dari, vel adimi non possit, tamen quando institutio vel substitutio est dubia, potest testator declarare voluntatē suam codicillis, cum declaratio possit fieri etiam coram duobus testibus, ut not. glos. in l. heredes. §. si quid post. in ver. posse. ff. de testa. & ibi Docto. & per Bald. consil. ccccxl. In primis. & consil. sequenti. lib. ij. Adimi autem etiam legata non possunt nisi coram quinque testibus, l. si. in fi. C. de codicil. licet de iure canonico sufficiat presentia duorum testium, c. cum esses. & c. relatum, de testa. secundum Bald. consil. xxvij. Super eod. lib. iij. Et pretereundum non est,

3 quod interdum euenit codicillis reuocari conditionem aliquam, & sunt qui putent reuocatione conditionis reuocari totam dispositionem, quae sub conditione illa facta fuerat. arg. l. j. C. de pact. Ventor tamen est opinio quod reuocata simplici-

ter

ter conditione remaneat dispositio & non sit amplius conditionalis, sed pura. l. iij. §. conditio. ff. de adi. leg. & hoc procedit si communis vsus loquendi contrarius non sit. Et oportet probari talem esse communem modum loquendi ab eo qui hoc dicit, ut per Bart. in l. si quis seruum. ff. de condi. & demon. Sed ut testator huiusmodi ambiguitatem tollat, si velit dispositionem remanere, & conditionem adimere, remedium est, quod adimat conditionem salua remanente dispositione: sic enim in verbis nihil erit ambigui, & cessabit questio. l. ille aut ille. §. si. ff. de lega. His autem verbis non adiectis iudex sequendo verborum significationem iudicare debet dispositionem remanere, nisi aliud constet de mente testatoris, ut per Alexand. & latius per Claud. in d. l. j. C. de eden.

De acquirenda vel repudianda  
hereditate.

TITVLVS XI.

CAVTELA I.

Quo remedio hereditas non adita fiat transmissibilis ad heredes.

S V M M A R I V M.

- 1 Hereditas non adita non transmittitur ad heredes, nisi sit ascendentium quae transmittitur non adita.
- 2 Heredibus infantis uel minoris competit restitutio aduersus hereditatem non aditam per minorem.
- 3 Infans transmittit hereditatem patris non agnitam ad heredes.

B b 2

- 4 *Restitutio in integrum ex clausula generali datur hæredibus maioris, qui decessit ignorans hereditatem sibi fuisse delatam.*
- 5 *Fideicommissum purum non agnatum transmittitur ad hæredes.*
- 6 *Institutio facta cum clausula codicillari, conuertitur in fideicommissum transmissibile ad hæredes etiam non agnatum.*
- 7 *Ius deliberandi transmittitur hodie ad hæredes.*
- 8 *Transmissibile, quod non est, fit transmissibile uoluntate testatoris. de substi. caut. xxij. nume. 1. & de legat. caut. 28. nume. 2.*

**H**æreditas † non adita non transmittitur ad hæredes. §. in nouissimo. C. de cad. tol. nisi sit hæreditas ascendenti quæ etiam non adita transit in liberos. l. j. C. de his qui ante apert. tab. & ibi per Docto. Sed si is † qui decessit hæreditate non adita, erat minor, ut hæredes eius hæreditatem consequantur, remedium est, quod eo casu ex clausula generali (si qua iusta causa, &c.) petant restitutionem in integrum aduersus hæreditatem non aditam à minore. l. Pantonius. ff. de acqui. hære. l. qui duos. ff. de reb. dub. l. non solum. ff. de restit. in integ. Bart. in d. l. qui duos. & in consil. clxxviiij. Perusinus quidam. & in l. si infanti. col. fi. C. de iur. delib. Bald. consil. cccxlix. Quæstio est lib. iij. Fulg. consil. lxxiiij. Infans. cum aliis allegatis per Alex. consil. lxxix. Franciscus. in fi. lib. vj. & est communis opinio secundum Paul. de Cast. in d. l. si infanti. & Corn. consil. cccxij. Videtur. in fi. & Lud. Roma. consil. lviiij. Visis narratis. & procedit

De acqui. vel repud. hæredit. 389

dit etiam in infante, licet Bal. consil. ccxxvj. Quæstio. lib. ij. puter quæstionem esse difficile. & consil. ccxiiij. Casus talis est. lib. iij. habeat pro absurdo ratione minoris ætatis dari restitutionem in integrum. & Socin. consil. ccxvj. Non potest negari. col. v. versic. ad tertium dicat in hac quæstione esse locum gratificationi, & propter autoritatem eorum qui sunt in opinione contraria, & ob validissimas rationes, quibus responderi non potest rem indigere decisione Cæsarea, tamen Doct. communiter tenent, q̄ competat restitutio in integrum etiam hæredibus infantis, ut per Corn. consil. lxxxvij. Circa primum. cum aliis allegatis ibi per eum, de quo vide per Barb. consil. lx. Illud. col. xj. & xij. lib. iij. Et † notandum est, quod filiufam. etiam infans transmittit hæreditatem patris non agnitam ad quoscunque hæredes iure suitatis, lapud hostes. C. de su. & legi. hære. & est communis opi. ut patet ex relatis per Deci. consil. 33 l. Pro resolutione. col. v. & consil. ccxlv. In causa. & consil. ccl. Antiqua. & Iaf. consil. cxxx. Magnus. col. iij. parte j. quamuis Barb. dicto consil. lx. col. xij. aliter dixerit. Sed † & si maior decedat hæreditate non adita ignorans hæreditatem sibi delatam esse, remedium est, quod hæres eius ex persona defuncti impetret restitutionem in integrum ex clausula generali de l. Pantonius. vbi Bar. & Paul. de Cast. Alex. consil. xx. Viso processu. col. fin. lib. j. & consil. cl. xix. Viso themate. col. pen. lib. ij. & Iaf. in l. cum antiquioribus. C. de iur. deli. Et nota tempus ad petendum restitutionem in integrum nunquam currere nisi à die scientiæ, etiam si la-

berentur centum anni, quia tempus petendæ restitutionis in integrum ab initio est vtile. l. fi. C. de temp. in intre. resti. cum relatis per Alex. d. consil. clxix. in fi. & est cõmunis opi. vt dicit Deci. consil. xxxvj. Diligenter. col. vlt. Si tamen† ex testamento in quo sit clausula codicillaris, delata sit hæreditas, & hæres scriptus non adita hæreditate decesserit, necessaria non est in integrum restitutio, quoniam hæredes eius habent remedium, vt hæreditatem petant ex fideicommissõ, quia fideicommissum purum licet adhuc non agnatum transmittitur ad hæredes, l. cog. §. inde Matianus. ff. ad Treb. vt per Bald. consil. lxxix. Factum tale est. lib. ij. & est cõmunis opi. vt dicit Alex. in l. cùm filio. col. ix. ff. de leg. j. quamuis ibi gl. in contraria opinione fuerit. Et clausula codicillaris facit videri eos qui ab intestato succedunt rogatos esse hæreditatem restituere, ei qui in testamento hæres scriptus est, vt not. in l. ex testamento. C. de fideicom. & licet Bart. in l. j. ff. de iur. codi. q. j. & consil. xij. si quis instituat fit in opinione, quòd clausula codicillaris non operetur transmissionem hæreditatis conuersq̃ in fideicommissum. Tamen opi. hæc vt dicit Ale. in d. l. cùm filio. iure non probatur. Et contra, Bar. cõmunem opi. esse patet ex relatis per Alex. in d. l. cùm filio. vbi Socin. tertius manifestè testatur hodie communem opi. contra Bar. Et meminisse oportet communem hanc opi. esse q̃ institutio vi dictæ clausulæ conuertatur in fideicommissum transmissibile ad hæredes etiam non agnatum, procedere vbi clausula codicillaris concepta est verbo quod futurum

futurum tempus significet secundum Bar. in d. l. j. q. xij. & Corn. consil. lxxij. Aliàs consului. lib. ij. Hodie hæres si intra tempus annale ex quo ei testamentum cognitum est decesserit, reliquum anni tempus ad deliberandum & adeundam hæreditatem transmittit ad hæredes. Secus si id ignorauerit. d. l. cum in antiquioribus. Sed tunc hæredibus eius ad quos ius deliberandi non est transmissum ex clausula generali succurreretur cū aliud remedium eis non detur, vt colligitur ex dictis per Cor. d. consil. lxxxvij. Nec curandū est de dictis Ale. consil. lxxij. Viso processu causæ. lib. ij. quia ibi perfunctoriè loquitur. Sanè † licet hæreditas non adita non transmittatur ad hæredes. d. §. in nouissimõ. & l. si ex pluribus. ff. de suis & leg. Tamen si testator velit transmitti hæreditatem non aditam, remedium est, quòd hoc dicat, quia quod non est transmissibile fit transmissibile ex voluntate testatoris, vt per Bal. in l. j. col. ij. C. de his quæ ante aper. tab. iunctis not. per eum in c. Cumana. col. ij. de elect.

## CAUTE LA II.

Consilium à notario seruandum dum ab eo immixtionis scribitur instrumentum.

## S V M M A R I V M.

1. *Hæreditatis aditio est animi.*
2. *Hæreditas dicitur delata, quam quis adeundõ consequi potest.*  
Instrumentum immixtionis filiifamil. quomodo fiat. ibid. c. nu. 4.  
Filiifamilias maiores se suos heredes esse ignorare non debent.

**H**æreditatis aditio animi est. l. pro hærede. ff. de acqui. hære. & ibi gl. & ideo ex sola voluntate resultat aditio. licet per actus extrinsecos declarata non fuerit secundum commun. opin. ut patet ex relatis per Corn. consi. cccxij. Videtur in hac col. vlti. lib. iij. quare in ea re non spectamus veritatem, sed animi opinionem sequimur. Et qui tanquam volūtarius hæres adit, vel repudiat, cum sit necessarius, nihil agit, l. is qui putat. ff. de acq. her. & propterea ibi dicit Bar. quod quando redigitur in scripturam immixtio filiisfamil. **C**autus debet esse notarius, † ne scribar Titius sciens hæreditatem patris sibi delatam esse illam adiuit, quia delata hæreditas dicitur quam quis adeundo consequi valeat. l. delata. ff. de verb. sign. & filiusfamil. non potest adeundo acquirere patris hæreditatem, cum dominus censeatur etiam viuo patre, & administratio sola transire videatur in filium, ut not. in §. sui. inst. de hære. qual. & differ. & in l. in suis. ff. de lib. & posth. Sed scribar notarius quod Titius filius. Semproni sciens patrē defunctum, & se suum hæredem esse, hæreditati paternæ se immiscuit. Ias. in d. l. is qui putat. dicit hoc dictum esse mirabile. Sed Bal. in l. potuit. q. vij. C. de iur. delib. dicit id ridiculum esse, quoniam verba improprie accipienda sunt, ut actus valeat. l. in fulam. ff. de præf. verb. & verbum delata, est verbum commune. l. si infanti. & l. cum in antiquioribus. & l. si. §. cum igitur. C. de iur. delib. & contra Bar. tenet etiam Pau. de Cast. in d. l. is qui putat. Alexand. ibi sequitur opin. Bald. præterquam in muliere minore & rustico. hi enim non præsumun

sumuntur scire iura. prout no. gl. in §. j. ver. sciens. in auth. de incest. nup. Maiores † natu filiisfa. se suos esse hæredes ignorare non debēt. l. leges. C. de legi. Tollendæ tamen quæstionis gratia seruanda est doctrina Bar. quam commendat, & memoriz commendandam esse dicit Ias. in d. l. is qui putat. Planè † ad tollendam dubitationem supra scriptam, remediū est, quod post verbum adiuit, adiiciatur, & se immiscuit: nam propter hoc verbū sustinebitur actus, ut patet ex dictis per Alex. consi. cxxvj. Viso processu. lib. vij.

## C A V T E L A III.

Quo remedio liberis quibus non datur quere la inofficiosi testamenti, nec bonorum possessio. contra tabul. succurratur.

## S V M M A R I V M.

1. *Militum testamenta valent non obstante uitio præteritionis.*
  2. *Regia manus, qua olim omnia expediebantur, etiam hodie habet uigorem.*
- Querelam uel contra tabulas non habentes possunt iudicis officium implorare, ut aliquod uite subsidium habeant ex bonis defuncti.*

**I**vre nostro † permillum est militibus præterire filios, & sine causa eosdem omni successione priuare. l. de inofficioso. C. de inof. testa. Idè quoque licet filiisfa. habentibus castrense vel quasi castrense peculium. Nam contra eorum testamenta parentes non habent inofficiosi querelam. l. fin. cod. titul. Filiis quoque naturalibus tantum præteritis vel exhæredatis à patre, non competit querela inofficiosi testamenti, vel bo-

norum possessio contra tabulas, quoniam contra voluntatem patris non succedunt. glos. not. in l. j. in versu. naturales. ff. de bono. poss. contra tab. & ibi Bartol. cum allegatis per Alexand. consil. lxxiij. Viso processu. in fin. li. ij. & per Cur. consil. xij. Statuto lanua. col. v. & consil. lxxiij. Super memorata. col. xvj. Sed vt filij & parentes, qui de iure ciuili excluduntur à querela inofficiosi testamenti, vel bonorum possess. contra tab. ex bonis parentum vel filiorum, aliquod vitæ subsidium habeant, remedium est, quòd implorato superioris officio petant sibi tantum ex dictis bonis assignari quantum conueniat æquitati naturali, l. icripto. ff. vnde libe. Quæ quidem æquitas, & si non pariat actionem, tamen executionem habet manu regia, qua omnia expediebantur antequam iure ciuili actiones componerentur, l. ij. ff. de ori. iur. Quod remedium remanet, & illius perfugio etiam hodie vbicunque æquitas suadet vt possumus, quamuis à iure humano omnis sublata sit actio: vt per Cin. in l. rescripta. col. ff. C. de preci. imper. offer. & hoc remedio experies consequi poterit quantum æquum videbitur: vt per Alexand. consil. cxliij. Animaduertis diligenter. col. fin. lib. vj.

## CAUTE LA III.

Quo remedio contra testamenta metu vel dolo facta, succelluris ab intestato succurratur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legitima supplementum petere possunt filij, qui sunt in aliquo hæredes instituti.
- 2 Dolo alterius si quis fecerit testamentum datur actio

& ex

De acqui. vel repud. hæredit. 395

& exceptio ad rescindendum testamentum his, qui ab intestato succedunt.

- 3 Hæres institutus non uoluntate testatoris, sed instigatione seu minis suis carebit hæreditate.
- 4 Blanditiis licet alium allicere ad testandum.

**I**nterdum accidit testatores facere testamenta instigationibus, insidiosisque suasionibus aliorum, & hæredes instituere quos non decet, posthabitis consanguineis, quibus magis hæreditas relinquenda erat pro conseruanda dignitate familiaris. Et liberis quidem remedium prodictum est, vt querela inofficiosi testamenti impias parentum voluntates subuertere valeant, l. iij. & iij. ff. de inoffi. test. Competit quoque eis pretio supplementi legitimæ si sint in aliquo hæredes instituti, l. omnimodo. C. de inoffi. testa. His autem qui ex lateribus sunt cognati non datur querela contra testamentum consanguineorum, nisi fratri contra testamentum fratris, qui turpem personam hæredem fecerit, l. si fratres. C. de inoffi. testa. ¶ Sed vt consanguinei testatoris hæreditatem auferant. quibuslibet non sui generis hæredibus dolo scriptis, remedium est, quòd actione de dolo vel in factum agant contra scriptos hæredes: ita notabiliter docet Angel. in dicta l. iij. & in l. fin. C. si quis aliq. testa. prohi. & Veronen. caute. lxxij. Licet. facit l. j. C. de per. bono. subla. lib. x. & c. sunt qui opes. xvij. q. iij. & opinio nem hanc sequitur Alex. in l. si fratris. C. qui testa. face. poss. ¶ Et si consanguinei possideant bona hæreditaria, tunc cõtra hæredes scriptos dabitur

ei

eis exceptio doli l. j. in fin. ff. de doli excep. vt per Iaso. confi. cxlj. Circa primam. col. ij. parte ij. Simili modo denegatur actiones ei, qui metu compulit aliquem ad faciendum testamentum, in quo ipse institutus est hæres, l. j. ff. si quis aliqu. testa. prohi. de quo. vide dicta per Barba. in c. j. colum. 4 v. de testamen. Et notandum est, quod si quis aliquem ad relinquendum sibi, & ad faciendum, vel mutandum testamentum prius factum blanditiis allexerit sui commodi gratia, non tenetur de dolo, & hæreditatem ac bona sibi relicta non iniuste retinet, l. fina. ff. si quis aliq. testa. prohi. & ibi doct. & per Dec. confi. ccccxc. Visis & circum spectis. col. ij. Si vero ad commodum alterius fecerit, præsumitur dolo malo mutatum siue factum testamentum, & competit actio & exceptio doli, d. l. j. in fin. ff. de dol. except. Distinctionis illa est ratio, quia utilitatem propriam querere non est dolus, l. quicquid. C. de arbi. tute. Si tamen verus dolus interuenerit, vt indigno hæredi possidenti potest à fisco hæreditas auferri. gloss. singular. in l. quoties. ff. de hæredi. instit. cum alleg. per Barba. in c. presbyter. de pecu. cleri.

## CAUTE LA V.

Quo remedio prouideatur ne hæres censeatur hæreditatem aduulisse per actus qui solent aditionem hæreditatis ostendere.

## S V M M A R I V M.

- 1 Hereditas ex quibus videatur adita.
- Aditio hæreditatis ex quatuor actibus demonstratur.
- 2 Hæres quomodo debeat protestare, ne intelligatur adire per aliquem actum futurum.

Prote

3 *Protestationis uerba hæredis debent concipi in tempus futurum.*

**O**Mnia quæ citra ius & nomen hæredis fieri nequeunt, gesta ab eo qui hæreditatem adire poterat faciunt, vt adita videatur hæreditas. l. pro hærede. §. Papinianus, ff. de acquir. hæ. vt ibi per Doct. & sunt quatuor quæ aditionem hæreditatis probant, videlicet actus acquisitus, actus translatiuus, actus possessiuus, & declaratio facta verbo, vt per Bald. consil. cccxiiij. Super eod. lib. ij. Quare intelligitur hæres hæreditatē adire si utatur frumēto, vino, alijsq; bonis hæreditariis, vel si quid ex bonis defuncti erogat, vel si hæreditariis creditoribus debitum soluat, aut à debitoribus solutionem recipiat, vt per Bartol. in l. gerit. ff. de acqui. hæ. & Alex. in l. j. C. de iur. delib. Sed ne hæres ex huiusmodi gestis hæreditatem adire videatur, & ne æri alieno obligetur si hæreditas soluendo non sit, remedium est, quod ab initio testetur se nihil gesturum animo aduulsi hæreditatem, d. l. pro hærede. & ibi Bart. & Iaf. l. & si quis. §. plerique. ff. de reli. & sump. fin. l. qui in aliena. §. si. ff. de acqui. hære. & ibi doct. & Paul. de Cast. & Alex. in l. ita tamen. §. si pater. in fin. ff. ad Treb. & protestatio debet præcedere, vt per Ludo. Rom. consil. ccxlvij. Primò dici potest. in fin. † Et ne per actus ex interuallo factos videatur à protestatione recessum, remedium est, quod 3 verba protestationis concipiantur verbis significantibus tempus futurum, vt si ita dicatur, N. protestatus est, quod si cõtingerit ipsum vllò vnquam tempore in futurum facere aliquem actum, quo posset

posset videri hereditatem adiuisse, per hoc nunquam intendet adire hereditatem, vt tenet Bar. & Ale. in d.l. qui aliena. §. fin. per l. si ita stipularus, j. ff. de fideiuf. faciunt not. per Doct. in l. non solum. §. morte. ff. de no. opor. nun. cum congestis per Feli. in c. cum M. Ferrari. col. ij. de consti.

## CAVTELA VI.

Quo remedio post præscriptum ius adeundi hæres possit hereditatem acquirere.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Hæritas adiri potest spatio triginta annorum. Ius omne perimitur spatio triginta annorum.*
- 2 *Filij possunt hereditatem adire paternam vel maternam non obstante lapsu triginta annor. ex capite unde legitimi.*
- 3 *Restitutio in integrum datur etiam extraneis, quibus ignorantibus lapsum est tempus adeundi hereditatem.*  
*Præscriptio xl. anno. an excludit omnem hereditatis additionem.*
- 4 *Restitutionis in integrum tempus est utile, & non currit, nisi à die scientiæ.*  
*Ignoranti non currit utile tempus.*
- 5 *Possessio bonorum & eius tempus datur etiam post lapsum xl. annor.*

**I**us adeundi hereditatem ac se immiscendi triginta annorū curriculo tollitur, l. fin. C. de edi. diui. Adria. toll. gl. in l. iij. ff. de acqu. her. Bar. Ang. & Pau. de. Cast. in l. filio præterito. ff. de iniust. test. glo. & Alex. in l. licet. C. de iur. dele. & in l. j. C. quan. non pet. par. Bal. consil. cccxvij. Domina. lib. ij. & consil. ccccl. Super primo. lib. iij. & opi. hæc

hæc communiter approbatur, vt dicit Alex. in d. l. licet. & Cuma. cōf. xxix. Quidam Gionterinus; Alex. consil. clxij. Viso processu. col. ij. li. ij. & Iaf. consil. xix. Præsentis. lib. j. Et ratione firmissima fundatur communis opi. Nam potestas adeundi est ius, l. si mater. C. de instit. & subst. & dicto temporis spatio ius omne perimitur, l. sicut. C. de præscrip. xxx. ann. Et sepe accidit fœminas excludi ab hereditate parentū ob negligentiam adeundi: permittentes bona materna à suis consanguineis possideri. Sed vt filij sic exclusi obtineant paternam vel maternam hereditatem, non obstante lapsu xxx. anno. remedium est, quod agnoscat hereditatē ex capite, vnde legitimi. Nam filij possunt succedere ex capite vnde liberi, à quo triginta annorum præscriptione exclusi admitti possunt intra alios triginta annos ex capite legitimorum. arg. l. j. §. sed videndum. ff. de suc. edi. vt per Alex. & alios Doct. in d. l. licet. Bar. consil. cxxvij. Quidam habuit. Corn. consil. lxx. Veniunt. col. penul. & vltima. lib. iij. cum relatis per Iaf. consil. xxxiiij. Ad motiua. col. ij. par. j. & est communis opinio, vt dicit Alex. consil. lxxxix. Viso puncto. col. ij. lib. ij. Pro extraneo autem cui ex testamēto vel agnato seu cognato cui delata sit hereditas idq; ignorauerit, & quoniam ab obitu defuncti xxx. anni fluxerint, ab hereditatis petitione ceciderit. l. hereditas. C. de pet. hered. remedium est, quod propter iustam ignorantiam ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur, aduersus præscriptionem in integrum restitutio petatur, quæ concedenda est, vt per Ful. cōf. lxxij. Fraciscus. in fi.

in fi. per doctri. Bar. in l. j. §. si quis propter. ff. de  
 iti. actūque pri. & comprobantur melius hæc ex  
 his quæ tradit Specu. in tit. de præscrip. §. j. versu.  
 Pone colonus. Ful. consil. lxxiij. Franciscus. in fin.  
 Alex. d. consil. lxxxix. col. iij. & est cōmunis opi.  
 vt dicit Soci in l. cū filius. §. in hac. col. v. ff. de  
 verb. oblig. & Alexan. consil. cvj. Perspectis. col.  
 j. lib. v. & Deci. consil. cccij. In casu. col. ij. Hoc  
 tamen remedium non prodesset contra præscrip-  
 tionem quadraginta annorum, quoniam illa ple-  
 nissimam securitatem parit, l. omnes. C. de præ-  
 scriptione. triginta anno. & hoc tenet Alexan. in d.  
 consil. clxij. col. iij. Soci. in dicto §. in hac. in fin.  
 & consil. clxiiij. Vifa bulla. in fine. Deci. consil.  
 29. Et pro tenui. & consil. cccclxxv. Iuridicam. ni-  
 si sit ecclesia quæ petat se restitui, vt per Dec. cōf.  
 xxxvj. Diligenter consideratis. in fin. faciunt scri-  
 pta per Socin. consil. cccxcix. Capio primum. cir-  
 ca fin. Notandum tamen est, quod beneficiū hoc  
 restitutionis in integrū non currit nisi à die scien-  
 tiæ, quia tempus quadriennij datum ad peten-  
 dam restitutionem in integrum est vtile à princi-  
 pio, l. fi. C. de temp. in integ. resti. vt per Bald. cōf.  
 ccxxvj. Quæstio. lib. ij. quod putat esse memoriz  
 commendandum. Alex. consil. cxvj. Perspectis. lib.  
 v. Et tempus vtile non currit ignorantī, l. vtile. ff.  
 quis ord. in bo. pos. ser. cum alleg. supra hoc tit.  
 cau. j. versu. sed & si maior. Et ita remedium hoc  
 dabitur, etiam contra præscriptionem quadragin-  
 ta annorum. si is qui petit restitui iustè ignorauit  
 hæreditatem sibi delatam esse, vt per Alexand. d.  
 consil. xxvj. Datur hoc casu post quadraginta an-

nos & alterum remedium hæredi, videlicet quod  
 petat bonorum possessionem, quia tempus peren-  
 di bonorum possessionem est vtile, & non currit  
 ei qui per singulos dies non scierit, & potuerit pe-  
 tere. tex. est apertus in d. l. vtile. & sequitur opin.  
 hanc Bal. consil. xij. Super eo. lib. j. Quare filia quæ  
 à successione parentum, donec supersint masculi,  
 lex municipalis excludi, etiam si post quadragin-  
 ta annos deficiant masculi, ad successionem ad-  
 mittetur, vt per Bartol. in l. fi. ff. ad Tertul. & est  
 communis opi. vt dicit Socin. consil. lxxij. In causa  
 vertente. col. j. lib. j.

## CAUTE LA VII.

Quo remedio prouideatur sequentibus in gra-  
 du vbi primus hæreditatem adire cunctatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Heres sequens in gradu hæreditatem adire non po-  
 test quandiu primus adire potest.
- 2 Hæredi cunctanti adire hæreditatem debet præfigi  
 terminus.
- 3 Filius datur anni spatium in adeunda hæreditate ad  
 deliberandum: ceteris uero tempus centum dierū.
- 3 Heres absens qui primum adeundi gradum tenet  
 quomodo excludetur.

Mors quomodo probatur.

- 4 Curator dari potest hæreditati iacenti, qui satisfaciat  
 creditoribus & exerceat hereditarias actiones.

Potestas t̄ adeundi hæreditatem xxx. tantum  
 annis durat, vt per Doct. in l. licet. C. de iur.  
 delib. & supra proximè diximus, & quandiu pri-  
 mus adire potest sequēs in gradu pro hærede ge-  
 nere non potest. & l. quandiu. ij. ff. de acq. hæ. &



sepe etiam is ad quem primo delata est hereditas  
 abest, & dubitatur an viuat, & hereditas iacet.  
 † Sed ne sequens in gradu diurnam moram pa-  
 riat, remedium est, quod presenti vel etiam ab-  
 senti terminus statuatur ad hereditatem aduen-  
 dam vel repudiandam. Nam termino lapsō pri-  
 mus intelligitur exclusus si non adierit, & sequens  
 in gradu hereditatē adire poterit, d.l. quandiu. Et  
 secundum Bart. in l. si quis instituatur. §. si. de her.  
 insti. & Alex. consil. xlvj. In causa & lite. lib. vij. Et  
 liberis quidē anni spatium aliis centum dierum  
 tempus dandum est ad deliberandū, & ad aduen-  
 dum vel repudiandū hereditatem, & si minus de-  
 tur. Bar. putat irritari processum per l. j. §. largius.  
 ff. de suc. edic. l. ij. ff. de iur. del. Glo. autē in d.l. quā  
 diu tenet terminum statui posse arbitrio iudicis.  
 & opi. hęc est communior vt patet ex relatis per  
 Alex. consil. iij. Videtur. col. ij. lib. ij. & Alex. ac Iaf.  
 in rub. C. de suc. edic. Et notandum est, q̄ si is qui  
 obtinet primū gradum sit absens, vt absens quoq;  
 excludatur, & aperiatur via his qui in sequenti sunt  
 gradu remedium est, quod à iudice absenti termi-  
 nus præfigatur & denuntietur ad domum in qua  
 is habitare consuevit, seruata forma legis muni-  
 cipalis dantis modum requirendi absentes, quo  
 termino lapsō intelligitur absens exclusus, & se-  
 quens poterit hereditatem adire, d.l. si quis insti-  
 tuatur. ad fi. vbi Bald. & Alexand. d. consil. iij. &  
 quod lapsus termini excludat à iure aduendi, te-  
 net etiam Iaf. in dicta rub. C. de suc. edic. & dicit  
 hoc probari forti tex. in §. cum igitur. In st. de bo-  
 no. pos. cum aliis per eum alleg. Et si dubiteretur an  
 absens

absens sit mortuus, remedium est, quod probetur  
 mors per luctum consanguineorum, vel per dili-  
 gentiam exploratorum missorum à iudice qui fa-  
 cta inuestigatione referat illum in rebus humanis  
 non inuenit vt ibi per Alex. col. iij. Et animad-  
 uertendum est, quando terminus præfigitur ab-  
 senti (vt supradictum est) quod detur amplius tem-  
 pas quàm si terminus statueretur presenti, & sit  
 terminus longior anno, vt docet ibi Ale. Et pen-  
 dente termino vt bona conferuentur, & credito-  
 ribus satisfiat, & hereditaria actiones exerceantur,  
 poterit dari curator hereditati iaceti, l. ij. ff. de cur.  
 bon. dan. gl. & Bart. in l. pen. ff. de bon. auth. iud.  
 pos. cum aliis allegatis per Ale. d. consil. iij. col. iij.

## CAVTELA VIII.

Quo remedio prouideatur heredi ne credito-  
 ribus ultra vires hereditarias obligetur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Heres tenetur ad debita hereditaria, etiam ultra vires hereditarias.
- Terminus ad deliberandum dandus est heredi dubitanti de viribus hereditatis.
- Heres beneficio inuentarij non tenetur ultra vires hereditarias.
- 2 Inuentarium, ut sit solenne, quæ requirat: & ibi nouem requisita notabilia.
- 3 Consuetudo potest minuere solemnitatem inuentarij, & mutare eius formam.
- 4 Præsumptio iuris & de iure tollitur confessione partis aduersæ.
- Filius non perdit legitimam per non confessionem inuentarij.

¶ *Heres compellitur habere ratum factum à defuncto. Inuentarij beneficio nõ cogitur heres habere ratam uenditionem defuncti, nisi quatenus ex hereditate lucrum sentiat.*

1 **A**D soluendum † debita hereditaria etiam ultra vires hereditarias tenetur heres, l. quarta dotis. ff. so. ma. Bal. consil. cclxy. Inuentarium. lib. iij & consil. lxxix. Super præmissis. li. iij. & per Alex. in rub. ff. de acqui. her. Sed ne temere adeundo heres damnũ patiatur si hereditas soluendo non sit, deliberationis remedium adinuentum est. Nam potest is cui delata est hereditas petere tẽpus ad deliberandum vt instrui possit an hereditas damnoſa sit, l. j. & l. Ari. ff. de iu. del. Sed hac via non effugiet heres quo minus creditoribus teneatur in solidum, l. si. §. sin autem. C. de iu. del. Secundum & tutissimum remediũ est quod heres adeat hereditatem cum beneficio inuentarij quo commodum consequetur ne ultra vires hereditarias ad soluendum creditoribus astringatur, d. l. fina. §. & si præfatam. Et † quia requiritur vt omnia capitula, d. l. si. obseruet heres vt hereditatem sine periculo adeat hereditatem aditurus cum beneficio inuentarij hæc seruet. Primò inchoet inuentarium intra triginta dies à die aditæ hereditatis: ab adita enim hereditate tempus currere incipit, d. l. si. §. si verò postquam. & ibi Bart. in d. l. sin autem hoc aliquis. Cuma. cõs. lxxij. Dominus Thomas. & hæc est communis opinio, vt post Alex. ibi dicit Deci. consil. dcxxxij. Consului. col. j. Ludoui. Roma. consil. lxxxiiij. Circa id. Secundo inuentarium perficiat intra trium mensium spatium,

tium, d. l. fin. §. cum igitur. vel intra annum si heres abfuerit, d. l. si. §. donec. Nec posset iudex tempus prorogare, quia delatio non respicit actũ per iudicem expediendum: vt per Bal. & Iaf. in d. l. si. Tertio omnia bona in hereditate inuenta, mobilia & immobilia etiam res defuncto commodatas in inuentario conscribi faciat, arg. l. & non tantum. §. si. ff. de pet. hered. iuncta d. l. fin. Quarto inuentarium scribatur manu publici notarij, d. l. fin. §. sin autem dubius. Quinto heres inuentario se subscribat dicens se omnia bona fide fecisse, d. §. sin autem dubius. & vt ibi dicitur si heres scribere nesciat vel impediatur, alter notarius adhibeatur qui pro herede subscribat. Sexto legatarij fideicommissarij & creditores ad id citentur, §. si verò absint. in auth. de hære. & fal. & assignetur eis certus locus & tempus, d. §. fin. & qui sunt certi vel facile possent certi esse, citentur nominatim, quo ad incertos generalis citatio sufficit, l. si eo tempore. C. de remis. pig. auth. si omnes. & ibi Doct. C. si vt hered. ab hæred. se absti. c. si. & ibi Gemi. & alij de elect. libr. vij. Septimò adhibeantur duo testes qui heredem cognoscant, d. l. fin. & non sufficit testes esse præsentis ad videndum scribi inuentarium, sed oportet res omnes coram testibus adhiberi, vt euidẽntus de bona fide heredis appareat: vt per Bari. & Iaf. in d. l. fin. Et si absentes legatarij vel creditores sint tres, alij testes adhibeantur, & oportet testes esse bonæ conditionis & famæ, & locupletes, d. §. si verò absint. & per Bart. consil. cliij. Martius. in fin. Octauò in principio inuentarij manu hære-

dis ponatur venerandum signum crucis, d. l. fin. Omisio tamen huius solemnitatis quasi leuis sit non vitiat inuentarium, secundum Alexand. ibi. per l. j. §. fin. ff. de ven. inspi. Cautius tamen est hoc signum apponere per ea que scribit Bal. consil. cccclxxxiiij. Queritur an signum. lib. j. & de iure facile possit iustineri contraria opin. Nam signum crucis preponi debet in inuentario, vt memoria & metu diuini numinis heres in inuentario faciendo nil fraudis admittat, arg. l. qua sub conditione. ff. de condit. instit. & hoc quidem maximum est & non leue remedium, l. j. ff. de iur. iur. Non est igitur leuis solemnitas qua tali ratione munitur. Nam leuis solemnitas dicitur que caret ratione: vt per Bald. in l. hac consultissima. col. ij. C. de testa. Alexand. consil. cxlj. Viso testamento. col. vlt. lib. ij. & Socin. consil. xv. Visis predictis. col. xv. versi. Ad quintum argumentum. lib. j. Nam memoria diuini timoris presumi facit quod heres propriae salutis nullum commodum anteponat, l. fin. C. ad legem Iuli. repe. facit. l. rem non nouam. C. de iudi. Nono heres protestetur se in inuentario scribi fecisse omnes res quas sciuit esse defuncti, & si alia ad eius notitiam venerint illas inuentario addendas se curaturum esse profiteatur. Angel. in l. j. §. hec stipulatio. ff. si cui plusquam per legem fal. Bald. & Ias. in d. l. fin. Sit quoque cautus heres vt inuentarium totum faciat scribi manu eiusdem notarij, & coram eisdem testibus, aliter inuentarium non valeret, d. §. si vero absint. cum glof. Quare commodius est vno contextu inuentarium fieri, quia facile iidem testes

testes diuersis temporibus non poterunt adhiberi. Cautius quoque erit facere inuentarium presente iudice, & cum eius decreto. Nam tunc tanta fides inuentario adhibebitur vt ex eo possint hereditarij debitores conueniri, l. chirographis. ff. de admi. tut. Spec. in d. §. fin. ver. quid si heres. Scire tamen oportet valere consuetudinem inducentem aliam formam inuentarij faciendi, & sufficit eam seruari, arg. l. ij. C. quemadmo. test. ap. Bal. & Ias. in d. l. fi. Quod tamen si heres inuentarium non fecerit, ne ultra vires hereditatis teneatur, remedium est creditoribus agentibus facere positiones, quod in hereditate erant res tales & non plures tantae aestimationis, & non pluris. Nam si pars aduersa confiteatur, non poterit heres adstringi ultra aestimationem hereditatis, secundum Alexand. in rub. ff. de acquir. hered. quia contra presumptionem subtractionis admittitur probatio per confessionem partis aduersae. glof. in §. illud. in authen. de aqua. dot. iuncto. §. sancimus. in auth. de her. & fal. & hoc sequitur Iason in l. j. §. si is qui quadringenta. ff. ad Trebel. Item pro filio remedium est, quod deducat legitimam quam non perdit per non confessionem inuentarij, secundum communem opin. vt patet ex dictis per Lauren. Calc. consil. xxxvj. Tota ista questio. Item notandum est quod heres factum defuncti ratum habere compellitur, ideo si defunctus heredis fundum vendiderit non poterit ipse heres contractum venditionis infringere, l. cum a matre. C. de rei vendi. l. venditrici. C. de reb. alie. non alie. Sed vt heres possit vendicare rem suam a defuncto venditam.

remedium est, quòd inuentarium faciat. Nam beneficio inuentarij non cogitur hæres habere ratam venditionem, nisi quatenus ex hæreditate lucrum sentiat: vt per Bar. in l. cum vir. ff. de vsuc. & per Doct. in d. l. fi. §. in computatione. & Alexan. consil. xxx. Visis dubitationibus. col. j. lib. vj. Fulg. consil. lxxvij. Paterfamilias & Ias. consil. vij. Vertitur controuersia. col. ij. lib. iij.

## CAVTELA IX.

Quo remedio hæres ab inuentarij beneficio excludatur.

## S V M M A R I V M.

1 *Hæres non astringitur ari alieno ultra vires hereditarias factio inuentario.*

*Compromissum habet instar iudicij.*

*Nouatio utrum indicetur per compromissum.*

2 *Terminus datus heredi ad proponendum omnes exceptiones excludit eum à beneficio inuentarij.*

1 **I**nuentario factio, certi iuris est hæres ari alieno ultra vires hereditarias non astringi, l. fi. §. & si prefatam. C. de iur. deliber. Sed vt hæres inuentario non iuuante insolidum teneatur, remedium est, quòd inducatur vt faciat compromissum. Nam hæres si ex sententia arbitri condemnatus fuerit beneficio inuentarij non vretur, quia compromisso intelligitur facta nouatio, arg. l. cum hereditas. ff. ad Treb. ita tenet Ange. consil. xxx. Viso laudo. col. pe. Aret. consil. cxlvij. In questione proposita col. pen. Deci. consil. ccc. Visa petitione. col. ij. Mihi autem semper displicuit opinio hæc, quoniam hodie nunquam intelligitur facta

facta nouatio, nisi expressè id actum sit, l. fi. C. de noua. Et quia compromissum habet instar iudicij, l. j. ff. de arb. Et si à iudice hæres condemnatus esset, etiam post sententiam & rem iudicatam, inuentarij beneficio non careret secundum communem opin. vt dicit Alex. in l. ex diuerso. §. fi. ff. sol. ma. Præterea si qua nouatio fiat per compromissum non est nouatio extinctiua primæ obligationis, sed illi accumulatur. Spec. in tit. de arbi. §. sequitur. vers. item quæro. & Ias. consil. clxvij. In causa & lite. col. ix. Ad tollendam tamen questionem sit cautus hæres compromittens, vt dicat citra nouationem, & saluo beneficio inuentarij. Secundum remedium ad excludendum hæredem à beneficio inuentarij, ne illo post sententiam possit vti, est quòd actor faciat hæredi terminum statui ad opponendum omnes & quascunque exceptiones dilatorias, peremptorias, & anomalas, quo casu exceptio inuentarij non opposita in termino prefixo à iudice vel ab arbitro, non poterit post rem iudicatam ab hærede proponi. arg. c. pastoralis. de exce. ita tenet Bal. in l. ab exequutio. col. pe. C. quo app. non recip. cuius dictum sequitur & singulare dicit Ale. in d. l. ex diuerso. §. fi. Hæres ergo sit diligens in opponendo intra terminum si contingat creditores hoc consil. vlt.

## CAVTELA X.

Quo remedio vti debeat filius volens, retentis bonis emphyteoticis, abstinere à successione paterna.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Emphyteotica retinere potest filius repudiata patris hereditate.*
- 2 *Filius nisi fuerit heres, non admittitur ad stipulationem factam filiis & heredibus.*
- 3 *Renuntians hereditati, & bonis paternis, intelligitur etiam cedere bonis emphyteoticis.*

1 **P**otest filius repudiare patris hereditatem retentis emphyteoticis bonis, cum pater sibi & filiis emphyteosim stipularus esset secundum Di. quem refert & sequitur Bar. in l. item videndum. §. ff. de peti. hered. Sit tamen cautus filius antequam emphyteosi se immisceat, quod perlegat, ac etiam intelligat tenorem instrumentorum, quæ super contractibus emphyteoticis facta sunt. Nam si stipularus sit pater sibi filiis & heredibus possidendo emphyteotica, videretur hereditati se immiscuisse filius, & ad æs alienum hereditarium soluendum obligatur. Nam stipulatione sic concepta emphyteosim habere non potest qui non sit heres, vt per Bartol. in l. vt iuristurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib. Alexand. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de liber. & posthu. cum aliis per eum allegatis. consi. xix. Super eod. col. j. consi. cxxix. Pertpectis. lib. v. vbi testatur opinionem hanc esse communem. & sequitur Ias. in l. si post mortem ff. de lega. j. & consi. lvij. In causa. col. j. & ij. cum allegatis ibi per eum lib. j. Quod tamen limita vt non procedat, quando emphyteosim pater accepisset pro se filiis & heredibus masculis. Tunc enim etiam si non sint heredes, admittuntur ad emphyteosim eius liberi, vt per Deci. consi.

ccxxxix.

ccxxxix. Primo. col. ij. Item fit cautus qui renuntiat hereditati paternæ intendens emphyteotica retinere, vt renuntiet hereditati simpliciter, & non dicat renuntio hereditati, & bonis paternis. Nam renuntians bonis paternis intelligitur renuntiare etiam emphyteosi, secundum Specul. in titul. de loca. §. nunc aliqua. nume. 156. & Ias. in authen. vnde si parens. colum. ij. C. de inoffi. testamen. argu. l. rem in bonis. ff. de acquiren. rerum domi.

## CAVTELA XI.

Quo remedio sustineatur aditio facta ex secundo testamento inualido, cum ex priore testamento adeunda fuisset hereditas.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Hereditatis aditio ex secundo testamento viribus caret, licet hereditas adiri potuisset ex priore testamento.*
- 2 *Clausula omni meliori modo, operatur ut actus valeat eo modo quo valere potest.*  
*Error non nocet in hereditatis aditione uirtute clausule, omni meliori modo & c.*

**S**i quis putans secundum testamentum valere, cum viribus careat & ex eo adeat, aditio non valet, quamuis in priori testamento valido fuerit idem heres institutus. l. Clodius. ff. de acquir. hered. Et qui ex parte institutus insolidum adiret putans se solum heredem, nihil ageret. l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit. ff. eod. tit. Et ideo moriens ad heredes eius hereditatem non transmitteret. l. j. §. in nouissimo. C. de cad. tol. Sed vt errore non vitietur hereditatis aditio,

reme

remedium est, quòd instrumento aditionis inseratur clausula omni meliori modo &c. quæ operatur, vt actus sustineatur omni meliori modo quo potest. Bal. & Imo. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. & error nõ nocebit, vt per Card. & Imo. in c. ex literis. de offi. deleg. & Per. de Ancha. consil. cciiij. Et themate prædicto. & per Deci. consil. xiiij. Consideratis his faciunt not. per Fel. in c. cum super. col. fi. de of. del. vbi dicit. quòd institutus hæres in duobus testamentis, si dubitet de viribus secundi, potest adire omni meliori modo quo potest, & valebit huiusmodi aditio. Sufficit ergo in genere scire delatam sibi hæreditatem, licet hæres dubius sit de iure deferente. facit l. qui iure ff. de mili. testa. quod Bald. non videtur considerasse dum contrarium tenuit consil. cxlij. *Quæritur. lib. iij.*

## CAVTELA XII.

Quo remedio possessor hæredem indignum ab hæreditatis petitione possit excludere.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Indignus hæreditate non potest exceptione repelli a possessore.*
- 2 *Indignus ut remoneatur ab hæreditate, debet cessio iuris à fisco impetrari.*

1 **I**S qui ꝑ possidet hæreditatem si contra agentem petitione hæreditatis vel familiæ ercis. iudicio excipiat, quòd est indignus hæreditate, vt puta si defunctû testari prohibuerit l. ij. C. si quis al. testa. proh. cum nota. per Bar. in l. si ff. eo. tit. & per Soci. consil. cv. Viso processu. lib. iij. vel quòd defuncti vxorem vel liberos occiderit, vel tacitam fidem

fidem de restituenda hæreditate incapaci accommodauerit vt sæpe accidit in his qui instituuntur hæredes ab habentibus filios spurios, vt per Bald. in l. si quis presbyter. C. de episco. & cler. & per Barba. in c. cum in officiis. col. vltim. de testa. exceptione non iuuabitur gloss. in l. his consequenter. §. j. ff. fam. erci. l. loci. §. competit. ff. si ser. ven. & opi. hæc communiter approbatur, vt per Corn. consil. cl. Circa presentem. in sup. lib. ij. Sed ꝑ pro eo qui possidet, vt possessionem retinere & aduersus indignum se tueri possit, remedium est, quòd ipse impetret ius à fisco, & valebit cessio, quamuis modico pretio possessori facta fuerit, l. per diuersas. cum ibi traditis per Barto. C. manda. Expeditque impetranti obtinere cessionem sub forma motus proprii. l. j. C. de pet. bonor. sublat. cum ibi not. per Doct. Et quando clerico successisset hæres laicus indignus vel clericus laico hæres esset, impetranda est cessio à fisco ecclesiæ vel imperij habita consideratione personæ proximæ, vt per Barba. in d. c. cum in officiis. in fi.

## CAVTELA XIII.

Quo remedio actiones hæredi competentes hæreditatis aditio non confundat.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Aditione hæreditatis confunditur actio hæredi competens.*
- Inuentarium facit ut actio non confundatur aditione hæreditatis.*

**S**I creditor ꝑ hæreditatem debitoris adeat, confunditur actio. l. Stichum. §. aditio. ff. de solu. Sed vt aditio non confundat actiones hæredi com

competentes, remedium est, quod heres inuentarium faciant. l. fi. §. si verò & ipse. & ibi Bartol. & ceteri Docto. C. de iur. deli. & per Roma. consil. cclxxvij. visis dubiis. Ac deinde separationem bonorum impetret, & de bonis defuncti pro modo quantitatis debita insolutum à iudice sibi assignari faciat. l. j. & l. fi. & ibi Bart. ff. de separati. & per Pau. de Caf. Alex. & alios Doct. in l. debito ri. C. de pact. & Inf. conf. 28. Quæritur. col. ij. li. iij.

## CAVTELA XIII.

Quo remedio etiam lapsò tempore agnoscent de bonorum possessionis hereditas iure ciuili adiri possit, vbi tantum bonorum possessio prætorio iure competeret.

## S V M M A R I V M.

1 Bonorum possessio non agnita non transmittitur ad hæredes.

Bonorum possessio agnoscitur coram iudice intra centum dies, uel intra annum, si sit ex liberis.

2 Bonorum possessio etiam hodie necessaria est in plurimis casibus enumeratis.

Bonorum possessio unde liberi etiam non agnita transmittitur ad hæredes.

3 Hereditas ex testamento facto coram iudice potest adiri de iure ciuili, etiam in casibus, in quibus regulariter necessaria est bono. poss.

1 **S**ic cautus is cui bonorum possessio datur in casu, quo solum bonorum possessio competit, vt non gerat se pro herede, neque hereditatem vilo modo tacite vel expressè adeat. Nam sic nihil ageret, & moriens bonorum possessionem non transmitteret ad hæredem, li. ij. §. acquirere.

quirere. ff. de bon. pos. cum relatis per Corn. consil. clxxvj. In præfenti. col. iij. lib. j. Sed coram iudice bonorum pos. agnoscat intra centum dies, vel intra annum si sit ex liberis. l. j. §. quod diximus. & §. largius tempus. ff. de suc. edic. iuncta l. fi. C. qui admi. vt per Corn. consil. clxxvj. In præfenti consultatione. col. iij. & iij. libr. ij. Planè plurimi sunt casus, in quibus etiam hodie bonorum possessio necessaria est. Et primus est, quando posthumus cuius natiuitate ruptum est testamentum, viuo testatore decesserit, nam scriptus hæres ex eo testamento non hereditatem adire, sed bono. possessionem secundum tabulas petere poterit. l. posthumus. ff. de iniust. testa. & ibi Docto. Bald. consil. ccj. Super his punctis. & consil. ccxv. Testamentum, lib. iij. & consil. cij. Præsupposito. libr. v. & Cor. d. consil. clxxvj. Secundus casus est vbi testamentum capitis diminutione infirmatum est, & mortis tempore testator ciuis Romanus & sui iuris inueniatur. §. non tamen. inst. qui. mo. testa. infir. Tertius casus est, quando heres sub conditione scriptus est. nam conditione pendente non potest hereditatem adire, sed bonorum possessionem petere potest. l. ij. §. si sub conditione. ff. de bon. pos. sec. tabul. tres hos casus ponit glo. in l. fin. C. vnde legi. Quartus casus est quando filius præteritus expressè testamentum approbat. Nam testamentum tunc iure prætorio conualefcit, d. l. posthumus. vbi gloss. & Barto. notant. Quintus casus est vbi furioso defertur hereditas, nam eo casu hereditas non potest adiri, sed curator furiosi bonorum possessionem petere potest.

poterit. l. fi. §. nos itaq;. C. de cur. fur. & per Alex. in l. cum heres. ff. ad Trebel. Et nihilominus si furiosus non respuerit, hereditas deuoluetur ad eos qui successuri erant, si furiosus in rerum natura non fuisset. l. heres furiosi. ff. de pet. hære. d. l. fina. §. itaque. & ibi Bartol. Sextus casus est quando institutio facta est sub conditione quam reficit prætor. l. facta. §. si in danda. ff. ad Trebel. Septimus casus est quando emancipatus est ritè peritus, id est cum adiectione causæ, rûc enim necessaria est bonor. possessio contra tabulas secundum Bartol. in authen. ex causa. col. viij. C. de libe. præte. per not. per gl. in §. exheredatos. in auth. de hære. & falc. Octauus casus est si patre præmortuo filius impubes hères institutus capiatur ab hostibus, & apud eos moriatur. Nam substitutus benignitate prætoris admittitur, & bon. possess. habet. l. pater. §. si ff. de capti. & post. re. & ibi Bartol. Nonus casus est, si filius præteritus lapsu anni exclusus sit à bonorum possessione contra tab. Tunc enim scriptus hères uolens succedere, bonorum possessionem sec. tab. peter. l. si impubes. §. si ff. de carb. edic. Decimus casus est si pupillus sit in loco longinquo, & ad eum tutor commodè non possit accedere. Nam si pupillo hereditas deferatur, poterit tutor pupilli nomine bonorum possessionem agnoscere, quauis ipse hereditatem adire non possit. l. potuit. cum ibi not. per glos. & Doct. C. qui admitt. Vndecimus casus est, si heres renuntiauerit iuri adeundi quod sibi de iure ciuili cõpetebat. Nam poterit nihilominus bonorũ possessionẽ petere, l. suum.

l. suum. C. de iur. deli. & ibi per Doct. Duodecimus casus est, quando testator testamenti tabulas incidisset, ut testamentum prius factum vires haberet. l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de bon. pos. sec. tab. Decimustertius casus est, si hères scriptus omiſſa causa testamenti ab intestato hæreditatem adiuerit. Nam substitutus pupillo tunc iuuatur ex titulo si quis omiſ. cauſ. testa. l. ij. vers. planè. cum glo. ff. de vulg. & pup. Ideo bonorum possessionem petere poterit, & cõprobantur prædicta ex scriptis per Are. in rub. insti. de exher. lib. col. pen. & vlti. vbi enumerat casus in quibus hodie bonorum possessio necessaria est, & per Doct. in d. l. fi. C. vnd. legi. In omnibus igitur casibus in quibus tantum bonorum possessio datur, frustra quis tanquam hères hæreditatem adit. Nam bonorum possessio petenda est, aliàs successio nõ transmittetur ad hæredes, nisi bonorum possessio competat liberis. Nam bonorum possessio vnde liberi, non agnita transit ad descendentes. l. j. C. de his qui ante ap. tabu. ut per Doct. in l. emancipata. C. qui admitt. & est communis opin. ut ibi testatur Alex. & in eadem sententia est idem Alex. consil. xx. Viso processu. col. iij. lib. j. Nouissimè ¶ sciendum est si testator velit ex suo testamento hæreditatem perpetuò adiri posse, nec corrũere vires testamenti, si intra præstitutum tẽpus agnita non sit bonorum possessio, vel si hères scriptus ex imperitia adeat vbi bonorum possessionem petere debeat, remedium est, quòd testamentum fiat coram eo qui habet merum & mistum imperium. Sic necessaria non erit bonorum



possessio, sed iure civili hæreditas adiri poterit, vt per Alex. post glo. & antiquos Doct. in l. omnium. C. de testa. & est communis opi. vt dicit Ias. in d. l. fin. col. vlti. C. vnde legi. vbi etiam sequens Bald. præsentia cuiuscunq; iudicis sufficere arbitratur.

## CAVTELA XV.

Quibus remediis tutus sit filius ne possidendo bona paterna hæreditati se immiscuisse videatur.

## S V M M A R I V M.

1 *Hæreditas intelligitur adita per habitationem domus defuncti.*

*Filius sit cautus ne uideatur se hæreditati immiscuisse, si perseverauerit habitare in domo paterna.*

2 *Hæreditatis aditio non ualet ignorata causa, ex qua quis possit hæres esse.*

*Ignorantia testamenti quando præsumatur in hærede suo.*

*Scire non dicitur, qui rei qualitates ignorat.*

3 *Filius sine periculo immixtionis potest retinere bona paterna sibi obligata pro restitutione maternelle dotis.*

4 *Inuentarium prodest hæredi, etiam si non fuerit factum aditionis tempore.*

**S**I filius post mortem patris paternam domum habitet, hæreditati se immiscuisse censetur. l. j. C. de repeti. hæredi. cum ibi not. per Doct. & per Deci. consi. ccccxcj. In casu proposito. Sed vt filius sine periculo præsumptæ immixtionis pro bonis maternis, vel pecuniis sibi debitis bona paterna detinere possit remediū est, quod mortuo patre illico protestetur se non animo immiscendi hæreditati paternæ, sed pro satisfactione sibi faciendâ

cienda ex bonis paternis se bona hæreditaria detenturum esse. l. sed & si quis, §. pleriq; ff. de relig. & sumpt. fune. Et si hæreditas indubitanter soluendo non sit ab hæreditate abstinere & cōfecto repudiationis seu abstentionis instrumento bona hæreditaria vacantia occupare poterit filius. Cautius tamen faciet si id autoritate iudicis exequatur cum descriptione rerum hæreditariarum, ne in controuersiam deduci contingat, an aliqua ex bonis hæreditariis ipse subtraxerit, vel quod in fraudem abstinerit ab hæreditate paterna, si post repudiationem sine iusta causa bona hæreditaria possideret. Tunc enim perinde teneretur hæreditaria debita soluere ac si hæreditati se immiscuisset: vt colligitur ex scriptis per Paul. de Cast. in l. seruum. §. fin. ff. de acquir. hæred. & per Alexand. consil. clxxxv. In causa & lit. col. j. lib. vj. Et † notandum est, quod filius bona paterna detinens non intelligitur se immiscuisse ex testamento, nisi illi notum fuerit patris testamentum. Quare filius qui à creditoribus paternis in ius vocetur, poterit se tueri, dicens se ab intestato immiscuisse, & immixtionem non valuisse, quia pater decessit. facto testamento, cuius notitia nunc primum ad ipsum peruenit, & propterea nunc eius animi esse vt neque ex testamento, neque ab intestato hæres esse velit. Nec enim ualet immixtio nec aditio hæreditatis si ignoretur ex qua causa succedi possit. l. si his qui. & l. in repudianda. ff. de acq. hære. cum ibi not. per Doct. Et præsumitur suus hæres non habuisse notitiam

testamenti. l. eius qui. ff. si cer. per. vbi Bart. & in l. cum hæres. ff. de lib. leg. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obl. vbi latius per Alex. potestque filius, si ignorauit testamentum patris iureiurando affirmare se ignorasse tenorem testamēti, & standum erit iuramento eius. Nam ea quæ animi sunt iureiurando probantur. glo. in §. alia. in sti. de actio. & gl. in l. si cui §. hisdem. ff. de accus. Bart. in l. Celsus. col. ij. ff. de vsucap. c. pastoralis. de excep. gl. in c. præsentium. de testi. & in c. si vero. ij. de sent. excom. cum aliis alleg. per Feli. in c. significasti j. de homi. Et si non possit filius iurare quod ignorauerit patrem fecisse testamentum, satis est quod iuret se ignorasse qualitates, conditiones, & modos testamenti: nam non dicitur factum scire qui facti qualitates ignorat. glo. in c. quanto. in ver. notorium. de tranf. præla. nec nocet qualisqualis notitia. glos. in cle. causam. in ver. plena. de elect. & melius probatur per glos. in c. concertationi. in ver. sciuerit de app. lib. vj. & ibi per Gemi. & fac. scripta per Iaso. consil. clxx. Super facto. col. iij. part. j. Et ita puto intelligendam esse doctrinam doctorum tenentium quod filius qui cohabitabat cum patre præsumatur ignorare patris testamentum, vt hoc sit verum respectu qualitatatum testamenti. Nam absurdum esset credere filios ignorasse simpliciter testatum patrem esse, nisi forte testamentum factum esset in occulto. l. semper. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam. cum omnes domestici scire præsumantur testamentum quod domi palam factum est. l. consensu. §. seruis. C. de repu. iuncta gl. in l. si tutor.

C. de

C. de peri. tut. c. j. de postu. præla. cum aliis alleg. per Barb. consil. v. Prima dubitatio. col. ij. libr. iij. Licet sola ratio consanguinitatis non sufficiat ad inducendam præsumptionem scientiæ testamenti. l. quoniam. & ibi Doct. C. de iur. deli. Et videtur prædictum remedium generale esse in omnibus qui ab intestato succedunt, vt licet gerendo pro hærede confiteri videantur se hæredes esse, tamen non est consequens vt magis ex testamento quàm ab intestato hæredes esse voluisse intelligantur, si dicant se non habuisse notitiam testamenti, seu qualitatatum eius. arg. d. l. quoniam forem. cum ibi. no. per Doc. Et ante apertum testamentum præsumitur ignorantia, d. l. cum hæres. Et hodie quilibet hæres adire potest nõ apertis tabulis testamenti. §. in nouissimo. C. de cad. tol. & in extraneis tantum hæredibus; id est non succedentibus iure sanguinis, videtur procedere præsumptio; quod sciuerint se scriptos hæredes postquam adiuerint, cum aliter hæredes esse & adire non possent, l. sed & si de sua. ff. de acq. hære. Filij verò seu legitimi hæredes scripti, cum possint etiã ab intestato succedere, nulla necessaria consequentia videntur ex testamēto hæredes esse voluisse, cum liceat omissa causa testamenti ab intestato possidere, licet succurratur his qui aliquid percepturi fuerat ex iudicio testatoris, l. j. ff. si quis omif. cau. test. Verior tamen videtur opin. quod ei cui notum erat testamētum factum esse imputetur negligentia non inuestigandi qualitates testamenti, arg. c. innotuit. de elect. vt per Barb. in d. consil. v. col. ij. & per Alex. consil. iij. Videntur. col.

D d 3

- 3 viij.lib.ij. Si tamen filius habeat obligata bona paterna ex causa restitutionis dotis maternæ, tutus erit si dicat iure hypothecæ bona sibi obligata tenuisse: vt per Doc. in d.l.j.C. de rep. hæred. Et hoc præsumetur, quia id erat sibi vtilius. Nā quisque præsumitur actum facere velle eo modo qui ipsi vtilior est, l.j. ff. de sol. l. iij. & ibi Bar. ff. de mil. test. & per Alex. consil. clxxij. In causa & lite. col. iij. li. vj. Quod tamen si filius vel extraneus hæres non facta protestatione aliqua se immiscuerit vel pro hærede gesserit, sit cautus, vt intra triginta dies inuentarium inchoet, & aduersus creditores tutus erit, d. l. ii. §. sin. verò. C. de iur. delibe. Paul. de Cast. consil. ccx. Passus. de quo quaritur.

## CAVTELA XVI.

Quo remedio filia præterita, quamuis ab intestato nequeat succedere, succurratur.

## SVMMARIVM.

- 1 Præteritione filia sicut filij rumpitur patris testamentum.
- 2 Soror habito fratris consensu admittitur ad impugnandum testamentum, in quo sit etiam extraneus institutus.

*Beneficium esse venale non abhorrent iura.*

- 1 **N**on minus præteritione filia quam filij (secundum ius Romanorum) parentis testamentum rumpitur, l. maximum vitium. C. de lib. prære. Verum statuta ciuitatum plerunque feminas excludunt à successione parentum, quandiu super sint masculi: idque iuri diuino consentaneum est. Nu. 127. Et vbi lex municipalis filias à successione parentum ab intestato excludit, filia præterita

rita non rumpit testamentum. Sua enim non interest rem reduci ad causam intestati, l. j. §. fin. ff. si. tab. res. nul. extra. Et ideo non auditur, l. ille. §. si de testamento. ff. ad Tre. Bal. cons. 36. Proponitur. lib. iij. Cuma. consil. cxxvij. Tengus in testamento. Sed vt filia præterita in quo frater eius & extraneus hæredes instituti sunt testamentum rumpere possit, remedium est, quod curet habere consensum fratris, vt ipsa ex ea parte quam consequuturus esset extraneus hæres vel ex minore portione succedere possit rupto testamento. Nam potest frater legis municipalis beneficio cedere, & consentire quod soror ab intestato succedat, l. iudex. ff. de mino. l. si quis in conscribendo. C. de pact. cum ibi traditis per Doct. Et consequenter, habito fratris consensu, soror ad impugnandum testamentum admittitur, cum ipsa inde consequutura sit commodum, vt patet ex dictis per Deci. in l. filia dotem. C. de colla. & Ludou. Pon. consil. clxxix. Amplissime doctor. & Barb. consil. liiij. Illud. col. viij. lib. iij. Nec potest cautela hæc infringi, quasi in fraudem frater consensum sorori accommodauerit. Nam iura non abhorrent interdum esse in alterius potestate, an alter successurus sit, & beneficium hoc etiam esse venale, l. filium. §. sed cum exhæredatio. cum glo. in ver. erit venale. ff. de bon. pos. contra tab.

## CAVTELA XVII.

Cautelæ seruandæ ab hærede scripto & actore, vel à possessore hæreditatis vbi testamento inserta est clausula codicillaris.

## S V M M A R I V M.

1 *Testamentum si non valet ut testamentū, vires codicillorū obtinet, si codicillaris clausula sit inserta. Hæres agere volens utrum ex testamento, vel ex codicillis deliberare debet cum peritis.*

2 *Electa una via non est regressus ad alteram.*

1 **T**estamentum † si non valet vt testamentum vires codicillorum obtinet si clausula codicillaris inserta sit testamento, l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicommi. libe. l. si patroni. §. fin. ff. ad Trebel. vbi per Docto. & per Bartol. in l. j. ff. de iureiur. cod. vt supra sepius dictum est. Veruntamen animaduertat agere volens ex vltima voluntate vt à iuris prudentibus certior reddatur priusquam agat an dispositio sustineri possit, vt testamentum. Nam qui ageret tanquam directo hæres ex testamento & succumberet propter vitium testamenti, non posset postea tanquam fideicommissarius hæreditatem petere, & redire ad ius codicillorum, quoniam vna via electa tollitur altera, l. fina. C. de cod. Et e contrario reus contra quem agitur ex vltima voluntate, sit cautus, vt ante litem contestatam agere volentem interrogari faciat vt rum ex testamento, an verò ex codicillis vel alia vltima voluntate agere intendat, vt vna via electa regressus ad alteram præcludatur. Quod si post litem contestatam interrogetur hæres scriptus, potest respondere se omne ius suum in iudicium deduxisse. c. Abbate sanè. de re iudic. libr. vj. Et reus qui non curauit ante litem contestatam hæredem super hoc interrogari stultus est, vt dicit Specul. in titulo de

tulo de instru. edi. §. compendiosè. ver. & nota quòd vltima voluntas. Et animaduerte quòd còsilio Speculatoris vtendum est tantum, quando actor obscurè ageret, & petitio eius tam ad testamentum, quàm ad codicillos aptari posset. Alioqui si ex testamento vt hæres ageret si dispositio non valeret nisi iure codicillorum & fideicommissi, reus incautus esset interrogationem eiusmodi faciens ante litem contestatam. Nam instrueret & petitionem emendare aduersariū præmoneret, cum antequàm fiat litis contestatio liceat mutare libelli formulam, vt tenet Paul. de Cast. in d. l. si. quoniam ante litem contestatam non dicitur quis agere, sed agere velle. glo. in l. si posteaquam. ff. de pec. vt per Bal. & Alex. in d. l. si. faciūt copiosè tradita per Doct. in l. edita. C. de eden.

## CAVTELA XVIII.

Quibus remediis corroborentur renuntiationes mulierum, & conuentiones ex testamento dependentes.

## S V M M A R I V M.

1 *Fœmina pariter & equaliter cum masculis succedunt de iure communi.*

*Hæreditas semel adita repudiari non potest.*

*Sororis renuntiatio fratri circa bona paterna quomodo fiat. ibi. & nū. seq.*

2 *Renuntiatio eorum, quæ ex testamento deferuntur ignoratis verbis testamenti non valet.*

3 *Iuramentū an confirmet remissionē eorū, quæ delata sunt ex testamento, ignoratis verbis testamenti.*

**V**bi seruetur ius commune masculi, & fœminæ pariter æqualiterque succedunt, l. maxi-

mum vitium. C. de lib. præ. Et si femina postquam pro hærede gessit seu hæreditati se immiscuit eam repudiat in gratiam fratris facto repudiationis instrumento nihil agitur, quoniam hæreditas semel agnita repudiari nõ potest, l. sicut. C. de rep. hæ. Sed profuturus fratris modus est, quod soror cedat & donet ipsi fratri omne ius quod habet seu habere sperat in bonis paternis, vt per Paul. de Cast. & alios Doct. in d. l. sicut Bal. conf. ccciiij. Punctus talis est. lib. j. & cõf. cxliij. Statuto. hb. ij. Fulg. conf. c. j. Testator. & Dec. cõf. xiiij. Diligenter consideratis. col. vlt. ¶ Item notandum est, quod si soror fratri faciat generale pactum ne petat aliquid ex testamento, vel ab intestato de bonis paternis & maternis, non nocet pactio quo ad relicta in testamento, quia lex pro forma requirit fieri expressam & specialem mentionem eorum quæ relicta sunt in testamento, vt pactum valeat, l. de his. ff. de transact. Nec sufficit in genere cogitatum esse vbi lex specialiter quid exprimit statuit. arg. c. qui ad agendum. de proc. li. vj. cum relatis per Soci. consil. cclxxxiiij. Eleganter. Nec sufficit notarium scribere certior facta à me notario & c. c. quoniam contra. de prob. vt per Fed. de Sen. consil. cxcix. Quærit. ¶ Sed vt pactum vires habeat, remedium est, quod in instrumento inferantur verba hæc, visis & inspectis seu auditis interpretatis, & plenè cognitis verbis & tenore testamèti, secundum Bar. Ange. in d. l. de his. & Ang. in l. tres fratres. ff. de pact. & Bal. cõf. cccxcij. Anno. li. j. Barb. cõf. xlvij. Illud. col. pe. li. j. & Ful. consil. lxxxiiij. Bonaccursius. Expedit quoque ad

cor

corroborandum pactum huiusmodi, instrumento inferi clausulam hanc, promisitque non vti beneicio, l. de his. ff. de transac. aut exceptione doli conditionis indebiti, & sine causa, aut quocunque alio legu & iuris auxilio. Nam verba hæc omnem omnino actionem & exceptionem elidunt, vt per Bar. in aurb. mari. & auic. C. quã. mul. tut. of. fun. pos. Subindèque adhibeatur iusiurandum. nam licet simpliciter pacto tolli nõ possit. d. l. de his. quia est prohibitoria per no. per gloss. in l. j. C. ne fide. dot. dentur. Attamen iuramento vires assumit pactio. c. cum contingat, de iureiu. secundum Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in §. porro. in fi. Bal. in l. antiqua. §. fi. C. ad Velleia. cum relatis per Alex. in l. qui Roma. §. duo fratres. circa v. q. Bartol. ff. de ver. ob. & in consil. xj. Viso ac vt oportet. libr. ij. & consil. cxiiij. Viso instrumento. lib. vij. & per Corn. conf. ccxlvij. Bona via. li. iij. Tutius tamen est specialiter mentionem facere scientiæ & cognitionis relictorum in testamento ad euitandam dubitationem, propter opi. eorum qui putant etiam iuramentum non prodesse contra d. l. de his. quos refert & sequitur Soc. cõf. 214. In causa Honofrij.

## CAVTELA XIX.

Quibus remediis cõtra pacta & cessiones iuris sui læsis mulieribus succurratur.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Fœmina, quæ causa masculorum cedit hæreditati quando regressum habeat deficientibus masculis.*
- 2 *Pactio potest ius successions r. seruari.*  
*Renuncians potest sibi reseruare regressum.*
- 3 *Mulier renuncians successioni si prius clam fuerit pro*

*protestata se non sponte renunciaturam, frustra renunciat. & nu. 6.*

*Protestatio clam facta quando iuuet protestantem.*

4 *Iuramentum non firmit pactum ubi est enormissima lesio.*

*Absolutio à iuramento debet ante omnia peti per mulierem lesam licet in renuntiatione.*

*Iniuria non fit scienti & consentienti.*

5 *Iuramentum supplet defectum insinuationis. Remittere est donare.*

6 *Iuramentum posterius non tollit vim prioris iuramenti.*

1 **S**I mulier parentis hereditatem repudiauerit, nullum ad eam amplius habebit regressum nisi in casibus, l. fi. C. de rep. here. Ideo deficientibus quoque linea masculina ad hereditatem semel repudiatam redire non poterit. Sed ut masculis deficientibus mulier regressum habeat ad suam portionem hereditatis, remedium est, quod in instrumeto repudiationis seu cessionis scribatur, quod propter fratres & contemplatione agnationis repudiavit hereditatem & cessit ac donauit masculis ius suum. Nam vi huiusmodi verborum donatio & remissio intelliguntur habere vires donec res in eodem statu maneat, l. quod Seruius. ff. de condi. ob cau. & quum defecerit linea masculina mulieri dabitur regressus. secundum Bal. & Pau. de Cast. in l. pactum. C. de colla. cum aliis relatis per Alexan. in l. stipulatio. colum. iij. ff. de verbo. oblig. Possert quoque mulier expressim sibi reseruare regressum cedens eo pacto, ut quando cuncti linea masculina defecerit cessio intelligatur inf-

cta &

cta, & saluum sit mulieri ius suum, deturque ei regressus ad actiones quas fratribus remisit. Nam potest pacto ius successionis reseruari. §. fi. insti. de legi. agna. suc. vt per Gemi. in c. quamuis. de pact. lib. vj. Et quoniam femine propter sexus infirmitatem fauore dignę sunt. l. ij. ff. ad Velleia. l. aliduis. C. qui potio. in pign. hab. bonum est remedia dare quibus ille aduersus caprosas remissiones actionum suarum se tueri possint. Quare si quando contigerit minis & meru mulierem impelli ad ius suum remittendum, cauta sit mulier, vt antequam cedat iuri suo, clam protestetur coram honestis personis & notario se non sponte, sed minis & meru compulsam, iuri suo cessuram esse. Et quodcumque ipsam cedere contigerit se non consentire neque consensuram esse, sed metu facturam esse quicquid contra propria comoda faciat. Nam premissa protestatione huiusmodi sequens remissio viribus carebit. c. j. de eo quod met. causa. Caurela hanc docuit Din. quem refert Barr. in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acqui. he. Et licet ibi Barto. & Alex. reprehendant Di. quia protestatio in actu pendente à voluntate duorum non adiuuat protestantem nisi protestationi pars quoque altera consentiat. l. fi. §. & si prädixerit. ff. nau. caup. stabu. Attamen opi. Din. vera est quando mulier protestatur clam, quia palam non audet protestari. l. ij. C. de his qui propter met. iudi. non ap. vt per Pau. de Cast. in d. l. qui in aliena. §. fi. faciunt not. per Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi pratori. ff. de noui oper. nun. cum aliis relatis per Soci. consil. cclxij. Capio primū. col. iij.

4 iiii. Post factam autem remissionem ex qua mulier enormiter læsa sit, si iuravit, remedium est, quòd ante omnia perat absolutionem à iuramento quæ indulgenda est ne iuramentum sit iniquitatis vinculum. c. & si Christus, & c. quanto, de iureiuran. gloss. in authen. quod eis. C. de nup. docto. in c. cum contingat. de iureiur. Paul. de Castr. consil. clxxv. Contra superius. j. par. cum allegatis per Alexand. consil. cccij. Visis. lib. vij. & per Cur. consil. xliij. Super contingentia. circa fin. Nam ex enormi & euidenti læsione præsumitur dolus etiam si celsio facta esset patri. l. si superstitite. C. de dol. cum relatis per Soci. d. consil. cclxij. colum. j. cum seq. Sciendū tamen est, quòd si in instrumento scriptum sit mulier sciens hæreditatis æstimationem sponte & ex certa scientia celsio & c. mulier contra pactum quasi decepta venire non poterit. Nam scienti & consentienti non fit iniuria, neque dolus. l. cum donationis. C. de transac. ita tenet Alexan. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. col. iij. per not. per Barro. in l. ij. C. de rescind. vendi. maximè si iurasset non contrauenire ratione enormissimæ læsionis, secundum D. Anto. in d. c. cum contingat. & Alex. in d. l. stipulatio. Nameo casu etiam minori succurrendum non est per relaxationē iuramenti, prout communiter teneri dicit Curt. d. consil. xliij. col. penul. Quæ sententia sequenda non est, quando non subessent verisimiles coniectura, quòd mulier sponte donare voluerit, secundum communem opinio. vt patet ex dictis & relatis per Dec. consil. ccclxxix. Requisitus. in fi. Et † si pretium

hæc

hæreditatis cui celsio mulier excederet quingentos aureos, celsio quatenus fit ultra quingentos reuocabitur defectu insinuationis omiffa. l. fancimus. C. de don. Nam remittere donare est. l. si quis delegauerit. ff. de noua. cum allegatis per Soci. consil. clxxxix. Viso testamento. col. j. & secundum quosdam defectus insinuationis non suppletur iuramento. arg. l. ius publicum. ff. de pact. & l. nemo. ff. de leg. j. ita tenet Lud. Rom. consil. xij. Viso facto. cum aliis quos videre poteris in subscriptione ad consil. Curt. lxvij. Circa hoc post præcedens consil. Barba. vbi dic. opin. hanc communiter approbari. Verior tamen & communior opi. est quòd iureiurando suppleatur insinuationis defectus: vt per Iaf. consil. cxvij. Contra donationem. j. par. ij. & consil. clxix. Duo testamenta. ij. par. & Laur. Calc. consil. xvij. Ad primum. in fin. Verum tñe iuramento tollatur defectus & vitium 6 insinuationis, remedium est, quòd ante celsionem & remissionem sui iuris mulier iuret se non remissionem esse ius suum. Nam si postea metu compulsa iuret non contrauenire dum remittit postorius contra prius iuramentum non operabitur actus firmitatem vt per glo. in c. licet de iureiur. lib. vj. & ibi per Phil. Frac. & per Ale. in l. Meuia. §. si. ff. sol. ma. Tutius tamen est, quòd mulier promittat cui magis libuerit bona sua nõ donare neque iuri suo cedere, & si cõtingat secus à se factū iri, voluit tñc haberi pro donatis eidē præsentī & stipulanti omnia ea quæ alteri in futurum donasse cõperta fuerint, & iuret se ita seruaturā. Sic enim proculdubio per sequentem donationē & remis-  
sio

tionem etiam iuramento firmatam prior actus in raturus non reuocabitur, & sequens remissio, cessio, & donatio, defectu insinuationis vitiabitur vt per Alex. consil. xvj. Ponderatis narratis col. iij. lib. iij. Constituaturque mulier se in dictum euentum nomine prioris donatarij possidere, vt donatarius prior possessionis iure sit potior. l. quoties, cum ibi late traditis per Ias. col. iij. vers. quinto principaliter. C. de rei vendi. & per. Dec. consil. cccxcviii. Visis his, & per glo. & doct. in l. ab emptione. ff. de pact.

## CAUTE LA XX.

Remedia quibus hæres possessionem bonorum expeditius nanciscatur.

## S V M M A R I V M.

- 1) *Posseſſio non tranſit in hæredem, antequam corpore ſit apprehenſa.*  
*Hæreditate adita tranſeunt in hæredem omnia iura præter poſſeſſionem.*
- 2) *Hæres poteſt authoritate propria nãciſci poſſeſſione.*  
*Posſeſſio dat alicui commodum non leue.*  
*Actore non probante reus abſoluitur.*  
*Posſidentis conditio eſt melior in re dubia.*
- 3) *Dominij probatio eſt adeo difficilis, ut quodammodo iudicetur impoſſibilis.*
- 4) *Petitio hæreditatis pro quibus rebus detur.*
- 5) *Hæres quibus remediis adipiſci poſſit poſſeſſionem.*  
*Hæredi petenti ſe mitti in poſſeſſionem hæreditatis, non poteſt opponi exceptio aliqua falſitatis vel nullitatis.*  
*Fideiçomiſſarius quonam modo poteſt petere ſe mitti in poſſeſſionem bonorum hæreditatis.*

6 Hæ

- 6) *Hæres poteſt petere ſibi dari poſſeſſionem interdictio quorum honorum.*
- 7) *Posſeſſionis utilitas quanta ſit.*
- 8) *Hæres miſſus in poſſeſſione non tamen ritè quomodo poſſit ſe tueri contra agentem de nullitate.*  
*ſpoliatus ante omnia reintegrandus eſt.*  
*Inſtrumentum teſtamenti, ubi habet executionem paratam, facit rem notoriam.*
- 9) *Veritatis amici eſſe debemus.*

**L**icet ¶ omnia iura ſtatim adita hæreditate in hæredem tranſcãt, poſſeſſio tamen hæredi nõ quæritur antequam corpore apprehẽſa ſit, l. cum hæredes. ff. de acqui. poſ. & ibi Doctõ. Et ſi alius poſſeſſionem rei hæreditariã occuparet, non incideret in pœnam, l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Nã loci vacantis poſſeſſio impunè occupatur. §. quod autè inſt. de vſuc. Bal. in l. ſi quis preſbyter. C. de Epif. & cle. cum aliis relatiſ per Barba. in c. cum in officiis. col. vij. de teſtam. Quare cauſus debet hæres eſſe, vt mortuo teſtatore illicõ bonorum poſſeſſionem apprehendat. ¶ Nam poteſt hæres poſſeſſionem propria authoritate nancifci: vt per alleg. per Deci. in l. fin. col. ij. C. de edic. di. Adri. tol. Et hæres ex poſſeſſione non leue commodum conſequetur. Nam poſt mortem eius, cui ſucceditur, ſæpe cõtingit dubitari, vtrum defunctus rei alicuius dominus fuerit, vel an ex ſua, an verò ex alterius pecunia bona quæſierit, & de qualitate bonorum, veluti ſi poſt mortè valli quæſtio ſit an bona ſint feudalia an libera. Et ſi defunctus erat prælatus eccleſiã poteſt in dubium

E e



reuocari vtrum bona emerit pecuniis ecclesiarum, an verò nummis propriis & lucris suis. Et si hæres negligens fuerit in accipienda possessione, quodocunque ager contra possessores in re dubia ipsum hæredem probare oportebit, l. ei qui dicit. ff. de prob. l. actor. C. eo. Si verò hæres nanciscatur possessionem agenti contra eum, onus probationis incumbet. Nam actore non probante reus absoluitur, l. qui accusare. C. de eden. c. j. vt eccle. bene. l. fi. C. de rei vend. glos. in c. j. verfi. debito. de eo qui mit. in pos. lib. vj. Rot. deci. xv. Si in causa. in no. Deci. consil. xcj. Diligenter. glo. in c. nulli. xij. q. v. cum aliis relatis per Bar. in c. vt vnusquisque. de pec. cle. & comprobantur hæc ex scriptis per Deci. consil. cccclxvij. Bene & consulte, in prin. vbi dicit hæredi esse salubre consilium quòd possessionem accipiat, & aduersarios petitores constituat, quia in re dubia melior est conditio possidentis. §. commodum. Instit. de interd. l. j. §. non autem. ff. de bon. pos. secun. tab. vbi Bar. cum aliis allegatis per Bar. in c. j. col. xvij. 3 de prob. Quod † si alius possessionem honorum occupauerit, potest hæres agendo rei vindicatione possessionem auocare ab eo qui possidet probando se dominum esse, l. in rem. ff. de rei vèd. quod nō facile est. Nā probatio dominij est adeò difficilis, vt quodammodo impossibilis iudicetur, l. cum res. C. de prob. cum no. ibi per gl. & Doct. & per Alex. consil. iij. Videretur. col. j. lib. ij. Et ob id iurisconsulti cōsiliū sequendum est, qui suadet potius eis remediis experiendum esse quibus quis

quis possessionem acquirat, vt necessitas probandi dominium in aduersarios transferatur, l. is qui. ff. de rei vend. Et prodita sunt infra scripta remedia quibus hæres possessionē nancisci possit. Et 4 primum quidem remedium est, quòd hæres agat petitione hæreditatis: nam in iudicio hoc probare sufficit defectum possedisse, vel detinuisse, & agentem hæredem esse. l. item videndum. §. si. cum h. seq. ff. de peti. hære. & ibi Bar. Ang. & alij doct. Et in hoc iudicium veniunt etiā feudalia, secundum gl. in d. l. item videndum. §. si. quam sequuntur Bar. & Ale. in l. si patroni. ff. ad Treb. limitado tamen, vt ibi per eos & per Ias. in prelud. feud. fol. 5. col. ij. & consil. cxxxvij. Reuocatur. ij. part. Secundum † & melius remedium est quòd hæres, ostenso iudici testamento, petat se mitti in possessionē rerum quas testator mortis tempore possidebat ex beneficio l. fin. C. de edict. di. Adri. tol. In hoc enim iudicio proceditur summam, nec disputatur de viribus testamenti, nec opponi potest exceptio nullitatis vel falsitatis, vel quòd testator esset vsurarius manifestus, vt per Bald. consil. cccxj. Quidā Thomas. li. ij. Nec oportet probare mortem testatoris nec res exprimere, & finibus demonstrare prædia, sed hæc in exequutione inuestigabuntur, quamuis magis expediat simul declarari quæ sint bona hæreditaria. Nā tantum requiritur, quòd scriptus hæres iudici compereti testamentum ostendat non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque suæ formæ parte vitiatum. d. l. fi. & l. ij. C. de edict. di. Adri. tol. & per

Alex. confi. cxxj. Visis omnibus. col. vlt. lib. v. Si tamen caurus hæres petens in possessionem mitti ex d. l. si. vt producat in iudicium originale scripturam, quoniam exemplum non probat scripturam originale omnis visibilis vitij suspicione carere, vt per Bar. in l. j. §. si quis in duobus. ff. de bo. pos. secun. tab. cum aliis relatis per Deci. in d. l. si. Sed vt producto exemplo testamenti intra terminum datum ad probandum hæres obtineat, remedium est, quod hæres post terminum quando-cunque ante decretum iudicis instrumentū, scripturā originali exhibeat, secundum Bald. in c. j. in prin. de fide inst. arg. l. si donatā. §. si sponsus. ff. de don. inter vir. & vxō. & sequitur opinionem hanc Deci. in d. consil. cccclxvij. col. vlt. Fideicommissarius verò qui effectu quodammodo hæres est. l. si filius fa. ff. quod cū eo. Cautus sit vt priusquam petat se mitti in possessionem ex beneficio d. l. si. petat verbo restitui hereditatem sibi. Nam si non obtēra verbali restitutione peteret se in possessionem mitti, succumberet, vt per Bar. consil. xcj. In quaestione. & Bar. Alex. & alios Doct. in d. l. si. vbi Deci. dicit opinionem hanc communem esse. Tertium remedium est, quod hæres interdicto quorum bonorum petat sibi dari possessionem bonorum quæ defunctus possidebat. l. j. ff. quor. bo. §. sequens. & ibi Are. in l. j. de interdi. & Barba. in c. cum in officij de testa. Caueat tamen hæres ne remedijs adipiscendę possessionis gratia, inuentis vtatur ad recuperandum possessionem bonorum quæ vt hæres prius possedit. glos. in c. j. de confes. lib.

lib. vj. vt per Alex. conf. clij. In causa & lite. libr. vj. Vtilitas remedium quę commemorauimus ad possessionem adipiscendam euidens est, quia in iudicio possessorio non obstantibus hæredis præsumptiones, si quæ ad probationem dominij aduersarium iuuare videantur, vt per Alex. in l. iure. ff. de acqui. pos. Præterea vtile est vt possessorijs iudicijs, quia in eis non exigitur plena probatio, vt per Barr. in l. j. C. quor. bon. & Gemi. con. cxxxvij. Super isto dubio. per c. ex insinuatione. de procur. & Alex. dicto conf. lxx. in fi. lib. vj. & conf. xcj. In causa. lib. v. vbi affirmat in iudicio possessorio ad probationem vnum testem eum actoris iuramento sufficere, per ea quæ ibi allegat, & in eadem opinione est in confi. cxvij. Viso processu. lib. ij. & comprobatur opin. hæc ex allegatis. per Feli. in c. veniens. j. col. iij. de testi. Deci. consil. lvj. In causa. col. j. Ex quibus apparet in contrarium non esse communem opinionem, quamuis id asseruerit sibi ipsi contrarius Alexan. consil. cxxxix. Circa primum. in fi. lib. vj. Præterea utilitatem nõ paruum sentiet hæres, si agat possessorio iudicio. Nam aduersarius eius succumbens appellando executionem impedire nõ poterit. l. j. vbi Doct. C. si de mo. pos. c. et qui appellat. de possessione. ij. q. vj. & ibi Doct. Specu. in titu. de app. §. in quibus. ver. sexto non appellatur. cum aliis relatis per Deci. consil. xxvij. Pro temporis angustia. vbi dicit opinionem hanc communem esse.

Est prætereundum non est quod si hæres obtulerit se mitti in possessionem ex beneficio d. l.

fi. C. de edict. diui Adri. tol. vel interdicto quorum bonorum, si non sit rite processum, poterit aduersarius dicere decretum nullum, & hac via retrahere missionem in possessionem. Nec enim id reperitur prohibitum in iudiciis possessoriis, ideo standum est regulæ qua permittitur sententiam nullam dicere. l. si expressim. cum ibi traditis per Bar. ff. de appel. l. j. ff. quæ sent. sine app. rescin. l. j. ff. de fer. clemen. j. de re. iudi. Bald. in l. j. col. j. C. ne lic. ter. pro. & in d. l. j. col. pen. C. si. de momé. pos. Et ita rescindi exequutionem factam ex decreto inualido hæredis aduersarius obtinebit. l. si cum nulla. ff. de re iudic. Bald. in l. tale pactum. § qui prouocauit. in repetitione. q. xij. ff. de pact. cum aliis allegatis per Alex. consi. ij. Consideratis his. lib. iij. & Deci. in l. j. col. ij. C. de bon. pos. sec. tab. & per Barb. conf. lxxxij. Illud. col. iij. lib. iij. & Iaf. consil. lxxvj. In quæstione. & consil. clxxxvij. Circa primum. j. parte. Sed vt hæres qui autoritate iudicis non rite procedentis in possessionem missus est defendatur in ea, nec ei noceat quòd decretum viribus careat, remedium est, quòd excipiat notorie constare de iniusta causa agentis, & petat missionem in possessionem confirmari. Et quatenus opus sit ex integro decerni, & repetat productionem testamenti, seu iterum instrumentum testamenti producat. Et sic hæres missus in possessionem, decretum confirmari, seu in possessionem mitti se nouo decreto iudicis obtinebit. arg. l. j. §. fin. ff. quæ sent. sine app. rescin. cum aliis allegatis per Alex. in l. si finita. col. pen. & vlt. ff. de dam. in fec. &

sec. & per Deci. consi. cxcj. In causa. col. vlti. Nec obstat si dicatur contra agentem remedio recuperandæ possessionis obici non posse aliquam exceptionem, neque contra eum reconuentionem super eadem re fieri licere. l. fin. cum ibi nota. per Docto. de ordi. cogni. Et spoliatum etiam autoritate iudicis qui non rite processerit ante omnia reintegrandum esse, l. meminerint. cum ibi nota. per Docto. C. vn. vi. c. conquerente. & ibi per Abba. de resti. spo. & per Philip. Franc. in c. licet. de præb. lib. vj. & per Petr. de Anch. conf. cxcij. Videtur prima facie. cum allegatis per Ale. consi. liij. In causa & lite. col. ij. lib. vij. & per Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. xj. ver. sexto nota. de consi. & in c. dilectus. col. j. de reseri. Nam responderetur, quòd spoliatus autoritate iudicis nõ reintegratur si proberetur quòd restituere eandem rem teneatur, & super hoc est habenda cognitio. glos. in c. presentium. vij. q. cum allegatis per Feli. in c. cum causa. col. j. de offi. deleg. Præterea esto quòd opinio contraria regulariter verior sit, tamen in casu proposito secus dicendum est, quia instrumentum testamenti habet exequutionem paratam. d. l. fi. C. de edict. diui Adri. tol. Alex. post Bar. in l. si cum dorem. §. eo autem tempore. col. ij. ff. sol. mar. Et instrumentum vbi habet exequutionem paratam facit rem notoriam, vt per Abb. in c. cum olim. de cens. & per Deci. consil. ccccxxij. Negari non potest. Ideo exhibitio ab hærede instrumento testamenti possessionem recuperare nitens exceptione, repellitur, vt per Corset. in tra-

sta. de potestate regia. q. lxxij. 35. limitatione. Nā etiam in prophanis per exceptionem notoriam omnino detrahentem iuri agentis & fundantem ius excipientis, spoliati restitutio impeditur, vt per Gemi. & Philipp. Franc. in c. ad decimas. de re stit. spol. li. vj. Licet secus sit, si ius excipientis non fundet exceptio, & ita intelligitur Rot. deci. vij. nota. quòd vbi agitur in anti.

9 Postremò t̄ cunctos qui librum hunc legerint (& præcipuè notarios) admoneo, & obrestor, ne consiliis nostris abutantur (sed vt fraudis hostes, & veritatis amici) honestæ volūtati testatoris obsequantur. Nam veritas sequenda, & colenda est. l. cum ita legatum. ff. de condit. & demon. l. j. in fi.

C. de lat. lib. tol. cum veritas Deus sit. Ipse nanque dixit, *Ego sum veritas.* Ioan. xliij. c. abijt. xj. q. iij. Cuius nominem omnem honorem, & gloriam nostræ actionis ascribimus.

\* \* \*

F I N I S.

# INDEX CAUTELARVM ORDINE ALPHABETICO.

A



- A** Cerecedi ius quò remedio cesset. de leg. cau. xv. p. 240
- A**ctio sine cessione non transit legato nomine debitoris, & consiliū quo actio trāseat sine cessione. de leg. cau. xxvij. 259
- A**ctione quò remedio habeat legatarius contra dominū rei qui legari rem suam consensit. de leg. caute. xxvij. 270
- A**ditio hereditatis necessaria est ad confirmandū testamentum, & consiliū ne, instituto nō adeunte, euāescat testamentum. de substi. caut. iij. & xxvj. & de leg. caut. ij. 39. 190. 219.
- A**ditio hereditatis facta ex secundo testamento inuálido, vt valeat quasi facta ex primo, remediū. de acqui. hæc. caut. xj. 251
- A**ditio necessaria est etiam ad confirmandū fideicommissum vniuersale & remedium ne vniuersale fideicommissum euāescat hereditate non adita à scripto hæc. de substi. caute. xxvj. 190
- A**ditio hereditatis confundit actiones cōpetentes hæredi contra defunctum, & remediū circa hoc de acq. hæc. cau. xliij. 413
- A**ditio hereditatis quò remedio non inducatur ex actibus qui non possunt fieri citra ius & aomen heredis. de acqui. hæc. caut. v. 397
- A**ditio hereditatis est inepta quā iū ad bonorum possessionem: ideo quando bonorum possessio tantum competit, sit hæres cautus ne decipiatur ad eundem. & quo remedio possit fieri necessaria bonorum possessio (secund. tab. de acq. hæc. caut. xliij. 415)
- A**ditionis facultas durat xxx. annis & cautela pro excluso vt admittatur non obstante lapsu dicti temporis, de acqui. hæred. caute. vj. 398
- A**ditio hereditatis an præsumatur ex habitatione domus hereditariæ & caut. circa hoc de acqui. hæc. cau. xv. 418
- A**lienatio necessaria non intelligitur prohibita per simplicem prohibitionem de non alienando, & remedium quo etiam necessaria alienatio prohibita intelligatur de var. præcep. testato. caute. ij. 343
- A**lienationis prohibitio non egreditur quartum gradum & cautela qua in infinitum daret caute. 343
- A**lienari non possunt subiecta restitutioni & caute, circa hoc, eadem caute. 343
- A**lienationem non impedit nuda

Index

prohibitio testatoris. & cautela  
 lz pertinentes ad prohibitionem alienationis prohibitionem de var. præcept. testa. cautel. vj. 353

Alimentorum legatum non est multiplicabile, & cautela circa hoc. de lega. cau. xxij. 154

Ambiguitas quætionem parit, & cautela notarij vt vtatur verbis claris ad tollendam materiam quætionis. de testa. ordi. cau. xj. 77

Animalia supernascentia quo remedio contineantur legato animalium. de lega. cautel. x. 234

Annuum legatum factum alieni sub nomine dignitatis transit ad successorem, & remedium quo non transcat de lega. cautel. ix. 197

Authoritatem ad suum commodum nemo potest interponere, & caute, circa hoc seruanda. de his qui non hab. fact. re. cau. ja & ij. 1. & 6

Auus quomodo nepotibus prospicere possit, vt à patre alienata bona, siue auita, siue materna reuocare possint. de libe. instit. cau. xiiij. 114

**B**annitus positus extra protectionem vniuersitatis suæ, quo remedio institui possit hæres. de his qui non hab. factio. testa. caute. x. 35

Bannitus in loco à quo bannitus est non potest eligere sepulturam

& cautela vt sibi possit sepeliri de sepultu. caute. ij. 369

Bonorum possessio vbi necessaria est quo remedio non sit necessaria. de acqui. hæ. caut. xij. Sit cautus. 411

Bona quibus remediis in infanti posteris conferuntur. de vanti præcep. testa. cau. ij. 36

**C**ancellatio infirmat testamenti vires, & cautela adhibenda circa cancellationem. de mutatione testamenti. cautela. iij. & vj. 381. & 389

Capellæ habenti fraternitatem si relinquatur acquiratur ecclesiæ in qua est, & non fraternitati acquiratur. de leg. caut. vij. 229

Cautio ab usufructuario præstanda remitti non potest à testatore, & remediū quo usufructuarius à necessitate cauendi liberetur de var. præcep. testa. cautela j. 349

Cæci testamentum factum secundum communem observationem non valet & cautela seruanda in testamento cæci. de his qui non hab. fact. testa. cau. viij. 301

Clericus de rebus ecclesiæ quibus remediis possit disponere, de his qui non hab. factio. testa. caut. iij. 31

Codicillis hæreditas dari non potest, & quibus cautelis hæreditas codicillis non inutiliter detur. de test. ord. cau. x. 75

Codi

Cautelarum.

Codicilli quo remedio fiant irrevocabiles. de mutatio. test. cautela ij. 372

Codicillis hæreditas adimi non potest, & cautela qua sustineatur hæreditas ademptio facta codicillis. de mut. testa. cau. viij. 385

Codicillis clausula quando est inserta testamento, sit cautus hæres vt dicitur. de acqui. hæredit. cau. xvij. 424

Collatio dotis facienda est, & consilium pro filia ne conferre cogatur. de var. præceptis testato. caut. iij. 348

Comuni re legata quo remedio legatarius rem totam consequatur. de leg. caut. iij. 223

Compenatio crediti cum legato quando fiat, & consilium ad tollendam compensationem de lega. caut. v. 225

Cõpromissum si testator mandet fieri ad tollendas discordias que inter hæres nasci possent, quo modo debeat caute præcipi ne compromisso semel facto præceptum expiret. de var. præcep. testa. caut. vij. 358

Conditionalis oratio non disponit ideo filij positi in conditione non censentur vocati ex fidei commissio, & remedium quo vocati intelligantur. de substit. caut. xxxvj. 211

Conditio habetur pro impleta si non stat per impieere debeatem quominus impleatur, & consiliū si testator velit cū effectu impleri. de leg. cau. xxxvj. 268

Conditio si vidua vixerit, an in omni legato facto vxori intelligatur repetita. & cau. circa hoc. de leg. caut. lvij. 304

Conditio si non petierit, quomodo intelligatur, & cautela circa hoc. de leg. cau. lxj. 309

Conditio non impleta hæredem adire impedit: & remediū quo hæres possit administrare aute conditionis euentum de acqui. hære. cau. xiiij. 414

Conditiones quædam à iure improbatæ quo remedio adici valeant legato facto ecclesiæ. de leg. cau. xlviij. 188

Conditionalia non transeunt ad hæres. de lega. cautela xxxvij. & de substitutio. caut. xxij. & ibi remedium quo fiant transmissibilia. 182. & 272

Conditio quo remedio intelligatur repetita. de leg. caut. lvij. 304

Confessio facta in testamento non habet vim probationis, sed relicti si fiat absente parte. consilia quibus huiusmodi confessio probet & irrevocabilis sit, de lega. caut. vj. 226

Consentiens vir testamento vxoris præiudicat sibi in lucro dotis & consilium circa hoc de his qui non habent factio. testam. caut. ij. 6

**D**ebitum hæreditarium non à legatariis se ab hærede solvendum est: & remediū quo legatarij teneantur. de legariis.

cautela xlij. 579  
 Debito legato etiā quod ex causa fideiussionis solui debet, videtur legatū. & cautela seruanda circa huiusmodi legatū. de lega. cau. xxx. 261  
 Demonstratio vel potius taxationis gratia quo remedio locus & modus. vnde legata soluenda sint intelligantur adiecti. de lega. caute. lix. 305  
 Diuisio nō potest in perpetuum prohiberi. & remediū ad impediendam diuisionem. de variis præcep. test. cau. viij. 359  
 Diuisio facta inter liberos in testamento est reuocabilis, & cau. qua diuisio firma permaneat. de libe. insti. cau. ij. 86  
 Dominium rei legatæ quæ sit hæredis non transit in legatarium recta via, & cōsiliū quo etiam res hæredis in legatariū transeat ipso iure. de legatis. cautela xxix. 260  
 Dotis prælegatum an sit vtile mulieri, quæ consilia circa hoc. de lega. cau. xvij. 245  
 Dotis legatum an debeatur si pater filiæ viuens dotem dedit. de lega. cau. xxxvj. & ibi caute. circa hoc. 269  
 Dos legata filiæ quo remedio reuertatur ad filios masculos testatoris post mortem filij. de liberis institu. cau. v. 91  
 Dotis legatum est conditionale. & nō transmittitur si puella ante nuptias moriatur. & remediū circa hoc. de legatis. cau.

tela lj. E  
**E**lectio est legatarij legato generaliter facto, & cōsiliū quo electio sit hæredis. de lega. caut. xlij. 241  
 Electio legatij alternatiui est hæredis, & cōsiliū quo electio sit legatarij. ead. caut. 241  
 Electio sepulturæ impuberi contra parochiam quo remedio fieri possit. de sepultu. caut. liij. 365  
 Emphyteoticum fundum quo remedio pater vni ex filiis prælegare possit. de libe. instituendis. cau. viij. 97  
 Emphyteoticam rem quo remedio testator legare possit sine priuationis metu. de legat. cautela xlvj. 287  
 Estimatio rei legatæ an debeat re perempta. & cautela circa hoc. de legatis cautela xxv. 257  
 Excommunicatus vt possit in ecclesiastico cimiterio sepeliri. remediū. de sepulturis. cautela vij. 368  
 Excommunicati testamentum vt valeat, & cautela pro excommunicato volente facere testamentum. de his qui non hab. factio. testa. caut. x. 34  
 Exequutor vltimarum voluntatum si sit negligens in exequendo, quo cōsiliū vtendum sit contra illius negligentiam. de tutore & exequutore testamēti. cautela vj. 318

Exequ

Exequutoris officium cōmitti nō potest fratribus minoribus, & cautela circa hoc. de tuto. & exequutor. testa. caut. vij. 331  
 Exequutor vnus sine aliis non potest exequi, & remediū vt possit quisque exequi alio non expectato. de tuto. & exequuto. testa. caut. viij. 332  
 Exequutor nō potest vendere, & remediū vt possit. de tutore & exequuto. testa. caut. x. 234  
 Exequutor quo remedio agere possit & procuratorem constituere etiam ante litem contestatam. de tut. & exequuto. testa. cau. xx. 335  
 Exhæredatio facta sub conditione si filij de matre male meriti fuerint nō valet. & cōsiliū circa hoc. de lib. insti. cau. iij. 89  
 Exhæredatio nō probata ingratitude nō valet, & remediū quo pater contra impium filium adhibere potest, ne prætextu nō probatæ ingratitude de viribus exhæredationis dubitetur. de liber. insti. cau. xj. 207  
 Exhæredatus filius quo remedio obtinere valeat hæreditatem, & ei non noceat exhæredatio. de lib. insti. cau. xvij. 118  
 Exhæredatus filius quo remedio possit sibi consulere ne fame pereat. de libe. insti. cau. xvij. §. filius. in fin. 123  
 Expensæ immoderate funeris reperi nō possunt, & cautela circa hoc. de sepul. cau. v. 366  
 Extensio de casu ad casum quo

remedio impediatur. de substit. tu. cautela v. 142  
 F  
**F**amilia appellatione in relicto familia an contineantur forinæ ex masculis descendentes, & cōsiliū circa hoc de substit. caute. xxij. 180  
 Fideicommissum sibi iniunctum quo remedio hæres possit irritum facere. de substitution. cautela xvij. 171  
 Fideicommissum relinqui nō potest ab eo qui ex testamento cōmodū, sed non pecuniariū percipit. & cōsiliū quo relicto factū ab huiusmodi persona valeat de lega. cau. xxj. 252  
 Fideicommissum inutile ex superueniente casu cuius lucro cedat. & caut. circa hoc. de legat. caut. viij. in fine. 231  
 Fideicommissum relinqui nō potest ab eo cui nihil relictum est. & caute. circa hoc. de substit. cautela xix. 175  
 Fideicommissum conditionale quo remedio transmittatur ad hæredes. de substit. caut. xxij. 189  
 Fideicommissum euanesceat hæreditate non adita. Et remediū quo non euanesceat. de substit. caut. xxxvj. 189  
 Fideicommissarius non potest apprehendere hæreditatem propria autoritate. Et remediū vt possit. de substit. cau. xxxij. 204  
 Filia exclusa per statutum quouis que supersint masculi, testamentum patris euertit. Si præterita fuerit

fuerit. quando cunque masculi deficiant. Et consilium quo sustineatur testamentum in euentum predictum. de libe. insti. cau. v. 91

Filia excluda per statutū à successione patris, & testamento præterita, quo remedio. possit ad successione admitti, de acqui. hære. cau. xvj. 423

Filia iussa stare contenta sibi relictis, ac quòd plus petere nõ possit bona materna, & legitimā petere potest. & caut. circa hoc. de libe. insti. cau. iij. 88

Filius, si nõ potest facere testamentum, & remedia quibus dispositio filij valeat. de his qui non hab. fact. testa. caut. j. 1

Filiis qui nõ habent bon. pos. contra tabu. nec querelam inofficiosi testa. quo remedio succurratur. de acquiren. hæred. cautela iij. 393

Filius tenetur soluere debita patris si statuto hoc disponatur. & remedium quo pater liberare potest filios à necessitate solvendi debita paterna vbi tale statutum viget. de liber. insti. cau. vij. 97

Filius primogeniti excludit patruū à regni successione, & consiliū quo. vti debet Rex si velit regni administrationem deuolu. ad secundogenitum. de liber. insti. caut. viij. 98

Filius an possit institui sub conditione potestatiua, & consilium circa hoc. de lib. insti. cau. iij. 90

Filius quomodo à patre exiri possit ab oneribus hæreditariis. de libe. insti. cau. xij. 171

Filiorem appellatione an continetur nepotes. & consiliū quo testator vti possit in substitutione concepta sub illa cõditione si decesserit sine filiis. de substi. tu. cau. iij. 96

Filiorū appellatione an continetur filia, vel non continetur in cõditione illa, si decesserit sine filiis. & cautela circa hoc. de substi. cau. xvij. 181

Filius fratris nõ habet querelam contra testamentum patris, & cautela vt habeat. de libe. insti. cau. xvj. 177

Forēsi si nõ potest emere quomodo testator possit providere forensi vt prædia habeat ab hered. soluto pretio. de lega. cautela xl. 276

Fratres sancti F. acifci sunt incapaces hæreditarum; Et remedia quibus eis relinqui possunt de his qui non hab. factio. testamenti. cau. xj. 161

Frater rüpere potest testamentum fratris qui turpem personā heredem instituit. & consilium ad sustinendum tale testamentum. de liber. insti. cau. xvj. 176

Fratris. filij instituti cum patre admittuntur in partes viriles. & consilium pro eo qui velit illos aliter admitti. de hæred. insti. cau. iij. 81

Fructus ex re legata ante aditam hæreditatem percepti, sunt hæred.

redis. & consilium quo ad legatarium vel ad heredem pertineant fructus. de legatis. cautela xj. 234

Funeralis sumptum faciens quibus consiliis vti debeat. de sepul. tu. cau. v. 366

Furiosus non potest facere testamentum nisi habeat dilucida interualla. & cautela à notario adhibenda quando scribit testamentum eius qui habet dilucida interualla. de his qui non habent factio. testamenti. cautela vj. 24

**G**radum quartum quo remedio excedat prohibitio alienationis & fideicommissum. de variis præceptis testator. cautela iij. 343

**H**æreditas codicillis vel pacto dari non potest. & remedia circa hoc. de testa. ordin. cautela x. 72

Hæreditatē restituere rogatus an restituere debeat quod habuit iure prælegati seu fideicommissi. & consilium quo testator vti debeat si velit in restitutione omnia comprehendere. de substi. cau. xxvij. 195

Hæreditatem restituere rogatus quo remedio habeat arbitrium nil dimittendi substituto. de substi. cau. xxxvij. 215

Hæreditas non adita non transmittitur ad heredēs, & remedia quibus hæreditatē non aditam hæres hæredis obtinere possit. de acquirenda hæreditate cautela j. 387

Hæreditas semel adita repudiari non potest, & remedium circa hoc de acquiren. hæredita. cautela xvij. 425

Hæredis nomen est ab ipso testatore exprimendū, & remedium quo dispositio valeat etiā si testator non expresserit nomen hæredis. de hæredib. institu. caut. ij. 126

Hæres ad tempus institui nõ potest. & remedium circa hoc. de hære. insti. cau. v. 131

Hæredis appellatione an comprehendatur hæres hæredis, & quo remedio continetur vel non continetur in substitutione illa substituit N. & eius hæredes. de substitutio. cautela xxxiiij. 185

Hæredes soluere debeat legata & debita. Legatarij autem debita soluere non tenentur. & cautela pro hæredibus qua legatarij teneantur. de lega. cautela xliij. 279

Hæres non soluens legata intra annum hæreditatē perdit. & consilium ne perdat. de lega. cautela xli. 279

Hæres tenetur ultra vires hereditarias. & remedium contra hoc de acqui. hære. cau. vij. 401

Hæres quo remedio nõ cogatur habere ratum factum defuncti. ead. caut. 401

Hæres abstinens ab hæreditate an possit

Index

possit retinere emphyteosim, & cautela circa hoc. de acq. hære. caut. viij. 404

**H**eres non legitime missus in possessionem ex l. fi. C. de edict. di. ui Adria. tol. poterit eiici, & cautela vt missio sit firma. de acq. hære. caut. fin. 432

**H**ypothecam habet legatarius in bonis testatoris, & consilium ad eximendum bona ab hypotheca. de lega. cau. xxxij. 414

**I**

**I**ncapax quo remedio possit hæres institui. de his qui non habent factio. testam. caute. x. & caute. xliij. 35. & 41

**I**ndignus hæreditate quo remedio à possessore repelli possit. de acq. hære. caut. xij. 413

**I**ndignus quo remedio euitet priuationem hæreditatis. de mur. testa. caut. v. 382

**I**nurias remittens testator, quomodo cautus esse debet. de leg. cautela xxxiiij. 416

**I**mmixtionis hæreditatis instrumentum quomodo cautè concipiatur. de acq. hære. caut. ij. 392

**I**nstituta vxor hæres quandiu vixerit vitio tēporis sublato simpliciter erit hæres. & cautior modus relinquendi vxori. de hære. instit. caut. v. 131

**I**nstitutio hæredis omissa, testamentum vitiat, & remediū quo vitio institutionis omissæ non infirmetur testamentum. de hære. instit. caut. j. 125

**I**nstitutio facta pleno iure dimi-

nuit legatum vsusfructus, & filium quo nō minuatur. de hære. redib. instit. caut. iij. 118

**I**nteresse contra hæredem mortuum in soluendo legata nō potest taxari à testatore. & remediū circa hoc. de leg. cau. xliij. 187

**I**nuentario non facto tenentur legatariis etiam vltra vires hæreditatis, & remedium quomodo non teneatur. de substit. cautela xxxvij. in fin. 214

**I**nuentariū tenetur hæres facere si rogatus est restituere hæreditatē, & si non faciat perdit Trebellianicā, & legata soluere tenentur vltra vires patrimonij, & remedium cōtra hoc. de substit. caut. xxxvij. 211

**I**nuentario nō confecto tutor nō potest administrare. & remediū circa hoc. de tut. & exequat. caut. iij. 344

**I**nuentarium ab hære de quomodo cautè fiat. de acquiren. hæredita. caut. viij. 404

**I**nuentarij beneficio quomodo hæres priuetur. de acquir. hæredita. caut. ix. 401

**I**us accrescēdi vbi habet locum post ius quæsitū quo remedio cesset. de leg. caut. xv. 241

**I**us accrescēdi est inter eos quibus cōiunctim relictū est, & remedia quibus tollatur ius accrescēdi. de leg. cau. ead. 241

**I**us accrescēdi quo remedio interfructuarios cesset. eadem cautela in fi. 241

Legat

Index.

**L**

**L**egare prohibitus quo remedio possit bona sua relinquere. de leg. cau. xliij. pag. 85

**L**egata & fideicomissa in testamento non solenni non valent, & cōsiliū quo legatarius ex testamento etiam non solenni rem sibi relictam cōsequi possit. de testa. ord. caute. iij. pag. 60. & de hære. instit. cau. j. 81

**L**egata non debentur hæreditate non adita ex testamento, & remedia quibus debeatur etiam hæreditate non adita de legat. caute. ij. 219

**L**egata sit res communis an tota debeatur, & cōsiliū ad tollendam quæstionem. de lega. cautela iij. 223

**L**egatum commissum in alterius voluntatem nō valet, & remedia quibus sustineatur huiusmodi legatum, delegatis, cautela viij. 229

**L**egata domo cum rebus quæ ibi sunt non continentur legato nomina debitorum quauis instrumenta crediti domi sint, & consilium circa hoc. delegat. cautela. ix. 232

**L**egatum generale non continet quæsitā post testamentum, & cōsiliū quo cōtineantur. de leg. cautela. x. 234

**L**egatarius occupans rem legatā propria autoritate ius suum perdit & cōsiliū quo legatarius possit capere rem legatā per se ipsum. de lega. cau. v. 382

**L**egasse tantum ius suum testator intelligitur, & consilium circa hoc de leg. cau. xxij. 253

**L**egatum solui debet vbi est res & cōsiliū circa hoc. de leg. caute. xxvj. 258

**L**egatum totius rei quo remedio non deroget legato partis. delegat. caut. xxvij. 259

**L**egatum rei alienæ an valeat, & cōsiliū circa legatum rei alienæ de lega. caute. xxxij. pag. 169. & cau. xxxvij. 271

**L**egatum conditionale non transmittitur ad hæredes, & cōsiliū quo transmittatur. de legat. cautela xxxvij. 272

**L**egatarij non tenentur ad onera hæreditaria, & remedium quo teneantur. delegatis. cautela xlij. 279

**L**egata ab alio quo remedio intelligatur ab alio repetita. de leg. caute. xlv. 285

**L**egatarij quo remedio liberentur à necessitate cauēdi. de substit. cau. xxxv. 208

**L**egatum vxori si vidua vixerit quomodo cautè fiat. deleg. cautela xxxix. in fi. 261

**L**egatum ornamentorum vxori quomodo cautè fiat. de leg. cautela. l. 294

**L**egatum dotis conditionale est, & consilium quo purum fiat. de leg. caut. lj. 295

**L**egatum in diem incertū nō transmittitur ad heredē, & remediū vt transmittatur. de lega. cautela liij. 298

F



Legatum factum ecclesie cum conditionibus a iure improbatum quo remedio valeat. de legat. cautela xlvij. 185

Legatum factum ecclesie intelligitur de ecclesiis constructis tempore testamenti. & consilium quo ad legatum admittantur etiam ecclesie construenda. de legat. caute. lv. 299

Legatum factum uxori donec cum heredibus habitauerit & si commode habitare non possit & c. graue est, quia uxor tenetur probare. & cautela pro uxore qua releuetur ab onere probandi. de lega. caut. lvj. 300

Legatum temporale quomodo caute relinquendum sit ut fiat perpetuum, & ususfructus ad heredem de uoluntate. de leg. caut. lvij. 302

Legatum ad vitam legatarii quomodo caute faciendum sit. de leg. caut. lx. 307

Legatum fundi factum fratribus minoribus sub conditione quod ibi ecclesia construatur an sit uale. & cautela circa hoc. de lega. cautela lxij. 310

Legatum minoris quantitas si filia religionem professam fuerit qua si sub conditione nuptiarum, quo remedio sustineatur de leg. cautela lxiiij. 312

Legatum quo remedio non sit annuum. de lega. cau. lx. in fi. 198

Legatum quomodo irrevocabile fiat de muta. test. cau. iij. 318

Legatum quo remedio non adimatur per alienationem voluntarium. de muta. testa. cau. vij. 38

Legitima supplementum vel bona materna quo remedio filia petere prohibeatur. de libe. insti. cautela iij. 87

Legitimam pater non potest diminueri & remedium contra fraudes paternas adhibitas ad minuendum legitimam, de libe. insti. caut. xvij. 117

Legitima non subiacet restitutioni fideicommissi. & remedium circa hoc. de substit. caut. xxxiiij. pag. 130. de lib. insti. cau. xij. 109

Legitima debetur ex singulis bonis paternae substantiae. & remedium ad impediendum uolentem deducere legitimam de singulis bonis. de lib. insti. cau. xij. ibi. 167

Legitima filiae minui non potest. & remedia circa id. de libe. insti. caute. iij. 87

Legitimatus non rite si instituitur ut filius testamentum est nullum. & remedium quo sustineatur testamentum si non rite legitimatus instituitur ut filius. de his qui non habent facultatem. testam. cau. xiiij. in fine. 41

Legitimatus sine praesudicio venientium ab intestato quo remedio excludat venientes ab intestato. de liberis instituendis. cautela xvij. 122

Legitimatus ut excludat vel non excludat substitutum sub ea conditione si haeres decesserit sine filiis de substitutionibus. cautela xv. 164

¶ Lo

¶ Loquentis balbutiendo, quo remedio dispositio sustineatur. de here. insti. cau. ij. 126

M

¶ Maritus quo remedio possit relinquere uxori ultra quam statutum disponat. de his qui non habent facultatem testamenti. cautela xij. pag. 34

¶ Masculinum in substitutione illa si decesserit sine filiis an concipiatur foeminiuum. & consilium circa hoc de substitutionibus. cautela xvij. 167

¶ Mater quo remedio filio impuberi non inutiliter substituat. de sub. caute. xxx. 197

¶ Mater in tutela filiorum praefertur omnibus, & consilium quo testator uti possit si velit alium esse tutorem. de tut. & exequ. test. cau. j. 320

¶ Mater quomodo providere possit ne tutor a patre datus ingerat se administrationi bonorum matris. de tuto. & exeq. test. cau. iij. 236

¶ Meretrix quo remedio impediatur facere testamentum. de his qui non habent facultatem. test. cau. xij. 38

¶ Minoribus filiis quibus remediis succurre possit pater, ut bonis eis salua sint postquam ad legitimam aetatem venerint, alienatione interim eis interdicta. de var. praecip. testatorum. cautela v. 348

¶ Mobilium legatum quae comprehendat, & cautela circa hoc de leg. cau. ix. & liij. pag. 127

¶ Molestia legatario inferri quomodo caute possit testator prohibere. de variis praecip. testatorum. cau. iij. 346

¶ Monachus non potest facere testamentum. & remedium quo monachi testamentum valeat. de his qui non habent facultatem. test. cau. iij. 22

¶ Monachi testamentum ante professionem factam an valeat. & consilium quibus uti debet religionem ingressurus ad tollendam quaesitionem, utrum ingressu religionis testamentum ruptum fuerit. de lib. insti. cau. ix. 10

¶ Monacho quo remedio possit relinqui, ita ut Abbas non sit particeps legati. de leg. cau. lxiiij. 412

¶ Monachus quo remedio possit habere hereditatem ad se delatam. de acqui. here. cau. xij. 412

¶ Monasterium habet loco filiorum & substitutum, excludit. & remedium ne substitutus a monasterio excludatur. de substitutionibus. cau. xvij. 172

¶ Morientis dicto non est omnino fides adhibenda. & remedium circa hoc. de tuto. & exeq. testa. cautela xj. 375

¶ Mulier nubens secundo perdit dominium legatorum in testamento primi viri, & consilia quibus retineat dominium post transitum ad secunda vota. de legatis. cautela xvij. 246

¶ Mutus & surdus etiam ex accidente si literas nesciat non potest testari. & remedium quo motus & sur-

**Cautelarum.**

aus testari possit. de his qui nō hab. fact. test. cau. ix. 33

**N**epotibus prouidere quo remedio possit testator, vt eis salua referuentur tā bona materna quā ipsius aui, alie natione patris non nocente. de lib. iusti. cau. xiiij. 114

**N**epos ex filia facit deficere cōditionem illam, si decesserit sine liberis. & cōsiliū quo substituto prouideatur cōtra huiusmodi exclusionem. de substit. cau. tela xvij. 167

**N**epotes ex diuersis fratribus ex substitutione aui patruo succedentes, vtri in capita an in stirpem succedant. & cōsiliū circa hoc. de sub. cau. xxvij. 192

**N**eptis ex filio dicitur de descēdētib. per lineam masculinam. & cōsiliū quo vti debet testator in illa conditione, si decesserit sine descendētib. per lineam masculinam. de substitutionib. cau. xvij. 167

**N**octis tēporis quo remedio possit fieri testamētum. de testam. ordi. cautela viij. 69

**N**omini appellatiuo vocati quas parte hēbeat. & cautela circa hoc. delega. cau. xiiij. 689

**N**omine collectiui vocati quo remedio succedant in viriles partes. de haredib. iustit. cau. tela iij. 287

**N**otarius sibi adscribens legatum, quo remedio euitet penā falsi, & legatum cōsequatur. de leg. cau. 217

**N**otarius quibus cautelis vti debeat in scribendis testamentis de test. ordi. cau. xj. 76

**O**rdō successionis ab intestato quo remedio feretur in fideicommissis. de substitutionib. bus. caut. xxvij. pag. 192

**P**ater faciens testator, an videatur damna remittere. & cōsiliū circa hoc. delega. cautela xxxiiij. 267

**P**ater habet vsum fructuum in re legata filio. & remediū quo vsum fructus acquiratur filio & non patri. de lega. cau. xvj. 243

**P**ater an possit praelegare vni ex filiis rem emphyteotica ab eo pro se & filiis acceptā, & remediū quo praelegatum valeat. de lib. iusti. cau. viij. 97

**P**ater quo remedio possit prouidere ne filij restitutione male partorum ad inopiam redigatur. de tutore & exequutore testamenti. caut. xj. 335

**P**ecunia signata non cōtinetur legato mobilium vel auri & argenti. & cōsiliū circa hoc. de leg. caut. ix. 231

**P**œna priuationis hareditatis acquisita non potest imponi a testatore ex facto alterius. & remediū vt impositio pœnæ valeat de lib. iusti. caut. iij. 89

**P**œne meru haredes cogēdi sunt ad seruandam voluntatem testato

**Index.**

flatoris. de variis testato. præcaute. viij. 359

**P**ersonis & non loco remedio legatum acquiratur. de legatis. caute. vij. 28

**P**ossessionē propria auctoritate nancisci quo remedio legatarius possit. de lega. cau. xij. 235

**P**ossessionem non ritē adeptus heres quo remedio defendatur in ea. de acqui. hær. cau. fi. 432

**P**ossessio rerum hareditariū haredi scripto statim dāda est. & remediū pro eo qui nō habet testamentum originale. eadem cautela. ibi.

**P**ossessor hareditatis ex iure fidei qua cautela cōtra petitorē possit se tueri. de acquirē. haredit. caut. xij. 413

**P**recepto testatoris quibus remediis inducantur filij vel alij haredes ad parendum. de lib. iusti. caut. iij. 51

**P**recepta varia testatorum quomodo cautē fiant. de variis præceptis testa. per totum. 340

**P**rescriptio extinguit actionē legataria competentem. & cautela qua legatum peti possit non obstatē prescriptione. de lega. caut. xxxj. 263

**P**rescriptio quo remedio liberos non repellat ab hareditate parentum. de acquirē. haredit. caute. vj. 398

**P**reteritionis vitio quibus remediis occurratur. de libe. iustit. caut. i. 80

**P**reteritio matris pro exharedatione est si fiat causa adiecta. & remediū contra vitium preteritionis. de liberis insituentis. caute. xv. 115

**P**reteritio posthumi rumpit testamentum. & remediū quo testamentum non rumpatur. de libe. iustit. cau. x. 103

**P**roximiores in gradu in successione ex fideicommissis, an remotioribus præferantur. & cautela circa hoc. de sub. cau. xxvij. 133

**P**roximitas an consideretur respectu testatoris, an verò haredis in fideicommissis. & remediū circa hoc. de test. ordi. caute. xj. pag. 43. & de sub. cau. xxj. 178

**P**uella vbi educari debeat, committitur arbitrio iudicis. & cōsiliū circa hoc. de tut. & exeq. caut. v. 328

**P**upillus nō potest facere testamentum. & remediū quo pupillus de bonis suis disponere possit. de his qui non habent fact. test. caut. v. 22

**P**upillo quibus remediis succurri possit contra insidias substituti vel successoris ab intestato. de substitui. cau. viij. 150

**Q**uartā retinere permittitur haredi rogatores huerere hareditatem. & remedia quibus cesset ista detractio. de substitui. cau. xxxj. pag. 69

**Q**uartam habet vxor inops. ex bonis diuitis coniugis defuncti. & remediū circa hoc. delegaris. cau. xx. 25

¶ **Q**uere in officio testamenti non habentibus liberis quo remedio succurratur. de acqui. hz. cau. iij. 393

**R**

**R**elicta in testamento imperfecto defectu voluntatis etiam inter liberos non valent, & cautela notarij vt scripta in testamento non reuocetur in dubium ratione imperfectionis voluntatis. de test. ordin. caute. la. xj. 76

Relicta in testamento non solenni non valent, & remedium vt valeant. de testamentis ordinand. caute. iij. 60

Renunciatio relictorum non cognitis verbis testamenti non valet, & cautus modus repudiandi relicta in testamento. de acqui. hz. cau. xvij. 425

enunciatio hereditatis facta a femina sub remedio rescindatur. de acq. hz. au. xix. 428

Renunciatio hereditati paternae non intelligitur renunciare bonis emphyteoticis, & consilium circa hoc de acq. hz. cau. x. 410

Restitutio ablatorum necessaria est ad salutem animae, & cau. circa hoc. de tuto. & exequuto. testa. caut. vi. 335

Renouare legata quo remedio impediatur testator de leg. cau. iij. pag. 242. & de mutatio. testam. cautela ij. 373

**S**

**S**epulchrum legari non potest, & remedium vt legari possit. de sepul. cau. j. pag. 361

Sepeliri intra patriae territorium quo remedio possint deportati de sepul. cau. iij. 361

Sepulturam impubes non potest eligere, & remedium circa hoc de sepul. cau. iij. 365

Sepulturam suae posteritati extra parochialem ecclesiam quo remedio quis possit consistere. de sepul. cau. iij. 365

Sepulturae electio quo remedio irrevocabilis. de sepulturis. cautela vj. 368

Sepeliri in ecclesiastico cimiterio non potest excommunicatus, & cautela pro excommunicato vt ibi sepeliri possit. de sepulturis. caute. vij. 368

¶ Solennitas in testamento seruanda est quam desiderat consuetudo locorum, & remedium quo quis testari possit etiam patriae consuetudinis solennitate neglecta. de testa. ordi. cau. vij. 67

Solui legatum vbi debeat. cautela circa hoc. de leg. cau. xxj. 377

¶ Spurius filius non excludit substitutum sub conditione, si haeres decesserit sine filiis, & consilia quibus vt substitutus a spuris excludatur, vel non. de substitutu. cau. xv. 162

Spurius quo remedio admittatur ad fideicommissum familiae. de substitutu. cau. xxxij. 106

Spurius est incapax hereditatis, & remedia quibus spurio relinqui possit. de his qui non habent factio. testam. cau. xiiij. 40

¶ Sta

¶ Statutum disponens quod mulier sine consensu propinquorum testari non possit valet, & remedia quibus, non obstante statuto, potest mulier testari sine consensu consanguineorum. de his qui non habent factio. testam. cau. ij. 197

¶ Substitutio de casu ad casum vtrius extendatur, & remedium quonon extendatur. de substitutionibus. cau. v. 142

Substitutio verbis communibus concepta an excludat matrem pupilli, & consilium quo testator vtidebeat si velit matri substitutum praeponi. de substi. cau. vj. 145

Substitutio reciproca facta impuberibus & puberibus non continet pupillarem, & consilium circa hoc si pater pupillarem velit comprehendere. de substitutu. cau. vij. 149

Substituti nomini proprio viriles partes habent, & consilium datur circa hoc. de haeredi. instituen. cau. iij. 128

Substitutus excluditur ab hereditate decedentis ante aditam hereditatem, & remedium ne excludatur. de sub. cau. j. 136

Substitutus in re certa quo remedio impediatur consequi totam hereditatem. de substitutione. cau. x. 53

Substitutus admittitur vno ex institutis decedente, & consilium quando testator nolit admitti nisi vtroque mortuo. de substitutione. cautela xvj. 166

Substitutio reciproca impuberibus facta quo remedio in fideicommissaria conuertatur. de substitutu. cau. xxix. 197

Substitutio directa facta puberi vel extraneo inutilis est, & remedium quo substitutio utilis fit. de substitutu. cau. ix. 152

